

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
8
56 A
16
ROMA

Non c'è

LIBER PRECVM PVBLICARVM, SEV MINISTERII ECclesiasticæ administrationis Sacramentorum,

Aliorumque Rituum, & Cæremoniarum, in Ecclesia Anglicana.

Excusum Londini, per assignationem Francisci Floræ.

CVM PRIVILEGIO Regiæ Maiestatis.

1594

STATVTVM DE VNIFORMI RATIONE COMMVNIVM PRECVM, CVLTVSQVE DIVINI ET Sacramentorum admini- ſtrationis, in Eccleſia Anglicana.



V M ad obitum vſq; sereniſſimi Domini noſtri nuper Regis Edwardi ſexti, vnus ac cõſimilis ordo publici cultus, precum, adminiſtrationis Sacramentorũ, Rituum, & Cæremoniarum in Eccleſia Anglicana permanſiſſet, qui vnico volumine continebatur, cui titulus erat : Liber communium precum, *adminiſtrationis Sacramentorum, aliorumq; rituum & cæremoniarum in Eccleſia Anglicana, autoritate ſtatuti Parliamenti, annis 5. & 6. eiuſdem ſereniſſimi Domini noſtri Regis Edwardi ſexti confirmatus,*

firmatus, quod inscribitur: Statutum de vniformi ratione communium precum, & administrationis Sacramentorum: idque abrogatum & sublatum sit Parliamenti decreto in anno 1. serenissimæ Dominæ nostræ Mariæ Reginæ, ad summum diuini honoris decrementum, & eorum animos deijciendos, qui veritatem Christianæ religionis profitentur.

Statutum igitur sit autoritate præsentis Parliamenti, idem illud decretum abrogans, & singula in eodem contenta, quòd ad eundem solummodò librum, cultum diuinum, administrationem Sacramentorum, rituum & cæremoniarum, quæ in eodem libro habentur & designantur, irrita erunt & nullius vigoris, de & à festo Natiuitatis Ioannis Baptistæ proxime futuro. Et quòd idem liber cum eo Diuini cultus, administrationis Sacramentorum, rituum ac cæremoniarum ordine, alterationibus insuper & additionibus qui iysdem adyciuntur, & per hoc statutum assignantur, in pleno suo robore ac vigore permanebit, eritque de & à festo Natiuitatis Ioannis Baptistæ, iuxta tenorem & effectum huius statuti, re quacunque in prædicto abrogationis statuto denotata, in contrarium non obstante.

Atque insuper statutum sit per maiestatem Regineam, vnà cum assensu Dominorum procerum ac populi in præsenti Parliamento congregatorum, atque autoritate eiusdem, quòd omnes

&

& singuli Ministri in cathedrali aliqua vel parochiali Ecclesia, aut alio loco infra Regnum Angliæ, Walliam, & marchias eiusdem, siue alijs Reginæ ditionibus, de & à festo Natiuitatis Ioannis Baptistæ proximè futuro, dicere ac celebrare preces Matutinas, Vespertinas, celebrationem Cœnæ Dominicæ, administrationísque vtriusque Sacramenti, aliásque eorum omnes communes ac publicas orationes astringentur, talibus ordine ac forma, quemadmodum in eodem libro sic per Parliamentum constabilito in anno 5. & 6. Regis Edwardi sexti exprimitur, cum vnica alteratione vel additione quarundam lectionum singulis diebus Dominicis per annum recitandarum, etiam cum Letaniarum forma alterata & emendata, duabusque etiam sententijs solummodò adiunctis in Sacramento communicantibus tradendo: nec alia vlla: vel alio modo. Et quòd si Rector quispiam, Vicarius, aut alius Minister quicunque, qui cantare vel dicere communes preces (de quibus in dicto libro fit mentio) vel Sacramenta ministrare debet aut tenetur, de & à festo Natiuitatis Ioannis Baptistæ proximè futuro, easdem preces communes celebrare recusabit, aut Sacramenta ministrare in ea cathedrali Ecclesia vel parochiali, aut alio loco, vbi eadem celebrare tenetur, ijsdem modo ac forma, quemadmodum describuntur & proponuntur in eodem libro: aut qui ex proposito & pertinaciter persistendo in eo-

dem, si alio quocunque ritu, cæremonia, ordine, forma aut modo celebrationis Cœnæ Dominicæ publicè aut priuatim, vel precibus matutinis, vespertinis, administratione Sacramentorum, aut alijs publicis precibus aliter vsus fuerit, quàm in hoc libro descriptum & promulgatum est. (Publicæ preces in hoc toto statuto intelliguntur illæ, quæ fiunt, vt alij ad eas accedant & audiant, aut in Ecclesijs publicis aut priuatis capellis oratoriisue, vulgariter dictæ, Seruitium Ecclesiæ:) *aut si prædicauerit, declarauerit, vel loquutus fuerit quicquid in derogationem aut deprauationem dicti libri, aut rei cuiusquam in eodem contentæ, aut cuiusuis illius particulæ; & eius rei reus inuentus fuerit secundùm leges Regni huius, duodecim hominum veridicto, aut confessione propria, aut notoria euidentia facti; pro primo eius delicto amittet & forisfaciet Reginæ, eius hæredibus & successoribus commoda omnium beneficiorum & promotionum spiritualium, qui de ijsdem per vnum integrum annum eius conuictionem sequentem proueniunt. Et etiam vt persona sic rea, pro eodem delicto carceris pœnam subibit per sex menses absque sponsione aut fideiussione quacunque. Et si quisquam alicuius delicti circa præmissa semel conuictus, rursum posteà in eandem culpam incidat, & huius quoque in forma prædicta legitimè reus inuentus fuerit, tum idem pro secundo eius*

delicto

delicto carceris pœnam patiatur per annum integrum, ac vlterius etiam pro eodem erit ipso facto *omnibus suis promotionibus spiritualibus depriuatus. Et quòd licebit omnibus patronis aut donatoribus omnia & singularum earundem promotionum spiritualium, aut alicuius earundem, ad eandem præsentare aut eandem conferre acsi huiusmodi persona vel personæ sic delinquentes mortuæ fuerint. Et quòd si quisquam, postquam secundò conuictus fuerit in forma prædicta, tertia etiam vice modo quo suprà legitimè reus inuentus fuerit, tum qui sic deliquerit & tertiò consimilis delicti conuictus fuerit, omnibus eius promotionibus spiritualibus depriuatus erit* ipso facto, *& in carcerem detrudetur in perpetuum.*

Quòd si persona delinquens, reusque inuentus modo supradicto in præmissis ecclesiastico beneficio caruerit, promotioneque omni spirituali, quòd tunc qui sic transgreditur, & reus factus sit, pro primo delicto carceris supplicium per annum integrum patietur, post idem iudicium, absque sponsione aut fideiussione quacunque. Verùm si eiusmodi aliquis promotionem non habens spiritualem, vicissim in vllo præmissorum offenderit, & reus modo quo dictum est, legitimè inuentus fuerit, quòd tunc idem pro secundo delicto carceris pœnam patiatur durante vita.

Prætereà decretum etiam & statutum est autoritate supradicta, quòd si quisquam post festum

Natiuitatis Ioannis Baptistæ proximè futurum, in vllis histrionicis actionibus, ludis, cantibus, rithmis, aut alijs verbis publicè latis, declarauerit aut pronuntiauerit quicquam in huius libri derogationem, deprauationem aut contemptum, aut rei cuiusquam in eodem contentæ, aut eius cuiusuis particulæ: aut opere, facto vel minis propalam euidentibus Rectorem aliquem, Vicarium, aut alium ministrum in Ecclesia cathedrali vel parochiali, in capella vel alio loco quocunque coget, faciet, vel alias procurabit aut defendet, ad preces communes ac publicas cantandas vel dicendas, aut ad Sacramenta aliter ministranda, alióue modo & forma quàm in dicto libro exprimitur: aut qui vlla ratione supradicta Rectorem aliquem, Vicarium, aliúmue ministrum in Ecclesia cathedrali vel parochiali, capella vel loco alio quocunque turbauerit vel impedierit, ne communes & publicas preces dicat, vel Sacramenta ministret, aut eorum aliquod illis modo & forma quibus in eodem libro est commemoratum: quòd quilibet huiusmodi delicti reus legitimè adiudicatus, ea forma, de qua anteà mentio facta est, Dominæ nostræ Reginæ, eius hæredibus ac successoribus pro prima transgressione soluet centum markas. Quòd si quisquam semel eiusmodi offensæ reus peractus, rursum in aliquo delictorum vltimò nominatorum repertus fuerit, & ad eandem (de qua suprà) formam eiusdem criminis

conuin-

conuincatur, tum qui eo modo est transgressus, & reus adiudicatus, pro hac secunda offensa Dominæ nostræ Reginæ, eius hæredibus & successoribus soluet quadringentas marcas. At si quispiam bis de aliqua offensarum vltimè citatarum conuictus, etiam tertiò culpam in præmissis contraxerit, fueritq; inde iuxta formam priùs actam legitimè conuictus, quòd tum quilibet sic delinquens & de tertia conuictus offensa, amittet Dominæ nostræ Reginæ omnia bona sua & catalla, & dum vixerit incarcerationem sustinebit. Si autem quispiam, qui ob primum delictum circa præmissa legitimo iudicio fuerit condemnatus, summam virtute huius condemnationis soluendam modo ac forma quibus persolui debeat, infra sex septimanas proximè sequentes eius iudicium non persoluerit, quòd tum quilibet sic adiudicatus, sicq; non persoluens, pro primo delicto loco pœnæ prædictæ, sex mensium carcerem subibit absque sponsione aut fideiussione quacunque. Sin verò quisquam, qui pro secundo delicto in premissis ad formam præfatam fuerit conuictus, non persoluerit summam, quam ratione huiusmodi iudicij & huius statuti debet, tali modo & forma quali tenetur, infra sex menses, statim post secundam damnationis sententiam: quòd tunc quilibet taliter conuictus, nec sufficienter satisfaciens, pro secundo hoc delicto loco mulctæ prædictæ, duodecim mensium carcerem tolerabit, absque sponsione

ne aut fideiussione quacunque. Et quòd de & à festo Natiuitatis Ioannis Baptistæ proximè futuro, quilibet moram trahens infra Regnum Angliæ, vel alias Regineæ Maiestatis ditiones, diligenter ac fideliter studebit (nisi legitimam & rationalem suæ absentiæ causam habuerit) ad parochialem Ecclesiam vel capellam vsitatam accedere, aut de legitimo impedimento, ad alium locum vsitatum, vbi (dum sic impeditur) communes preces cultusque huiusmodi Diuini de more fiunt, singulis diebus Dominicis, alijsq; diebus institutis & vt festis obseruatis: ac tunc & ibidem manere decenter & sobriè dum preces communes, conciones sacræ, aut alij cultus Diuini ibidem perficiantur ac ministrentur, sub pœna non modò ecclesiasticæ censuræ in eum infligendæ, verum etiam quòd quilibet sic delinquens duodecim denarios pro quolibet delicto amittat, per ecclesiarum parochialium procuratores (vbi delictum fuerit) in vsus pauperum earundem, de bonis, terris, & tenementis transgressorum huiusmodi, per discretionis modum colligẽdos. Et vt ista debitè obseruentur, excellentissima Maiestas Reginea, totius regni nobilitas, & vniuersus populus in hoc præsenti Parliamento collectus obnixè coram Deo obtestantur, præcipiúntq; Archiepiscopis omnibus, Episcopis, alijsq; ordinarijs, vt totis viribus contendant, quo ista debitè & veraciter per eorum dioceses & curas

exequn-

exequutioni mandentur, quemadmodum ſint rationem reddituri coram Deo de malis & afflictionibus, quibus omnipotens Deus iuſtè poterit populum affligere, quòd tam bonam ſalutarémq; legem neglexerit.

Verùm quoad eorum in hiſce rebus autoritatem, ſtatutum vlterius ſit autoritate prædicta, quòd omnes & ſinguli Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij eorum officiarij eccleſiaſtica fungentes iuriſdictione, in locis tam exemptis quàm non exemptis, infra dioceſes eorum plenam poteſtatem & autoritatem huius ſtatuti vim habebunt reformandi, corrigendi, puniendi per cenſuras eccleſiaſticas, vniuerſos & ſingulos, qui infra eorum iuriſdictiones vel dioceſim in hoc ſtatutum deliquerint, à feſto Natiuit. Ioannis Baptiſtæ proximè futuro. Non obſtantibus quibuſcunque lege, ſtatuto, priuilegio, libertate aut prouiſione ante hac editis, habitis, aut collocatis.

Decretum etiam & ſtatutum eſt autoritate qua ſupra, quòd omnes & ſinguli Iudices (ſiue Iuſticiarij de Oyer (vt vocant) & Determiner,) vel Iudices de Aſſyſe, in ſuis publicis & generalibus ſeſſionibus poteſtatē plenam & autoritatem habebunt inquirendi, audiendi, & determinandi omnes & cuiuſuis generis offenſas commiſſas vel perpetratas cōtra vllum articulum in hoc ſtatuto contentum, infra limites commiſſionis illis conceſſæ, & proceſſus faciendi pro exequutione eorundē, quemad-

quemadmodum versus quamcunque personam indictatam coram eis de transgressione, aut legitimè conuictam de eodem.

Prouisum & statutum sit autoritate prædicta, quòd omnes Archiepiscopi & Episcopi, de tempore in tempus, prout illorum cuilibet placuerit, huius statuti vigore se adiungent, & assidebunt, vel adiungere & assidere possunt Iudici (vulgo dicto) de Oyer & Determiner, aut Iudicibus de Assyse, in publicis illis & generalibus sessionibus in quocunque loco infrà diocesim tenendis, vt de ac super offensis prædictis inquirant, audiant, & finiant.

Prouisum & statutum sit autoritate prædicta, quòd libri de huiusmodi diuino cultu æditi, sumptibus & impensis parochianorum cuiusque parochiæ, & Cathedralis Ecclesiæ perquirentur & comparabuntur ante festum Natiuit. Ioannis Baptistæ proximum: Et quòd omnes illæ Ecclesiæ parochiales ac cathedrales, & loca alia vbi prædicti libri ante festum Natiuitatis Ioannis Baptistæ perquisiti & comparati fuerint, infrà tres septimanas à perquisitione & emptione talium librorum, illum cultum diuinum celebrabunt, vtentúrq; secundum modum in hoc statuto præscriptum.

Atque vlterius statutum sit autoritate prædicta, quòd nullus imposterùm in ius vocabitur, aut molestia afficietur de vel pro quocunque delicto

licto superiùs memorato deinceps committendo vel perpetrando, nisi sic delinquens indictatus sit in proxima generali sessione coram quocunque Iudice de Oyer & Determiner, vel Iudicibus de Assyse tenenda, proximè post quodcunque huiusmodi delictum commissum vel perpetratum contra tenorem huius statuti.

Cautum semper sit, & decretum statutúmq; autoritate prædicta, quòd omnes & singuli Parliamenti proceres pro tertia transgressione superius notata, per suos pares iudicabuntur.

Prouisum etiam sit, nec non decretum atque statutum autoritate prædicta, quòd Maior Londinensis, alijq; Maiores, Baliui & alij magistratus præcipui omnium & singulárum ciuitatum, Burgorum, Vrbium corporatarum huius Regni, Walliæ, & Marchiarum eiusdem, ad quas Iudices de Assyse commeare non soleant, plenam potestatem & autoritatem ex hoc statuto habebunt, inquirendi, audiendi, & finiendi omnia & singula delicta supradicta annuatim infra quindecim dies á festo Paschæ & S. Michaelis Archangeli, eisdem modo & forma, quibus Iudices de Assyse, & Oyer & Determiner possunt.

Prouisum sit, decretúmq; & statutum autoritate prædicta, quòd omnes & singuli Archiepiscopi, & Episcopi, eorúmq; Cancellarij, Commissarij, Archidiaconi, atque Ordinarij alij peculiarem aliquam iurisdictionem exercentes, plenam potestatem

ſtatem & autoritatem huius ſtatuti virtute habebunt tam inquirendi in viſitationibus ſuis, Synodis & alibi infra iuriſdictionem quocunque tempore & loco, accuſationes & informationes capiendi cuiq; rei ſuperius præſcriptæ, infra limites ſuarum iuriſdictionis & autoritatis, factæ, commiſſæ, perpetratæ, quam puniendi eandem admonitione, excommunicatione, ſequeſtratione, aut depriuatione & alijs cenſuris ac proceſſibus eadem forma qua ante hac in ſimilibus caſibus ſit ſolitum, iuxta leges Reginæ Eccleſiaſticas.

Prouiſum ſit atque ſtatutum, quòd quicunque in præmiſſis delinquens, pro delicto fuerit per Ordinarium caſtigatus, eiq; rei habuerit literas teſtimoniales Ordinarij ſigillo ſignatas, huius offenſæ rurſum coram Iudicibus non agetur reus. Et è conuerſo, pro ſuo primo delicto per Iudices ſeculares caſtigatus, pro eodem crimine ab Ordinario non punietur, nulla re in hoc ſtatuto contenta non obſtante.


Prouiſum atque ſtatutum ſit, quòd talia eccleſiaſtica ornamenta & miniſtrorum eiuſdem conſeruabuntur, & vſui ſubſeruient, quemadmodum mos erat in hac Eccleſia Anglicana ex autoritate Parliamenti in anno ſecundo Regni Regis Edwardi ſexti, donec alius ordo conſtitutus fuerit à Reginea Maieſtate, cum conſilio Commiſſionariorum, qui ad cauſas eccleſiaſticas aſſignantur, autorizantúrque ſub magno Angliæ ſigillo, vel

Metro-

Metropolitani huius Regni. Atque etiam si contemptus aliquis aut irreuerens quid circa caremonias vel ritus ecclesiasticos euenerit, abusione nimirum ordinum in hoc libro assignatorum, quòd Reginea Maiestas simili vtens consilio eorundem Commissionariorum vel Metropolitani, statuere & publicare poterit vlteriores caremonias vel ritus sicut maximè expedire videbitur ad diuinæ gloriæ amplificationem, Ecclesiæ ædificationem, & sanctis mysterijs ac Sacramentis debitam reuerentiam.

Denique statutum sit autoritate supradicta, quòd Leges omnes, statuta & ordinationes, quibus vel in quibus vllus alius cultus diuinus, administratio Sacramentorum vel Communium Precum assignantur, confirmantur, vel ad vsum publicantur in hoc Regno, vel alijs Reginæ ditionibus aut terris, penitus irrita erunt & nullius roboris.

PRÆFA-



Ihil vnquam fuit humanâ sapientia tam benè constitutum, aut constabilitum firmiter, quod processu temporis non labefactaretur & corrumperetur. Et vt de alijs exemplis taceam, hoc manifestum est de forma publicarum precum in Ecclesia, quas vulgus Cultum Dei vocare consueuit. De harum origine si quis consultat autenticos scriptores, inueniet non alia ratione institutas esse, quàm vt fides, pietásq; ac religio Christiana cresceret, & doctrina latiùs propagaretur. Nam Sancti Patres ita rem instituerunt, vt tota Biblia, aut maior horum pars semel in anno prælegeretur, hoc consilio, vt clerici & præsertim ministri Ecclesiæ frequenti lectione & meditatione scripturæ, seipsos excitarent ad pietatem, & instructiores redderentur ad docendam Ecclesiam verbo Dei, & refutandos aduersarios veræ doctrinæ. Deinde, vt populus ex quotidiana lectione sacrorum librorum in templis, cresceret subinde magis ac magis in vera cognitione Dei & Domini nostri Iesu Christi, & per id accenderetur ad studium & amorem veræ religionis. Sed multis retro ab hinc annis, hæc pia & salutaris Patrum constitutio, ita neglecta, mutata & corrupta fuit, additione incertarum historiarum, vt nihil durius dicam, Responsoriorum, Versuum & inutilium repetitionum, commemorationum, & aliarum Synodalium constitutionum, vt semper ferè cùm inciperetur liber aliquis sacer, priusquàm tria aut quatuor capita absoluerentur, nihil temporis superesset pro reliqua parte scripti. Vt, exempli gratia, visio Esaiæ Prophetæ

incipiebatur prima dominica Aduentus, ita liber Genesios dominica Septuagesimæ incipiebatur: sed incipiebatur tantùm, quia nunquam finiebatur. Et ad hunc modum fiebat de alijs.

Præterea, etiamsi Paulus iubeat sacram lectionem fieri lingua populari, vt inde ædificetur Ecclesia, tamē aliquot seculis sacri libri prælegebantur ad Anglos Latinè, vt is qui legeret, plærunque daret sine mente sonum, & vox tantùm aërem & aures feriret, corda spiritus & mentes, fructu vacarent. Ad hæc, etsi sancti patres diuiserunt Psalmos in septem partes, quas Nocturnas preces vocant, vt Psalterium integrum singulis septimanis absolueretur, rarò tamen his postremis temporibus huic ordinationi fuit satisfactum, sed omnibus diebus ijdem Psalmi repetebantur, alijs interim omninò omissis. Postremò tantus fuit numerus, tanta varietas regularum, Picæ vt vocabant, tot mutationes in officio ecclesiastico, quòd reuolutio libri ad inueniendum quid legeretur, plus negotij & difficultatis haberet, quàm lectio huius quod fuerat inuentum. Horum & similium incommodorum consideratione, reuocauimus officium Ecclesiasticum ad primam institutionem, iuxta consilium sanctorum Patrum. Et vt omnia sint in promptu, præfixum est Calendarium facile intellectu, & in quo quantum fieri potuit, totius Scripturæ continua lectio proponitur ordine, ita vt nulla sit interruptio aut separatio locorum in sacris Biblijs coniunctorum. Hoc vt commodè fieret, necesse fuit omittere Antiphonas, Responsoria, Inuitatoria, & alia quædam similia, quæ disiungebant perpetuum contextum, & continuam lectionem Scripturæ. Et quia conducit ad huius ordinis & perpetui contextus sacrorum librorum intellectum, præfigere quosdam Canones, ideò aliquos huic operi præfiximus, qui vt numero pauci, ita intellectione sunt facillimi: sic enim ordo precationum,

quantum ad Scripturam attinet, diſpoſitus eſt, vt multò magis conueniat cum conſilio inſtitutionis ſanctorum Patrum, & multò commodior atque vtilior ſit, quàm fuerit illa qua anteà ſumus vſi. Quòd autem maiorem habeat vtilitatem, vel ex eo facilè intelligi poteſt, quòd in eo multa ſunt omiſſa de illis rebus, quæ ſunt incertæ, quædam etiam confictæ, nonnullæ ſuperſtitioſæ. Et quòd in hac ordinatione nihil contineatur præter purum verbum Dei & ſacras literas, vel quòd in euidente & neceſſaria conſequutione ex iſtis deducitur, ídque hoc ordine, illo idiomate, vt & à lectoribus & auditoribus haud difficile percipi & retineri poſſit. Eſt prætereà hæc ordinatio commodior propter breuitatem & manifeſtum ordinem, & paucas regulas apertas. Et quia miniſtris Eccleſiæ, nihil opus eſt alijs libris in publico miniſterio, ſi hunc & ſacra Biblia teneant, quo fit etiam vt plebecula facilius ferre poſſit ſumptus in coëmendis libris, in vnaquaque Parochia, quàm vnquam anteà. Eſt & illud in hac ordinatione illuſtre, & quòd omnes ad decorum non ſolùm, ſed & vtile & neceſſarium iudicant, quòd in omnibus huius regni Eccleſijs, eædem ſunt lectiones & cantiones, cùm anteà ſingulæ Diocœſes ſuam habuerint ordinationem, vt alij Sarum, alij Herfordienſem, alij Eboracenſem, aut Lincolnienſem, &c. ſequerentur.

Si autem quiſpiam queratur, difficiliorem eſſe hanc ordinationem, propterea quòd oporteat iam omnia ex libro recitare, cùm anteà ex ſolo auditu, propter crebram repetitionem, multa addiſci poſſent: is ſi conferet vtilitatem intelligentiæ, quam ex quotidiana lectione ſacrorum librorum conſequetur cum labore facilè hanc moleſtiam deuorabit. Quia verò nulla ordinatio tam perſpicuè proponi poteſt, de quo non oriantur interdum diſputationes in quotidiano vſu, conſtitutum eſt, vt quoties dubia occurrunt, aut

incidunt inter ministros, deferatur res ad Episcopum Diocœseos, cuius iudicio in hac re acquiescent, modò nihil constituat, quod palam cum hac ordinatione pugnet.



DE CÆREMONIIS, cur aliæ quidem abrogatæ, aliæ verò retentæ ac receptæ sunt in *Ecclesia nostra Anglicana.*



Æremonias plerasq; omnes, ac sacrorum ritus, quibus in Ecclesia diu iam autoritas tributa est, ab hominum institutione ac disciplina manauisse, luce clarius est. Harum autem cæremoniarum aliæ piè sanctéque, ab ortu excogitatę, diuturnitate post, & institutionis ignoratione, versæ fuerunt in eam superstitionem, in qua insunt timores quidam, ac confidentiæ pariter inanes. Aliæ, clam in Ecclesiam irrepserunt, effictæ ad quorundam hominum arbitrium, quibus plus desiderij cultus diuini, quàm cognitionis modi, ac rationis rectè colendi Deum fuit. Quæ quoniam

primò conniuentibus cæteris, quibus fuit iudicium confirmatius, introductæ fuerunt in dies singulos, in nefarios & flagitiosos abusus adoleuerunt. Hæ, non solùm quòd inutiles sunt quòd ijs populus cæcutijt, verùm etiam quòd gloriæ Dei per has offusæ sunt tenebræ, dignæ existimabantur, quæ exploderentur, ac penitus exterminarentur. Aliæ sunt, quas licet ab hominibus ascitas fuisse confitemur, eas tamen retinere optimum visum est, cùm propter ἀταξίας, & decori ordinis conseruationem in Ecclesia (quo erant primùm destinatæ) tum potissimum, quia spectant ad ædificationem, ad quam sunt omnia (vt Apostolus tradit) referenda. Et quanquam cæremoniæ alicuius retentio, aut omissio, (quòd ad eam ipsam attinet) non magni est momenti : temeraria tamen & fastuosa, communis ordinis, ac disciplinæ maiorum rescissio, grauissimam numinis diuini reprehensionem incurrit.

Fiant omnia inter vos (inquit Apostolus) decore, & apposito ordine. Ordinis autem huius constitutio, temperatióque, neutiquam ad priuatos homines spectare potest. Quamobrem conatus rescindendi aut nouandi instituta publica, in Ecclesia Christi, non nisi legitimè ad eam rem accersito, est cuiquam permissus.

Et quoniam his nostris turbulentissimis temporibus, ob vehemens hominum studium, tam ardens in quibusdam cæremoniarum suarum propugnatio sit, vt vel minimam partem earum libenter dimitti non velint: alijs contra aures sint nouarum rerum cupiditate adeò prurientes, vt nihil nisi nouum ac nuper ascitum possit arridere : non tam illorum libidini, quàm rei veritati consulendum esse rati, in Deum primùm oculos coniecimus, deinde in vtilitatem vtrarumque partium. Verùm ne quisquam ægrè ac iniquo animo ferat cæremoniarum in Ecclesia immutationem,

nem, rationes quasdam adduximus, cur à multis ante seculis receptæ quædam antiquentur, aliæ verò obseruentur. Abolentur nõnulla ad ingentem & immensam illarum congeriem imminuendam, quæ non multò ante hanc nostram ætatem adeò amplificabantur, vt onus illarum non esset ferendum: Quamobrem diuus Augustinus in illa Ecclesiæ Christi quasi iuuentute, grauiter acerbéque conquestus est, aceruum illarum tam infinitè excreuisse, vt Christianorum conditio multò esset deterior, ea in re, quàm populi Iudaici: isque autor ac consultor fuit, vt tam graue iugum & importunum pondus leuaretur, quum primum occasio & temporis opportunitas, sedatè id fieri posse permitteret. At quid diceret diuus Augustinus, si in hæc nostra tempora reseruatus, vidisset auctissimum incrementum hodiernarũ cæremoniarum quibuscum illæ nequaquam numero sunt conferendæ? Nostrarum cæremoniarũ multitudo, adeò erat amplificata, adeò erat abstrusæ & obscuræ significationis, & interdum adeò inutiliter accommodatæ, vt potius tenebras obducerent, inuoluerentque rerum sensa, quàm illustrarent beneficia Christi, prolixè & copiosè in nos collata. Ad hæc, Christi Euangelium, non est disciplina egens cæremonijs æquè atque Moysis instituta: verum est pura & syncera ratio colendi Deum, non in seruitute typorum & vmbraculorum, sed in spiritus libertate, contenta his solùm cæremonijs, quę poterunt pertinere ad decori ordinis conseruationem (quàm paulò ante εὐταξίαν appellauimus) & sanctæ morum disciplinæ confirmationem: & sunt prætereà aptæ ad excitandos hebetes, & somnolentos hominum sensus, in recordationem officij sui erga Deum, idque clara & patenti notatione, in ædificationem corporis mystici. Postremò, grauissima ratio, quæ ad exterminationem quarundam cæremoniarum nos commouit, fuit, quòd hæ partim cæcitas imperitæ plebis, partim

inexplebilis eorum auaritia,qui quærebant corradere ſuum quæſtum, potiùs quàm gloriam Dei illuſtrare, in tam horribiles abuſus degenerauerunt, vt hi, niſi ſublatis ipſis cæremonijs, tolli vlla ratione nō poſſent. Verùm, iam nunc ſi qui fortè grauiter ac moleſtè ferent, aliquas veterum cæremoniarum non abolitas fuiſſe, ij ſi ſecum ipſi velint reputare, ſine certis non poſſe fieri, vt rerum gerendarum decorum, & tranquilla diſciplina in Eccleſia conſeruentur, facilè deprehendent rationum quædam momenta, quibus poterunt reuocari ad ſaniorem mentem, & acrius iudicium. Quòd ſi penitus omnes antiquas amouendas eſſe cenſebunt, & illarum locō nouas ſubſtituendas: tum quandoquidem authores ſunt cæremoniarum habendarum, equidem eas, quæ diutino populi aſſenſu, & voce receptæ, comprobatæque ſunt, & appoſitè poſſunt ſeruire inſtituto noſtro, reſpuendo, ſtultitiam ſuam manifeſtè produnt; præſertim cùm noſtro æuo, earum ſignificatio accommodatioque non ignoretur. Hæ ſiquidem clarè explorata & percepta,ſunt magni æſtimandę ab omnibus,ob admirabilem continuationem, & ſeriem longinqui temporis, ſi ſe ipſi potius concordiæ & conſenſionis cupidos eſſe videri volunt, quàm introducendi res inuſitatas, exoticas & aduentitias, id quod (quantum Chriſtianæ religionis diligens quædam procuratio patitur) eſt ſedulò vitandum. Præter hæc,nemo poterit meritò & iuſtè de retentis cæremonijs conqueri, nemo ſuccenſere. Nam quemadmodum illæ exulant ab Eccleſia, quibus populus fœdiſſimè abutebatur, & quibus hominum conſcientiæ oppreſſæ ſuccumbebant:ſic hæ retentæ ſunt, diſciplinæ ac ordinis cauſa, quæ tamen ita valebunt, vt non ſolùm mutari, ſed refigi etiam ac reſcindi poſſint, & ea de re, non dabunt ſe in ſocietatem honoris, cum lege Diuina. Ad hæc,non ſunt inuolutæ aut elingues cæremoniæ noſtræ, patent, loquuntur, adeò vt

explicata & euoluta ſit illarum intelligentia,& propoſitum non obſcurum,quò referuntur. Quò fit,vt credi non poſſit eas peruertendas fore tempore venturo, æquè ac cæteræ, quibus Chriſtiana vita, toto cœlo à ſcopo vitæ Chriſti, aberrauit. At dicent aliqui fortaſſe: Quò ſeſe iactabit hæc audacia? Ecquid prçſcribetis religionis formas & effigies peregrinis? Neutiquam. Nam neque conſuetas illorum cæremonias reprehendimus, neque inducimus nouas, vtpote quibuſcum nihil nobis commercij eſt, de noſtris hominibus duntaxat ſumus ſolliciti. Hoc enim iudicio diu iam fuimus, vt conuenire opinaremur, vt quælibet Reſpublica vtatur his cæremonijs, quas accommodatiſſimas exiſtimauerit ad illuſtrandam Dei gloriam, ac ad ſeuocandum populum à turpitudine ad cœleſtem vitam,ab errore & ſuperſtitione ad cognitionem & verum cultum: & denique vt excludat alias omnes, quolibet tempore, quas intellexerit abuſu indecorè deformatas eſſe, quemadmodum in humanis traditionibus ſæpè vſu veniſſe in diuerſis Prouincijs intelleximus.

INDEX ET CALENDARIVM, QVO EXPRIMITVR ORDO PSALmorum & Lectionum, ad preces Matutinas & Vespertinas, per totum annum, exceptis quibusdam festis proprijs, quemadmodum regulæ subsequentes planiùs explicabunt.

TOTVM Psalterium prælegitur singulis mensibus: & quia non idem est numerus dierum in omnibus, sed aliqui plures, aliqui pauciores dies habent, placuit eos pares facere, quantum ad numerum dierum, hac ratione.

Cuilibet Mensi, quãtum ad nostrum institutum attinet, deputantur triginta dies.

Et quia Ianuarius & Martius vnum & triginta habent dies in Calendarijs, & horum medio Februarius viginti octo tantùm, ideò is ab vnoquoque illorum vnum mutuabitur diem. Ita vt Psalterium quod legi debet mense Februario, incipiatur vltimo Ianuarij, & finiatur primo Martij.

Cùm autem Maius, Iulius, Augustus, October & December, singuli triginta & vnum dies habeant, constitutum est, vt Psalmi qui penultimo die leguntur, sequenti etiam die, id est vltimo, repetantur, vt Psalterium primo die sequentium mensium possit incipi.

Iam ad intelligendum qui Psalmi singulis diebus debeant prælegi, inspice numerum in Calendario, qui adscriptus est Psalmis, & tunc quære eundem numerum in hac tabula, quo inuento, videbis qui Psalmi ad Matutinas & Vesperas debeant recitari.

Quia verò Psalmus 119. diuisus est in 22. periodos, & prolixior est, quàm vt vno tẽpore legatur, constitutum est, vt vna vice quatuor aut quinque periodi tantum legãtur, vt in tabula signatum deprehendes.

Hoc autem considerandum est, quòd in hac tabula, & in tota ordinatione, vbi mentio fit de numero Psalmorum, sequuti simus supputationem Hebræorum.

Sequitur tabula, monstrans ordinem Psalmorum, ad Matutinas & Vespertinas preces.

Psal.

PSALMI.

Dies.	Matutinæ.	Vespertinæ.
1	1. 2. 3. 4. 5.	6. 7. 8.
2	9. 10. 11.	12. 13. 14.
3	15. 16. 17.	18.
4	19. 20. 21.	22. 23.
5	24. 25. 26.	27. 28. 29.
6	30. 31.	32. 33. 34.
7	35. 36.	37
8	38. 39. 40.	41. 42. 43.
9	44. 45. 46.	47. 48. 49.
10	50. 51. 52.	53. 54. 55.
11	56. 57. 58.	59. 60. 61.
12	62. 63. 64.	65. 66. 67.
13	68.	69. 70.
14	71. 72.	73. 74.
15	75. 76. 77.	78.
16	79. 80. 81.	82. 83. 84. 85.
17	86. 87. 88.	89
18	90. 91. 92.	93. 94.
19	95. 96. 97.	98. 99. 100. 101.
20	102. 103.	104.
21	105.	106.
22	107.	108. 109.
23	110. 111. 112. 113.	114. 115.
24	116. 117. 118.	119. *Inde quatuor periodi*
25	*Inde quinque periodi eiusdem.*	*Inde quatuor periodi eiusdem.*
26	*Inde quinque periodi eiusdem.*	*Inde quatuor ultimi eiusdem.*
27	120. 121. 122. 123. 124. 125	126. 127. 128. 129. 130. 131.
28	132. 133. 134. 135.	136. 137. 138.
29	139. 140. 141.	142. 143.
30	144. 145. 146.	147. 148. 149. 150.

ORDO LECTIONVM IVXTA CONTEXTVM BIBLIORVM: sepositis Psalmis.

VETVS Testamētum, prima lectione, recitatur in Matutinis & Vesperis: & quolibet anno debet finiri, exceptis quibusdam libris & capitibus, qui omittuntur, propterea quod non sunt tam necessarij, quàm alij.

Nouum Testamentum, Alteri lectioni inseritur in Matutinis & Vesperis: & singulis annis ter repetitur, vnà cum Epistolis & Euangelijs, excepta Apocalypsi, ex qua lectiones aliquot Festis quibusdam tribuuntur.

Vt autem scias quæ lectiones quolibet die legi debeant, quære diem mensis in sequenti Calendario. Istîc enim libros & capita inuenies lectionum, quæ ad Matutinas & Vesperas recitabuntur.

In Festis mobilibus, immobilibus, & Dominicis quæ proprios habent Psalmos & Lectiones, relinquuntur Psalmi & Lectiones nominati in Calendario.

Sciendum est etiam, Collectam, Epistolam, & Euangelium Dominicæ diei, repeti per totam septimanam, nisi inciderit Festū quod proprium habet officium.

In

In Bolifmo vel Biffextili, quo vicefimus tertius dies Februarij in duos diuiditur, vtriufque diei idem eft officium.

Vbicunque principium Lectionis, Epiftolæ vel Euangelij non exprimitur, incipiendum eft à principio capitis.

Et vbicunque non exprimitur finis Lectionis, legendum eft ad finem capitis.

Quoties primum caput diui Matthæi legitur, vel pro Lectione, vel pro Euangelio, incipies ab his verbis : *Iefu verò Chrifti Natiuitas fic habet, &c.* Et tertium caput Euangelij fecundum diuum Lucam : legetur ad hæc verba : *Vt putabatur filius Iofeph.*

LECTIONES PROPRIÆ,

QVAE PRO PRIMIS LECTIONIBVS RECItabuntur, per totum annum, diebus Dominicis, ad preces Matutinas & Vespertinas. Aliquot etiam Secundæ Lectiones.

Domin. Aduent. Domin.

Domin.	Matutinæ.	Vesperæ.
1	Esai. 1	Esai. 2
2	5	24
3	25	26
4	30	32

Dominicæ post Natalem Domini.

1	Esai. 37	Esai. 38
2	41	43

Dominicæ post Epiphaniam.

1	Esai. 44	Esai. 46
2	51	53
3	55	56
4	57	58
5	59	64

Septuagesima.

Genes. 1.	Genes. 2.

Sexagesima.

Genes. 3.	Genes. 6.

Domi-

Dominica Quinquageſimæ.

Domin.	Matutinæ.	Veſpertinæ.
	Geneſ. 9	Geneſ. 12

Dominicæ Quadrageſimæ.

Domin.	Matutinæ.	Veſpertinæ.
1	Geneſ. 19	Geneſ. 22
2	27	34
3	39	42
4	43	45
5	Exod. 3	5
6	9	10

Die Paſchæ.

Domin.	Matutinæ.	Veſpertinæ.
	Exod. 12 Roman. 6	Exod. 14 Actor. 2

Dominicæ poſt Paſcha.

Domin.	Matutinæ.	Veſpertinæ.
1	Numer. 16	Numer. 22
2	23	25
3	Deuter. 4	Deuter. 5
4	6	7
5	8	9

Dominica poſt aſcenſionem Dom.

Domin.	Matutinæ.	Veſpertinæ.
	Deuter. 12	Deuter. 13

Die Pentecoſtes.

Domin.	Matutinæ.	Veſpertinæ.
	Deut. 16. Actor. 10. Aperiens autem Petrus os, &c.	Sapien. 1. Actor. 19. Factũ eſt aũt cũ Apollo eſſet Cor. &c. vſq; His autẽ expletis.

Dom.	Matutinæ.	Vespertinæ.

Dominica Trinitatis.

	Matutinæ.	Vespertinæ.
	Genes. 18 Matth. 3	Iosue 1.

Dominica post Trinitatem.

Dom.	Matutinæ.	Vespertinæ.
1	Iosue 10	Iosue 23
2	Iudic. 4	Iudic. 5
3	1. Reg. 2	1. Reg. 3
4	12	13
5	15	16
6	2. Reg. 12	2. Reg. 21
7	22	24
8	3. Reg. 13	3. Reg. 17
9	18	19
10	21	22
11	4. Reg. 5	4. Reg. 9
12	10	18
13	4 Reg. 19	4. Reg. 23
14	Ierem. 5	Ierem. 22
15	Ierem. 35	Ierem. 36
16	Ezech. 2	Ezech. 14
17	16	18
18	20	24
19	Dani. 3	Dani. 6
20	Ioel. 2	Miche. 6
21	Abacuc. 2	Prouer. 1
22	Prouer. 2	3
23	11	12
24	13	14
25	Prouer. 15	16
26	17	19

Sequuntur Lectiones propriæ Festorum dierum.

Pro-

Propriæ Lectiones Festorum dierum.

Dies.	Matutinæ.	Vespertinæ.
Andr. Apost.	Prouerb. 20.	Prouerb. 21.
Tho. Apost.	Prouerb. 23.	Prouerb. 24.

Die Natalis Domini.

Lectio. {1 2}	{Esai. 9. Luc. 2. vsque ad hominibus bonæ voluntatis.	{Esai. 7. locutus est dominus ad Ac. Tit. 3. Apparuit bonitas.
Stephani protho. martyris.	{Prouerb. 28. Actor. 6. & 7. Stephan. plenus vsque. Et post 40.	{Eccle. 4. Act. 7. Et completis 40. annis, vsq; ad Stephan. plenus spir.
Ioannis Euãgelist.	{Ecclesiast. 5. Apocal. 1.}	{Eccles. 6. Apoc. 22.
Innocentum.	Iere. 31. vsque ad Audiui Ephraim.	Sapient. 1.
Circumcisio.	{Genesis. 17. Roman. 2.}	{Deuter. 10. Et nunc Israel. &c. Coloss. 2.

Die Epiphaniæ.

Lectio. {1 2}	{Esai. 40. Luc. 3. vsque ad Sic vt putabatur filius Ioseph.	{Esai. 49. Ioan. 2. vsq; ad Post hæc descendit Capernaum.

Con-

Dies.	Matutinæ.	Veſpertinæ.
Conuer. Pauli	Sapien. 5. Act.22.vſque ad Audiebant aũt.	Sapient. 6. Actor. 26.

Die Purificationis Mariæ Virg.

	Sapient. 9	Sapient. 12
Matthiæ Ap.	Sapient. 19	Eccleſ. 1
Annunt. Mar.	Eccleſ. 2	Ecclesi. 3
Fer.4.ante Pa	Oſee. 13	Oſee. 14
Cœnæ Dom.	Daniel. 9	Ierem. 31
Paraſceues.	Geneſ. 22	Eſai. 53
Vigilia Paſch.	Zachar. 9	Exod. 13
Feria 2. poſt Paſcha.	Exod. 16 Matth. 28	Exod. 17 Actor. 3
Fer. tertia poſt paſc. 1 2	Exod. 20 Luc.24.vſque ad Et ecce duo	Exod. 32 1.Corint.15
Marc. Euang.	Eccleſ. 3	Eccleſ. 5
Phil.& Iacob.	Eccleſ. 7	Eccleſ. 9

Die Aſcenſionis Domini.

	Deuteron. 10.	4.Reg.2.
Feria 2. poſt Pentecoſtes.	Geneſ. 11. vſq; ad Hæ ſunt generationes Sem.	Num.11.dixit Dominus ad Moiſen: Congrega mihi 70.viros. &c. vſque ad, Reuerſus eſt Moyſes & maiores natu Iſrael in caſtrum. Deuteron.30.
Feria tertia.	1.Reg.19. Dauid autē fugiens venit ad Samuel in Ramatha.	

Bar-

Dies.	Matutinæ.	Vespertinæ.
Barnabæ Apostoli.	Ecclesi. 10 Actor. 14	Eccles. 12. Actor.15. vsque ad, Post aliquot dies.

Dies Ioannis Baptistæ.

Lectio. 1 2	Malach. 3 Matth. 13	Malach. 4. Matt. 14. vsque ad, Cùm audisset Iesus.
Petri Apostoli. 1 2	Ecclesi. 15 Actor. 3	Eccles. 19 Actor. 4
Iacobi Apost.	Ecclesi. 21	Eccles. 23
Bartholom.	Ecclesi. 25	Eccles. 29
Matthæi Ap.	Ecclesi. 35	Eccles. 38

Die Michaelis Archangeli.

	Eccles. 39	Eccles. 44
Lucæ Euang.	Eccles. 51	Iob. 1
Sim.& Iudæ.	Iob. 24. 25	Iob. 42

Die omnium Sanctorum.

Lectio 1 2	Sapien. 3. vsq; ad Quoniã felix est sterilis,&c. Hebr. 11. & 12. Sancti per fidem, vsque ad, Feratis castigationem.	Sapien.5.vsque ad, Et accipiet armaturã zelus illius. Apoc.19.vsque ad,Et ecce vidi Angelum.

Die

Die Natalis Domini.

Psal.	19.45.85.	88.110.132.

Die Paschæ.

Psal.	2.57.111.	113.114.118.

Die Ascensionis Domini.

Psal.	8.15.21.	24. 68. 108.

Die Pentecostes.

Psal.	46. 67.	104. 145.

De anno & partibus eius.

ANnus propriè est illud ſpacium temporis, quo ſol totum ſuum Zodiacum ſiue ſigniferum peragrat : quod tempus comprehendit dies 365. & ſex horas fermè. Qui dies efficiunt hebdomadas 52. & diem præterea vnum.

Sex illæ horæ quater collectæ, integrum diem, quarto quóque anno efficiunt intercalandum. Qui dies ita inſerendus videbatur, vt temporum ratio Solis itineri perpetuò congrueret ; vtque Solſtitia & Æquinoctia, cæteráque anni tempora, eoſdem menſes tanquam ſedes obtinerent : quódque dies reliqui omnes, adeóque feſta Immobilia, quæ vocant, eaſdem literas retineant, nec ſuis ſedibus pellantur.

Quare in anno quarto, legendum eſt in fine menſis Februarij, videlicet 25. die, in ſede litera F, bis Mat. Mat. vt ſextus dies Kalendarum (inde anno nomen Biſſexto vel Biſſextili) bis nominetur, propter diem illum quarto quoque anno ibidem inſerendum. Vnde prima ex duabus illius anni literis dominicalibus ſeruit vſque ad diem 24. Februarij, ſecunda verò inde vſque ad anni finem.

Hebdo-

Hebdomadæ siue Septimanæ.

Annus Solaris siue Communis, habet Hebdomadas 52. & diem vnum.

Hebdomada habet dies septem. Horum appellationes partim à recepto vsu Ecclesiæ, partim à Iudæis & Astrologis ad nos transmissæ sunt, quorum diuersitatem hæc tabella ostendit.

Iudæi.		Astrologi.	Christiani.	
Prima vel vna Sabbatorū		*Solis.*	*Dominicus dies.*	
Secunda,	*Sabbat. Dies.*	*Lunæ.*	*Secunda,*	*Feriæ*
Tertia,		*Martis.*	*Tertia,*	
Quarta,		*Mercurij.*	*Quarta,*	
Quinta,		*Iouis.*	*Quinta,*	
Sexta,		*Veneris.*	*Sexta,*	
Sabbatū.		*Saturni.*	*Septima.*	

Cyclus Solaris.

MVtatio literæ Dominicalis partim contingit ob reliquum diem super integras hebdomadas, partim ob ἐμβόλισμον *quaternis annis recurrentem, non potest ipsa in sua principia reuolui citiùs, quàm viginti octo annorum perpetuo interuallo. Quater enim 7. efficiunt 28. Proinde hic Cyclus literarum Dominicalium complectitur 28. annos, & vocatur Solaris, quia ab ipsius ambitu per signiferum pendet. Cuius initium à Bissextili anno, in quo prior litera Dominicalis G esset, posterior F, non inconcinnè factum est, nempè vt anticipatio illa à postrema litera in primam recurreret.*

Ipſum Cyclum hîc in tabella ſubijcimus.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	Siclus Solaris.
G	E	D	C	B	G	F	E	D	B	A	G	F	Lit.Dom.
F				A				C				E	Biſſextil.

14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	Sic.Solar.
D	C	B	A	F	E	D	C	A	G	Lit.Dom.
			G				B			Biſſextil.

24	25	26	27	28	Sic.Solar.
F	E	C	B	A	Lit.Dom.
	D				Biſſextil.

Iam vt huius tabellæ vſus ſit, tribue anno Domini 1560. *vnitatem, proximo binarium, tertio inde ternarium, donec ad finem peruenias. Itaque annus hic præſens* 1560. *currentis cycli ſolaris eſt* 1. *qui pariter cum* 1587. *anno terminabitur, ita vt anno* 88. *ſupra* 1500, *ordo iterum redeat ad vnitatem, atque ita deinceps, quàm diu hic mundus durauerit.*

Litera Dominicalis ea est, quæ sub ipso Aureo numero posita, inuenitur, Si duæ occurrerint, est annus Bissextilis. Et litera quæ superiorem locum occupat, est Dominicalis, vsque ad ferias Matthiæ, quæ inferiorem, vsque ad finem anni.

Eadem ratione indagatur Aureus numerus & Epacta, de quibus vide subiectam tabellam.

Aureus nu.	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
Epactæ.	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23

Aureus nu.	14	15	16	17	18	19	1	2
Epactæ.	4	15	26	7	18	29	11	22

Litera Dominicalis.

Aureus numer.	A	B	C	D	E	F	G
1	April.9.	10	11	12	6	7	8
2	Mar.26	27	28	29	30	31	Apr.1.
3	Apr.16.	17	18	19	20.	14	15
4	April.9.	3	4	5	6	7	8
5	Mar. 26	27	28	29	23	24	25
6	Apr.16.	17	11	12	13	14	15
7	April.2.	3	4	5	6	M.31	Apr.1.
8	Apr.23.	24	25	19	20	21	22
9	April.9.	10	11	12	13	14	8
10	April.2.	3	M.28	29	30	31	Apr.1.
11	Apr.16.	17	18	19	20	21	22
12	April.9.	10	11	5	6	7	8
13	Mar.26	27	28	29	30	31	25
14	Apr. 16.	17	18	19	1.	14	15
15	April.2.	3	4	5	6	7	8
16	Mar.26	27	28	22	23	24	25
17	Apr.16.	10	11	12	13	14	15
18	April.2.	3	4	5	M.30	31	Apr.1.
19	Apr.23.	24	28	19	20	21	22

In loco correſpondente numero Aureo & literę Dominicali, inuenies quota die Martij vel Aprilis erit Paſchatis dies, Martius notatur hoc modo. Mar. vel M. Aprilis verò hac nota: Apr. vel Ap.

Inuento tempore Paſchatis, reliquorum Feſtorum, quæ Mobilia nuncupantur, tempora, ſine vllo negotio præfiniri poſſunt, quoniam eodem ſemper interuallo aut præcedunt πάσχα, aut ſequuntur, vt ex hac tabella patet.

Septuageſima	*antecedit Feſtũ Paſchatis.*	9	Hebdomadibus.
Sexageſima		8	
Quinquageſima		7	
Quadrageſima		6	
Rogationes	*ſequuntur Paſcha.*	5	Hebdomadis.
Pentecoſte		7	
Trinitatis		8	

Feſtum Aſcenſionis Domini ſequitur Dominicam Rogationum proximo die Iouis, ſeu feria quinta.

Interuallum vocant vulgo ſpatium inter feſtum Natiuitatis Domini & dominicam Quinquageſimæ comprehenſum, quod plerumque præter integras hebdomadas, dies aliquot continet, quos appellant Concurrentes.

Dominica prima Aduentus, ſemper ea eſt, quæ Barbaræ feſtum proximè antecedit.

Immo-

Reliqua Festa dicuntur Immobilia, quia singula eisdem tum diebus mensium, tum literis septenarijs velut perpetuis sedibus adfixa sunt. De quibus in genere hi versus, quamuis inconditi, non tamen inutiles vulgo circumferuntur.

Sex sunt ad Puri, bis sex sunt vsque Philippi.
Ad Iacobum totidem, nouem sunt ad Michaelem.
Sex ad Martini, sex ad Natalia Christi.
Adde dies octo, totus complebitur annus.

Ianuarius habet xxxj.dies.

				Matutinæ.		Vespertinæ.	
			ps.	*Lect.*1.	2.	*Lect.*1.	2.
1	A	Circuncisio Dom.	1	Gen. 17	Rom.2.	Deut.10.	Colos.2.
2	b	————	2	Gen. 1.	Matth.1	Genes.2.	Rom.1.
3	c	————	3	3	2	4	2
4	d	————	4	5	3	6	3
5	e	————	5	7	4	8	4
6	f	Epiphania Domin.	6	Esai. 60.	Lucæ.3.	Esai.49.	Ioan.2.
7	g	————	7	Gen.9.	Matth.5	Gen.12.	Rom.5.
8	A	Luciani pres.cũ soc	8	13	6	14	6
9	b	————	9	15	7	16	7
0	c	————	10	17	8	18	8
1	d	————	11	19	9	20	9
2	e	Sol in Aquario.	12	21	10	22	10
3	f	Hilarij Episcopi.	13	23.	11	24	11
4	g	Februarij.	14	25	12	26	12
5	A	————	15	27	13	28	13
6	b	————	16	29	14	30	14
7	c	————	17	31	15	32	15
8	d	Priscæ virginis.	18	33	16	34	16
9	e	————	19	35	17	37	1.Cor.1.
0	f	Fabiani & Sebast.	20	38	18	39	2
1	g	Agnetis virginis.	21	40	19	41	3
2	A	Vincentij martyris	22	42	20	43	4
3	b	————	23	44	21	45	5
4	c	————	24	46	22	47	6
5	d	Conuersio Pauli.	25	Sap.5.	Act.22.	Sap.6.	Act.26.
6	[illegible]	————	26	Gen. 48.	Matt.23.	Gen. 49.	.Cor.7.
7	[illegible]	————	27	50	24	Exod. 1.	8
8	[illegible]	————	28	Exod. 2.	25	3	9
9	A	————	29	4	26	5	10
0	b	————	30	7	27	8	11
1	c	————	31	9	28	10	12

Februarius habet xxviij.dies.

				Matutinæ.		Vespertinæ.	
			ps.	*Lect.*1.	2.	*Lect.*1.	2.
1	d	————	2	Exod.11	Marci.1.	Exod.12	1.Cor.13
2	e	Purificatio Mariæ.	3	Sapi.9.	2	Sap.12.	14
3	f	Blasij episc. & mar.	4	Exod.13	3	Exod.15	15
4	g	————	5	15	4	16	16
5	A	Agathæ vir.& mar.	6	17	5	18	2.Cor.1
6	b	————	7	19	6	20	2
7	c	————	8	21	7	22	3
8	d	————	9	23	8	24	4
6	e	————	10	32	9	33	5
10	f	————	11	34	10	Leuit.18	6
11	g	Sol in Piscibus.	12	Leuit.19	11	20	7
12	A	————	13	26	12	Num.11	8
13	b	————	14	Num.12	13	13	9
14	c	Valentini episcopi	15	14	14	16	10
15	d	————	16	17	15	20	11
16	e	————	17	21	16	22	12
17	f	————	18	23	Luc.di.1.	24	13
18	g	————	19	25	di.1.	27	Galat.1.
19	A	————	20	30	2	31	2
20	b	————	21	32	3	35	3
21	c	————	22	36	4	Deut.1.	4
22	d	————	23	Deut. 2	5	3	5
23	e	————	24	4	6	5	6
24	f	Matthiæ Apostoli.	25	Sap.12.	7	Eccles.1	Ephes.1.
25	g	————	26	Deut.6.	8	Deut.7.	2
26	A	————	27	8	9	9	3
27	b	————	28	10	10	11	4
28	c	————	29	13	11	15	5

Martius habet xxxj.dies.

				Matutinæ.		Veſpertinæ.	
			pſ.	*Lect.* 1.	2	*Lect.* 1	2.
1	d		30	Deut. 16	Luc. 12.	Deut. 17	Epheſ. 6.
2	e	Cedde epiſ. & cóf.	1	18	13	19	Phil. 1.
3	f		2	20	14	21	2
4	g		3	22	15	24	3
5	A		4	25	16	26	4
6	b		5	27	17	28	Coloſ. 1.
7	c	Perpetuæ.	6	29	18	30	2
8	d		7	31	19	32	3
9	e		8	33	20	34	4
10	f	*Aequinoct. vernum.*	9	Ioſue. 1.	21	Ioſue. 2.	1.The. 1.
11	g	Sol in Ariete.	10	3	22	4	2
12	A	Gregorij epiſ. Rom	11	5	23	6	3
13	b		12	7	24	8	4
14	c		13	9	Ioan. 1.	10	5
15	d		14	23	2	24	2.The. 1.
16	e		15	Iudic. 1.	3	Iudic. 2.	2
17	f		16	3	4	4	3
18	g	Edwardi Regis.	17	5	5	6	1.Tim. 1.
19	A		18	7	6	8	2.3.
20	b		19	9	7	10	4
21	c	Benedicti abbatis.	20	11	8	12	5
22	d		21	13	9	14	6
23	e		22	15	10	16	2.Tim. 1.
24	f		23	17	11	18	2
25	g		24	Eccleſ. 2	12	Eccleſ. 3	3
26	A	Annun. Mariȩ virg	25	Iudic. 19.	13	Iudic. 20	4
27	b		26	21	14	Ruth. 1.	Titus. 1.
28	c		27	Ruth. 2.	15	3	2.3.
29	d		28	4	16	1.Reg. 1.	Philip. 1.
30	e		29	1.Reg. 2.	17	3	Hebr. 1.
31	f		30	4	18	5	2

Aprilis habet xxx.dies.

				Matutinæ.		Vefpertinæ.	
			ps.	Lect.1.	2.	Lect.1.	2.
1	g		1	1.Reg.6	Ioan.19.	1.Reg.7	Hebr.3.
2	A		2	8	20	9	4
3	b	Richardi confeff.	3	10	21	11	5
4	c	Ambrofij epifcopi.	4	12	Actor.1.	13	6
5	d		5	14	2	15	7
6	e		6	16	3	17	8
7	f		7	18	4	19	9
8	g	Egefippi fociorũq;.	8	20	5	21	10
6	A		9	22	6	23	11
10	b		10	24	7	25	12
11	c		11	26	8	27	13
12	d	Sol in Tauro.	12	28	9.	29	Iacob.1.
13	e		13	30	10	31	2
14	f		14	2.Reg.1.	11	2.Reg.2.	3
15	g		15	3	12	4	4
16	A		16	5	13	6	5
17	b		17	7	14	8	1.Pet.1.
18	c		18	9	15	10	2
19	d	Alphegi Martyris.	19	11	16	12	3
20	e		20	13	17	14	4
21	f		21	15	18	16	5
22	g		22	17	19	18	2.Pet.1.
23	A	Georgij martyris.	23	19	20	20	2
24	b		24	21	21	22	3
25	c	Marci Euangeliftę.	25	Eccle.4.	22	Eccle.5	1.Ioan.1
26	d		26	2.Reg.23	23	2.Reg 24	2
27	e		27	3.Reg 1	24	3.Reg.2	3
28	f		28	3	25	4	4
29	g		29	5	26	6	5
30	A		30	7	27	8	2.3.Ioan

Maius habet xxxj. dies.

				Matutinæ.		Veſpertinæ.	
			ps.	*Lect.* 1.	2	*Lect.* 1	2.
1	b	Philippi & Iacobi.	1	Eccleſ.7	Actor. 8	Eccleſ.9	Iudas.1.
2	c	———	2	3.Reg.9.	28	3.Reg.10	Rom.1.
3	d	———	3	11	Matth.1.	12	2
4	e	———	4	13	2	14	3
5	f	———	5	15	3	16	4
6	g	Ioan. ante port.lat.	6	17	4	18	5
7	A	———	7	19	5	20	6
8	b	———	8	21	6	22	7
9	c	———	9	4.Reg.1.	7	4.Reg.2	8
o	d	———	10	3	8	4	9
1	e	———	11	5	9	6	10
2	f	Sol in Gemini.	12	7	10	8	11
3	g	———	13	9	11	10	12
4	A	———	14	11	12	12	13
5	b	———	15	13	13	14	14
6	c	———	16	15	14	16	15
7	d	———	17	17	15	18	16
8	e	———	18	19	16	20	1.Cor. 1.
9	f	Dunſtani epiſcopi	19	21	17	22	2
o	g	———	20	23	18	24	3
1	A	———	21	25	19	1.Eſdr.1.	4
2	b	———	22	1.Eſdr.3.	20	4	5
3	c	———	23	5	21	6	6
4	d	———	24	7	22	9	7
5	e	———	25	2.Eſdr.1.	23	2.Eſdr.2.	8
6	f	———	26	4	24	5	9
7	g	Bedæ presbyteri.	27	6	25	8	10
8	A	———	28	9	26	10	11
9	b	———	29	13	27	Heſter.1	12
o	c	———	30	Heſter.2	28	3	13
1	d	———	31	4	Marci. 1.	5	14

Iunius habet xxx. dies.

				Matutinæ.		Vespertinæ.	
			ps.	*Lect.* 1.	2.	*Lect.* 1.	2
1	c		1	Hester.6	Marci.2.	Hest.7.	1.Cor.15
2	f		2	8	3	9	16
3	g	Nichomedis Mart.	3	Iob.1.	4	Iob.2.	2.Cor.1
4	A		4	3	5	4	2
5	b	Bonifacij episc.Ro.	5	5	6	6	3
6	c		6	7	7	8	4
7	d		7	9	8	10	5
8	e		8	11	9	12	6
9	f		9	13	10	14	7
10	g		10	15	11	16	8
11	A	Barnabæ apostoli.	11	Eccl.10.	Acto.14	Eccle.12	Actor.15
12	b	Sol in Cancro.	12	Io.17.18	Marc.12	Iob.19.	2.Cor.9.
13	c	*Solstitium æstiuale.*	13	20	13	21	10
14	d		14	22	14	23	11
15	e	Viti & Modesti.	15	24 25	15	26.27	12
16	f		16	28	16	29	13
17	g		17	30	Lucæ.1.	31	Galat.1.
18	A		18	32	2	33	2
19	b		19	34	3	35	3
20	c	Edwardi Regis.	20	36	4	37	4
21	d		21	38	5	39	5
22	e		22	40	6	41	6
23	f		23	42	7	Prou.1.	Ephes.1.
24	g	Nat.Ioannis Bap.	24	Malac.3	Matth.3.	Malac.4.	Matt.14
25	A		25	Prou.2.	Lucæ.8.	Prou.3.	Ephe.2
26	b		26	4	9	5	3
27	c		27	6	10	7	4
28	d		28	8	11	9	5
29	e	Petri Apostoli.	29	Eccle.15	Actor.3	Eccle.19	Actor.4
30	f		30	Prou.10	Lucæ.12	Prou.11.	Ephes.6.

Iulius habet xxxj. dies.

				Matutinæ.		Vespertinæ.	
			ps.	*Lect.* 1.	2.	*Lect.* 1.	2.
1	g	Visitatio Marię vir.	1	Prou.12	Luc.13.	Pro.13.	Philip.1
2	A		2	14	14	15	2
3	b	Martini.	3	16	15	17	3
4	c		4	18	16	19	4
5	d		5	20	17	21	Col.1.
6	e	*Dies canic. incipiunt.*	6	22	18	23	2
7	f		7	24	19	25	3
8	g		8	26	20	27	4
9	A		9	28	21	29	1.The.1
10	b		10	31	22	Eccles.1.	2
11	c		11	Eccle. 2.	23	3	3
12	d		12	4	24	5	4
13	e		13	6	Ioan.1.	7	5
14	f	Sol in Leone.	14	8	2	9	2.The.1.
15	g	Swithini & sociorū	15	10	3	11	2
16	A	Augustini.	16	12	4	Ierem.1.	3
17	b		17	Ierem.2	5	3	1.Tim.1.
18	c		18	4	6	5	2.3.
19	d		19	6	7	7	4
20	e	Margaretæ virgin.	20	8	8	9	5
21	f		21	10	9	11	9
22	g	Marię Magdalenę.	22	12	10	13	2.Tim.1.
23	A		23	14	11	15	2
24	b		24	16	12	17	3
25	c	Iacobi Apostoli.	25	Eccle.21	13	Eccle.23	4
26	d	Annæ matris Mar.	26	Iere. 18	14	Iere. 19.	Titus.1.
27	e		27	20	15	21	2.3.
28	f		28	22	16	23	Philip.1.
29	g		29	24	17	25	Hebr.1.
30	A		30	26	18	27	2
31	b		31	28	19	29	3

Auguſtus habet xxxj. dies.

				Matutinæ.		Veſpertinæ.	
			ps.	Lect. 1.	2.	Lect. 1.	2
1	c	Petri ad vincula.	1	Iere. 30	Ioan. 20.	Iere. 31.	Heb. 4.
2	d	――――	2	32	21	33	5
3	e	――――	3	34	Actor. 1.	35	6
4	f	――――	4	36	2	37	7
5	g	――――	5	38	3	39	8
6	A	Transfigur. Domi.	6	40	4	41	9
7	b	――――	7	42	5	43	10
8	c	――――	8	44	6	45.46	11
9	d	――――	9	47	7	48	12
10	e	Laurentij martyr.	10	49	8	50	13
11	f	――――	11	51	9	52	Iacob. 1.
12	g	――――	12	Lame. 1.	10	Lame. 2.	2
13	A	――――	13	3	11	4	3
14	b	Sol in virgine.	14	5	12	Ezec. 2.	4
15	c	――――	15	Ezec. 3.	13	6	5
16	d	――――	16	7	14	13	1. Pet. 1.
17	e	――――	17	14	15	18	2
18	f	Agapeti martyris.	18	33	16	34	3
19	g	――――	19	Dani. 1.	17	Dan. 2.	4
20	A	――――	20	3	18	4	5
21	b	Bernardi confeſſ.	21	5	19	6	2. Pet. 1.
22	c	――――	22	7	20	8	2
23	d	――――	23	9	21	10	3
24	e	Bartholomęi apoſt	24	Eccl. 25.	22	Eccl. 29.	1. Ioan. 1
25	f	――――	25	Dani. 11.	23	Dan. 12.	2
26	g	――――	26	13	24	14	3
27	A	――――	27	Oſee. 1.	25	Oſee. 2. 3	4
28	b	Auguſtini epiſcopi	28	4	26	5. 6.	5
29	c	Decollatio Ioānis	29	7	27	8	2 3. Ioan
30	d	――――	30	9	28	10	Iudæ. 1.
31	e	――――	31	11	Math. 1.	12	Rom. 1.

September habet xxx. dies.

				Matutinæ.		Vespertinæ.	
			ps.	*Lect.* 1.	2.	*Lect.* 1.	2.
1	f	Egidij abbatis.	1	Ose. 13.	Matth. 2	Ose. 14.	Rom. 2.
2	g		2	Ioel. 1.	3	Ioel. 2.	3
3	A		3	3.	4	Amos. 1.	4
4	b		4	Amos. 2	5	3	5
5	c	*Dies Canic. finiunt.*	5	4	6	5	6
6	d		6	6	7	7	7
7	e		7	8	8	9	8
8	f	Natiu. Mariæ virg.	8	Abdi. 1.	9	Ionas. 1.	9
9	g	*Aequinoct. autum.*	9	Iona. 2. 3	10	4	10
10	A	Sol in libra.	10	Mich. 1.	11	Mich. 2.	11
11	b		11	3	12	4	12
12	c		12	5	13	6	13
13	d		13	7	14	Naum. 1	14
14	e		14	Naum. 2	15	3	15
15	f		15	Abac. 1.	16	Abac. 2.	16
16	g		16	3	17	Soph. 1.	1. Cor. 1.
17	A	Lamberti episcopi.	17	Soph. 2.	18	3	2
18	b		18	Agge. 1.	19	Agge. 2.	3
19	c		19	Zach. 1.	20	Zach. 2. 3	4
20	d		20	4. 5.	21	6	5
21	e	Matthæi Apostoli.	21	Eccle. 35	22	Eccle. 38	6
22	f		22	Zach. 7.	23	Zach. 8.	7
23	g		23	9	24	10	8
24	A		24	11	25	12	9
25	b		25	13	26	14	10
26	c	Cypriani & Iustin.	26	Malac. 1.	27	Malac. 2.	11
27	d		27	3	28	4	12
28	e		28	Tob. 1.	Marci. 1	Tob. 2.	13
29	f	Michaelis archan.	29	Eccl. 39.	2	Eccle. 44	14
30	g	Hieronymi presby.	30	Tob. 3.	3	Tob. 4.	15

October habet xxxj. dies.


				Matutinæ.		Veſpertinæ.	
			ps.	*Lect.* 1.	2.	*Lect.* 1.	2.
1	A	Remigij & Bauon.	1	Tob. 5.	Marc. 4.	Tob. 6.	1.Co.16
2	b		2	7	5	8	2.Cor.1
3	c		3	9	6	10	2
4	d		4	11	7	12	3
5	e		5	13	8	14	4
6	f	Fidis virginis.	6	Iudith.1.	9	Iudic.2.	5
7	g		7	3	10	4	6
8	A		8	5	11	6	7
9	b	Sol in Scorpione.	9	7	12	8	8
10	c		10	9	13	10	9
11	d		11	11	14	12	10
12	e		12	13	15	14	11
13	f	Edwardi Regis.	13	15	16	16	12
14	g		14	Sap.1.	Lu. di. 1.	Sap.2.	13
15	A		15	3	di.1.	4	Galat.1
16	b		16	5	2	6	2
17	c	Ethelredæ virgin.	17	7	3	8	3
18	d	Lucæ Euangeliſtę.	18	Eccl. 51.	4	Iob.1.	4
19	e		19	Sap.9.	5	Sap.10.	5
20	f		20	11	6	12	6
21	g		21	13	7	14	Epheſ.1
22	A		22	15	8	16	2
23	b		23	17	9	18	3
24	c		24	19	10	Eccleſ.1	4
25	d	Criſpini & Criſpin	25	Eccleſ.2.	11	3	5
26	e		26	4	12	5	6
27	f		27	6	13	7	Phil.1.
28	g	Simonis & Iudæ.	28	Io.24.25.	14	Iob.42.	2
22	A		29	Eccleſ.8.	15	Eccle.9	3
30	b		30	10	16	11	4
31	c		31	12	17	13	Coloſ.1.

Nouember habet xxx.dies.

				Matutinæ.		Vespertinæ.	
			ps.	Lect.1.	2.	Lect.1.	2.
1	d	Festum omniũ san.	1	Sap.3.	He 11.12	Sap. 5.	Apo. 19.
2	e		2	Eccle.14	Luc. 18.	Eccle.15	Colos. 2.
3	f		3	16	19	17	3
4	g		4	18	20	19	4
5	A		5	20	21	21	1.The. 1.
6	b	Leonardi abbatis.	6	22	22	23	2
7	c		7	24	23	25	3
8	d	Sol in Sagittario.	8	27	24	28	4
9	e		9	29	Ioan.1.	30	5
10	f		10	31	2	32	2.The. 1.
11	g	Martini episcopi.	11	33	3	34	2
12	A		12	35	4	36	3
13	b	Bricij episcopi.	13	37	5	38	1.Tim. 1
14	c		14	39	6	40	2. 3
15	d	Machuti episcopi.	15	41	7	42	4
16	e		16	43	8	44	5
17	f	*Initiũ reg. Eliza.*	17	45	9	46	6
18	g		18	47	10	48	2.Tim. 1.
19	A		19	49	11	50	2
20	b	Edmundi Regis.	20	51	12	Baruc. 1.	3
21	c		21	Baruc. 2.	13	3	4
22	d	Ceciliæ virginis.	22	4	14	5	Titus. 1.
23	e	Clement.episc.Ro.	23	6	15	Esai. 1.	2. 3.
24	f		24	Esai. 2.	16	3	Phil. 1.
25	g	Katherinæ virgin.	25	4	17	5	Heb. 1.
26	A		26	6	18	7	2
27	b		27	8	19	9	3
28	c		28	10	20	11	4
29	d		29	12	21	13	5
30	e	Andreæ Apostoli.	30	Prou.20.	Actor. 1.	Prou.21.	6

December habet xxxj.dies.

				Matutinæ.		Veſpertinæ.	
			ps.	*Lect.* 1.	2.	*Lect.* 1.	2.
1	f	———	1	Eſai. 14	Actor.2	Eſai. 15.	Heb. 7.
2	g	———	2	16	3	17	8
3	A	———	3	18	4	19	9
4	b	———	4	20.21.	5	22	10
5	c	———	5	23	6	24	11
6	d	Nicolai epiſcopi.	6	25	di.7.	26	12
7	e	Sol in Capricorno.	7	27	di.7.	28	13
8	f	Concep.Marię vir.	8	29	8	30	Iacob. 1.
9	g	Solſtitiũ hybernũ.	9	31	9	32	2
10	A	———	10	33	10	34	3
11	b	———	11	35	11	36	4
12	c	———	12	37	12	38	5
13	d	———	13	39	13	40	1. Pet. 1.
14	e	———	14	41	14	42	2
15	f	———	15	43	15	44	3
16	g	———	16	45	16	46	4
17	A	———	17	47	17	48	5
18	b	———	18	49	18	50	2. Pet. 1.
19	c	———	19	51	19	52	2
20	d	———	20	53	20	54	3
21	e	Thom. Apoſtoli.	21	Prou.23	21	Pro.24.	1.Ioan.1
22	f	———	22	Eſai. 55	22	Eſai. 56.	2
23	g	———	23	57	23	58	3
24	A	———	24	59	24	60	4
25	b	Natiuitas Domini.	25	Eſai. 9.	Luc. 22.	Eſai. 7.	Tit. 3.
26	c	Stephan. prothom.	26	Prou. 28.	Act. 6. 7	Eccle. 4	Act. 7.
27	d	Ioannis Euangeliſt	27	Eccle. 5.	Apoc. 1.	Eccle. 6.	Apo. 22.
28	e	Sanct. Innocentiũ.	28	Iere. 31.	Act. 25.	Sap. 1.	1.Ioan. 5
29	f	———	29	Eſai. 61.	26	Eſai. 62.	2. Ioan. 1
30	g	———	30	63	27	64	3. Ioan. 1
31	A	Siluefter epiſ. Rom.	31	65	28	66	Iudæ. 1.



LIBER PRECVM PVBLICARVM IN ECCLESIA ANGLICANA.

Ordo in Matutinis & Veſpertinis precibus ſeruandus.

MAtutinæ preces & Veſpertinæ, celebrabuntur in locis Eccleſiarum, Capellarum & Chororum, conſuetis, niſi aliter loci Ordinario viſum fuerit. Chorus etiam manebit eadem forma, qua ſuperiorum temporum fuit.

In principio Matutinarum & Veſpertinarum precum, Adminiſtrator Sacrorum, clara & aperta voce pronunciabit vnam aliquam ex Sacræ Scripturæ ſententijs, quæ conſequuntur. Poſt quam ſubijciet orationem, quæ ſententijs eſt appoſita.

SENTENTIÆ.



I impius egerit pœnitentiam pro omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor: dicit Dominus. Ezech. 1

Iniquitatem meam agnoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Pſal. 51.

Auerte faciem tuam à peccatis noſtris: & omnes iniquitateſ noſtras dele. Pſal. 51.

Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum, ô Deus, ne contemnas. Pſal. 52.

Scindite corda veſtra & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad Dominũ Deum veſtrum, quia benignus & miſericors eſt, patiens & multæ clementiæ, & pœnitens ſuper malum. Ioël. 2.

Tui domini Dei noſtri eſt miſericordia & propiciatio, quia receſſimus à te, & non audiuimus vocem Domini Dei noſtri, vt ambularemus in legibus eius, quas poſuit coram nobis. Daniel. 9.

Corripe nos Domine, veruntamẽ in Iudicio & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum Iere. 2. Pſal. 6.

hilum redigas nos.

Matth.3. Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum.

Luc.15. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum & coram te. Iam non ſum dignus vocari filius tuus.

Pſal.42. Non intres in Iudicium cum ſeruis tuis Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

1.Ioan.1. Si nos peccati expertes eſſe dicimus, fallimus nos ipſos, nec eſt in nobis veritas.

CHariſſimi fratres: Sacra Scriptura multis in locis nos commonefacit, vt multiplices noſtras offenſiones, & infinita peccata confiteamur & agnoſcamus, nec vllam in conſpectu Dei diſſimulationem adhibeamus, ſed errata, quocunq; ex genere ſint, vniuerſa, coram Deo denudemus, animo demiſſo ſyncerόque conteſtemur, vt culpæ tam ſalutaris agnitio, veniã ex ſumma Dei clementia conſequatur. Et quanquam peccata noſtra ſemper in oculis Dei collocanda ſunt, & nobis lamentabiliter commemoranda, tamen hoc in publico cœtu præcipuè fieri debet, in quo primùm nos ſummas gratias agere conuenit, propter vberrimam Diuini numinis munificentiam, quę nos omni genere beneficiorum cumulauit.

Deinde

Deinde Dei bonitas excellens prædicanda eſt, attendendæ ſunt ſacræ ſcripturæ: poſtremò precibus ardentiſſimis emendicandum eſt à Deo, quicquid animorum ſtatus aut corporis requirit. Quapropter omnes vos qui præſentes hîc adeſtis, per Dei nomen obteſtor, vt intimi ſenſus veſtri, cum meo coniuncti pariter, ad cœleſtis clementiæ thronum ſubuolent, & in hunc qui ſequitur ſermonem, ſuccedatur.

Generalis confeſſio, ab vniuerſa congregatione dicenda, genibus flexis.

OMnipotens & clementiſſime Pater, tãquã oues perditæ peregrinati ſumus, & à vijs tuis aberrauimus. Inuentis & concupiſcentijs cordis noſtri nimiùm indulſimus: Sacroſanctas leges tuas violauimus. Quæ à nobis facienda fuerant omiſimus, & quæ facienda non fuerant admiſimus. In nobis nulla eſt ſalus: quapropter, ô Domine, propitius eſto nobis miſerrimis peccatoribus. Parce, ô Deus, peccata ſua confitentibus: miſericordiã concede reſipiſcentibus, iuxta promiſſiones tuas humano generi in Chriſto Ieſu Domino noſtro benigniſſimè reuelatas. Amplius etiam concede nobis, ô clementiſſime pater, propter filium tuum & ſeruatorem noſtrum Ieſum

Christum, vt posthac piè, iustè, sobriéq; vitam nostram instituamus, ad sanctissimi tui nominis gloriam. Amen.

Absolutio per Ministrum solum pronuncianda.

OMnipotens Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui non vult mortem peccatoris, sed potiùs vt recedat à malis suis moribus & viuat: dedítq; potestatem suis ministris, imò præcipit, vt populo suo pœnitenti, absolutionem, remissionémq; peccatorum suorum planè annunciarent, ipse singulis verè pœnitentibus, & sacrosancto Euangelio haud fictè credentibus, condonat, eósq; certissimè absoluit. Rogamus ergò, vt ille nobis veram pœnitentiam largiatur, sanctúmque suum spiritũ impartiat, vt quod hoc tempore agimus, id illi totum placeat: & reliqua etiam nostra vita adeò pura sit in hoc mundo, & sancta, vt in futuro gaudium consequamur æternum, per Christum Dominum nostrum.

Populus respondebit Amen.

Tunc Minister ordietur, alta voce, Orationem Dominicam.

Math. 6. Lucæ. 11. PAter noster qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum.

tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Deinde Miniſter dicet.


Omine, labia noſtra aperies.

Reſponſio.

Et os noſtrum annunciabit laudem tuam.

Miniſter.

Deus in adiutorium noſtrum intende.

Reſponſio.

Domine, ad adiuuandum nos feſtina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. Alleluia.

Tunc canatur Pſalmus ſequens.

VEnite, exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro. Pſalm. 95.

Præoccupemus faciem eius in confeſſione: & in pſalmis iubilemus ei:

Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes Deos:

Quia in manu eius ſunt fines terræ: & al-

titudinis montium ipsius sunt.

Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud : & siccam manus eius formauerunt.

Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominū qui fecit nos : quia ipse est Dominus Deus noster, & nos populus pascuæ eius,& oues manus eius.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto,

Vbi tentauerunt me patres vestri : probauerunt,& viderunt opera mea.

Quadraginta annis offensus fui generationi illi : & dixi, Semper hi errant corde.

Et isti non cognouerunt vias meas : vt iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto : Sicut erat in principio & nunc & semper,& in secula seculorum. Amen.

TVnc sequentur Psalmi, ordine præmonstrato in Tabula, nisi Diei assignentur proprij Psalmi. Et ad finem vniuscuiusque Psalmi, per totum annum, necnon in fine hymnorum, Benedictus, Benedicite, Magnificat,& Nunc dimittis, subsequetur Gloria Patri & Filio.

Post Psalmos, duæ lectiones distinctè & clara voce pronuncientur, vt à populo audiantur, prior

ex

ex Veteri, posterior ex Nouo Testamento, vt in Calendario proponuntur, nisi Diei assignatæ fuerint propriæ lectiones.

Minister lectionem pronuncians, eo modo versa facie stabit, quo commodiùs audiri possit.

Et initio cuiuslibet lectionis, Librum & Caput noui & veteris Testamenti, vnde lectio sumitur, indicabit, hoc modo: Primum, Secundum, Tertium vel Quartum. *&c.* caput Genefeos, Exodi, *&c.* Matthæi, Marci, *&c. vt in Calendario præmonetur.*

Et ad finem cuiuslibet capitis, sic: Finitur *hoc vel illud* Caput, *talis* Libri *vel* Euangelij, *&c.*

Et vt facilius intelligatur, in his locis vbi Musica figuralis cani solet, Lectiones, Epistolæ & Euangelia simpliciter & naturali tono, in modum perpetuæ dictionis distinctè legantur.

Post primam lectionem sequetur, per totum annum.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur. Canticum D. Ambrosij, & Augustini.

Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi cœli & vniuersæ potestates:

Tibi Cherubin & Seraphin, incessabili voce proclamant,

Sanctus,

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus sabaoth.

Pleni sunt cœli & terra, maiestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus Apostolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, sancta confitetur Ecclesia,

Patrem immensæ maiestatis.

Venerandum tuum verum, & vnicum Filium.

Sanctum quoque paraclitum Spiritum.

Tu rex gloriæ Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandū suscepturus hominem, non horruisti Virginis vterum.

Tu diuicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria Patris.

Iudex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus tuis famulis subueni, quos precioso Sanguine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis in gloria numerari.

Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, & extolle illos vſque in æternum.

Per ſingulos dies, benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

Dignare Domine die iſto, ſine peccato nos cuſtodire.

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.

In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.

Aut Hymnus.

BEnedicite omnia opera Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Daniel. 3.

Benedicite angeli Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite cœli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite omnes virtutes Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.

Benedicite Sol & luna Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ſtellæ cœli Domino, laudate

& ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite omnis imber & ros Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite omnis ſpiritus Dei Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ignis & æſtus Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite frigus & æſtas Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite rores & pruina Domino:laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite gelu & frigus Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite glacies & niues Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite noctes & dies Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite lux & tenebræ Domino:laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite fulgura & nubes Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicat terra Dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite montes & colles Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula,

Benedicite vniuerſa germinantia in terra Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula,

Benedicite fontes Domino : laudate & ſuper-

ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite maria & flumina Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite omnes volucres cœli Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite filij hominum Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicat Iſrael Dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite ſacerdotes Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ſerui Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ſancti & humiles corde Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto. Si-

cut

cut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen.

Deinde ſequatur lectio ſecunda, qua finita, canatur Hymnus Zachariæ.

Lucæ. 1. BEnedictus Dominus Deus Iſrael: quia viſitauit & fecit redemptionē plebi ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui à ſeculo ſunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis noſtris: & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum: daturum ſe nobis.

Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi,

In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatorum eorum.

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent : ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Gloria Patri & Filio : & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio & nunc & ſemper : & in ſecula ſeculorum. Amen.

Aut Pſalmus.

IVbilate Deo omnis terra : ſeruite Domino in lætitia. Pſal. 100.

Introite in cõſpectu eius: in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus : ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Populus eius & oues paſcuæ eius, introite portas eius in confeſſione, atria eius in hymnis : confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus, in æternum miſericordia eius : & vſque in generationem & generationem veritas eius.

Gloria Patri. &c. Sicut erat. &c.

Deinde dicatur, Miniſtro & Populo ſtantibus.

CRedo in Deum Patrem omnipotẽtem, creatorem cœli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio

tio Pilato: crucifixus, mortuus, & ſepultus, deſcendit ad inferna. Tertia die reſurrexit à mortuis, aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum. Sanctam eccleſiam Catholicam. Sanctorum communionem. Remiſſionem peccatotum. Carnis reſurrectionem. Et vitam æternam. Amen.

Poſt hæc ſequuntur per totum annum, ad Matutinas & Veſpertinas, hæ preces, omnium genibus religioſe flexis.

Miniſter.

Dominus vobiſcum.

Reſponſio.

Et cum ſpiritu tuo.

Miniſter.

Oremus. Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

Deinde à Miniſtro & tota Eccleſia dicatur alta voce.

Pater noſter qui es in Cœlis, &c.

Miniſter erigens ſe, dicet.

Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

Reſponſio.

Et ſalutare tuum da nobis.

Miniſter.

Domine

Domine, saluam fac Reginam.

Responsio.

Et exaudi nos cùm inuocamus te.

Minister.

Sacerdotes tui induantur Iustitia.

Responsio.

Et sancti tui exultent.

Minister.

Saluum fac Populum tuum Domine.

Responsio.

Et benedic Hæreditati tuæ.

Minister.

Da pacem Domine, in diebus nostris.

Responsio.

Quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

Minister.

Cor mundum crea in nobis ô Deus.

Responsio.

Et Spiritum sanctum tuum ne auferas à nobis.

Has preces, sequentur quotidie tres Collectæ. Prima de Die, ea scilicet, quæ assignatur dicenda ad Communionem eo die. Altera pro pace. Tertia pro gratia Dei, perseuerantia in Fide & vera doctrina. Posteriores autem duæ nunquam mutantur, sed per integrum annum dicuntur ad Matutinas & Vesperas.

Collecta pro pace.

Minister.

Oremus.

DEus autor pacis & amator, quem noſ-ſe, viuere: cui ſeruire, regnare eſt: protege ab omni oppugnatione ſupplices tuos, vt qui in tua protectione confidimus, nullius hoſtilitatis arma timeamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Collecta pro Gratia.

DOmine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui nos ad principium huius diei peruenire feciſti, tua nos hodie ſerua virtute, vt in hac die ad nullum declinemus peccatum, nec vllum incurramus periculum, ſed ſemper ad tuam iuſtitiam faciendam, omnis noſtra actio, tuo moderamine dirigatur. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

In feſtis Natalis Domini, Epiphaniæ, Mathiæ, Paſchatis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Ioannis Baptiſtæ, S. Iacobi, S. Bartholomæi, S. Matthæi, Simonis & Iudæ, & S. Andreæ, ad matutinas ſtatim poſt Benedictus, canetur Symbolum Athanaſij.

QVicunque vult ſaluus eſſe: ante omnia opus eſt vt teneat Catholicam fidem.

Quam

Quam nisi quisque integram inuiolatámque seruauerit: absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, vt vnum Deum in trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur.

Neque confundentes personas: neque substantiam separantes.

Alia est enim persona patris: alia filij, alia spiritus sancti.

Sed patris & filij & spiritus sancti vna est diuinitas: ęqualis gloria, coëterna maiestas.

Qualis pater, talis filius: talis spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius: increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius: immensus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius: æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi: sed vnus increatus, & vnus immensus.

Similiter, omnipotens Pater, omnipotés Filius: omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes: sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius: Deus Spiri-

tus ſanctus.

Et tamen non tres dij:ſed vnus eſt Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius: Dominus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres Domini: ſed vnus eſt Dominus.

Quia ſicut ſingulatim vnamquanq; perſonam Deum ac Dominum confiteri Chriſtiana veritate compellimur: ita tres Deos aut Dominos dicere, catholica religione prohibemur.

Pater à nullo eſt factus: nec creatus nec genitus.

Filius à Patre ſolo eſt: non factus, nec creatus, ſed genitus.

Spiritus ſanctus à Patre & Filio eſt: non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.

Vnus ergò Pater, non tres patres, vnus Filius, non tres filij: vnus Spiritus ſanctus, non tres ſpiritus ſancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut poſterius: nihil maius aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales.

Ita vt per omnia, ſicut iam ſuprà dictum eſt: & vnitas in trinitate, & trinitas in vnitate veneranda ſit.

Qui vult ergo ſaluus eſſe: ita de Trinitate ſentiat.

Sed

Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem: vt incarnationem quoque Domini noſtri Ieſu Chriſti fideliter credat.

Eſt ergo fides recta, vt credamus & confiteamur: quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, Deus & homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſecula genitus: & homo ex ſubſtantia Matris in ſeculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens.

Æqualis Patri ſecundum diuinitatem: minor Patre ſecundum humanitatem.

Qui licet Deus ſit & homo: non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus.

Vnus autem non conuerſione diuinitatis in carnem: ſed aſſumptione humanitatis in Deum.

Vnus omninò non confuſione ſubſtantiæ: ſed vnitate perſonæ.

Nam ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo: ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra: deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.

Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: & reddituri sunt de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter, firmitérque crediderit: saluus esse non poterit.

Gloria Patri & filio: & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper: & in secula seculorum. Amen.

Ordo Vesperarum, per totum annum.

Sacerdos siue Minister dicet.

Pater noster qui es in cœlis. &c.

Deinde.

Domine, labia nostra aperies.

Responsio.

Et os nostrum annuntiabit laudem tuam.

Minister.


Eus in adiutorium nostrum intende.

Responsio.

Domine, ad adiuuandū nos festina.

Gloria

Gloria. &c. Sicut. &c. Alleluia.

Posteà canuntur Psalmi præmonstrati in Tabula, nisi festum fuerit quod proprios habeat Psalmos. Hos sequitur prima Lectio ex veteri Testamento, nisi fuerint propriæ Lectiones festi.

Deinde canitur.

MAgnificat anima mea Dominum. Lucæ. 1.
Et exultauit spiritus meus : in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ : ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : & sanctum nomen eius.

Et misericordia eius à progenie in progenies : timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede : & exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis : & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros : Abraham & semini eius in secula.

Gloria Patri & Filio. &c.

Vel Pſalmus.

Pſalm.93. CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius: & brachium ſanctum eius.

Notum fecit Dominus ſalutare ſuum: in conſpectu Gentium reuelauit iuſtitiã ſuam.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ: & veritatis ſuæ domui Iſrael.

Viderunt omnes termini terræ: ſalutare Dei noſtri.

Iubilate Domino omnis terra: cantate & exultate & pſallite.

Pſallite Domino in cithara, in cithara & voce pſalmi: in tubis ductilibus,& voce tubæ corneæ.

Iubilate in conſpectu regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à conſpectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia: & populos in æquitate.

Gloria Patri.&c. Sicut erat.&c.

Lectio Secunda ex nouo Teſtamentq: poſt quam finitam,canatur Canticum Simeonis.

Nunc

NVnc dimittis ſeruum tuum Domine: ſecundum verbum tuum in pace. Lucæ.2.

Quia viderunt oculi mei: ſalutare tuum.

Quod paraſti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Iſrael.

Gloria Patri.&c. Sicut erat.&c.

Vel.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri. Pſalm.67.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri.&c. Sicut erat.&c.

His finitis, adduntur Symbolum cum alijs ſuffragijs

ſuffragijs ſuprà ad Matutinas præſcripta, cum tribus Collectis, quarum Prima ſit de die: Secunda pro Pace: Tertia pro Dei adiutorio aduerſus omnia pericula.

Collecta ſecunda ad Veſperas, pro pace.

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & iuſta ſunt opera, da ſeruis tuis illam quam mundus dare non poteſt Pacem, vt corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Collecta tertia pro Dei adiutorio aduerſus omnia pericula.

ILlumina quęſumus Domine Deus, tenebras noſtras, & totius noctis inſidias tu à nobis repelle propicius. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

Hæ duæ ſupraſcriptæ Collectæ, dicuntur ad Veſperas per totum Annum, abſque variatione.

Finis Veſpertinarum precum.

Sequitur

Sequitur Letania & Supplicationes, *cantandæ diebus Dominicis, ferijs quartis, & sextis, atque alijs temporibus, cùm per Ordinarios ordinatum fuerit.*

Ater de cœlis Deus, miserere nobis miseris peccatoribus.

Pater de cœlis Deus, miserere nobis miseris peccatoribus.

Fili redemptor mundi Deus, miserere nobis miseris peccatoribus.

Fili redemptor mundi Deus, &c.

Spiritus sancte Deus, à Patre & filio procedens, miserere nobis miseris peccatoribus.

Spiritus sancte Deus, à Patre. &c.

Sancta, beata, & gloriosa Trinitas, tres personæ, vnus Deus, miserere nobis miseris peccatoribus.

Sancta, beata, & gloriosa Trinit. &c.

Ne memineris Domine, iniquitatum nostrarum vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris, parce Domine, parce populo tuo, quem redemisti præcioso sanguine tuo, & ne in perpetuum irascaris nobis.

Parce nobis Domine.

Ab omni peccato, malo, & infortunio, ab

ab insidijs diaboli, ab ira tua, & æterna damnatione:

Libera nos Domine.

A cœcitate cordis, Superbia, Ambitione, Hypocrisi, Ira, Odio, Malitia & Discordia:

Libera nos Domine.

A fornicatione & alijs omnibus peccatis mortalibus, & à tentationibus carnis, mundi, & diaboli:

Libera nos Domine.

A fulgure & tempestate, à plaga & pestilentia, fame, bello, latrocinio, & morte subitanea:

Libera nos Domine.

Ab omni seditione & conspiratione, à falsis & hæreticis dogmatibus, à duritia cordis, & contemptu verbi & mandati tui:

Libera nos Domine.

Per mysterium sanctæ incarnationis, natiuitatis, circumcisionis, baptismi, ieiunij, & tentationis tuæ:

Libera nos Domine.

Per Agônem & sanguineum sudorem, per crucem & passioné, per pretiosam mortem & sepulturam, per gloriosam resurrectionem, & ascensionem tuam in cœlos, & aduentum Spiritus sancti:

Libera nos Domine.

In tempore tribulationis & prosperitatis

tis noſtræ,in hora mortis & in die iudicij:
Libera nos Domine.

Te rogamus ô Deus nos peccatores exaudias,vt Eccleſiam tuam ſanctam Cathólicam regere & gubernare digneris:
Te rogamus audi nos.

Vt famulam tuam Elizabetham, Reginam & gubernatricem noſtram clementiſſimam, in vera tui adoratione, in iuſtitia & ſanctitate vitæ confirmare & cuſtodire digneris:
Te rogamus audi nos.

Vt eius mentem in tua fide, tui amore & timore, vt ſemper in te confidat, & vt in omnibus honorem & gloriam tuam quærat & promoueat,dirigere digneris:
Te rogamus audi nos.

Vt eam ſeruare & defendere, & ei victoriam contra omnes hoſtes ſuos concedere digneris:
Te rogamus audi nos.

Vt Epiſcopos, paſtores & miniſtros eccleſiæ, vera cognitione & recto intellectu verbi tui illuminare, & vt tam doctrina quàm vita illud promoueant:
Te rogamus audi nos.

Vt conſiliarios regios, & totam nobilitatem Regni, gratia, ſapientia & intellectu illuſtrare digneris:

Te

Te rogamus audi nos.

Vt Magiſtratui noſtro benedicere, eíque gratiam conferre vt exequatur iuſtitiam, & cuſtodiat veritatem :

Te rogamus audi nos.

Vt populo tuo vniuerſo benedicere, eúmque ſeruare digneris :

Te rogamus audi nos.

Vt omnibus Gentibus vnitatem, pacem, & concordiam donare digneris :

Te rogamus audi nos.

Vt mentes noſtras ad verum amorem & timorem tui inflammare, & ad mandatorum tuorum obſeruantiam inclinare velis :

Te rogamus audi nos.

Vt populo incrementum gratiæ, vt verbum tuum humiliter audiat, & puro corde amplectatur, & fructus ſpiritus proferat, donare digneris :

Te rogamus audi nos.

Vt errantes & deceptos in viam veritatis reuocare digneris :

Te rogamus audi nos.

Vt ſtantes confirmare, imbecilles ſuſtentare, & cadentes erigere, ac Sathanam ſub pedibus noſtris conculcare velis :

Te rogamus audi nos.

Vt defendas, iuues, conſolêris omnes in periculis, neceſſitatibus, & moleſtijs conſtitutos :

ſtitutos:

Te rogamus audi nos.

Vt peregrinantibus terra mariq;, parturientibus, ægrotantibus, & infantibus, captiuis & incarceratis ſuccurrere velis:

Te rogamus audi nos.

.Vt pupillis & orphanis, viduis, deſolatis & oppreſſis, proſpicere digneris:

Te rogamus audi nos.

Vt omnibus hominibus miſerearis:

Te rogamus audi nos.

Vt inimicis & perſecutoribus noſtris ignoſcas, & eorum corda ad pœnitentiam conuertere velis:

Te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ dare & conſeruare digneris, vt ſuo tempore piè eis vtamur:

Te rogamus audi nos.

Vt veram pœnitentiam & remiſſionem peccatorum nobis largiri, negligentias & ignorantias nobis cõdonare, gratiam Sancti ſpiritus, & emendationem vitæ nobis donare digneris:

Te rogamus audi nos.

Fili Dei, te rogamus audi nos.

Fili Dei, te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi:

Dona nobis pacem.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi:

Miſerere

Miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe audi nos.

Kyrie eleyson.

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

Kyrie eleyson.

Pater noster qui es in cœlis, sanct. &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo.

Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.

Neque secundum iniquitates nostras retribue nobis.

Oremus.

DEus misericors Pater, qui contritorum non despicis gemitum, & mœrentium non spernis affectum, adesto precibus nostris, quas tibi in angoribus nostris effundimus, eásq; clementer suscipere dignare, vt quicquid contra nos diabolicæ atque humanæ moliuntur aduersationes, ad nihilum redigatur, & cõsilio tuæ pietatis elidatur, vt nos tui serui, nullis infestationibus læsi, in ecclesia tua sancta tibi gratias referamus: Per Iesum Christum Dominum nostrum.

Exurge

Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum.

Deus auribus nostris audiuimus, Patres nostri annuntiauerunt nobis opera admiranda, quæ operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

Exurge Deus, adiuua nos, & libera no. propter honorem tuum.

Gloria Patri.&c. Sicut erat.&c. Amen.

Ab inimicis nostris libera nos Christe.

Respice clementer afflictiones nostras.

Aspice dolorem cordis nostri.

Propicius esto peccatis populi tui.

Benignè audi orationes nostras.

O fili Dauid, miserere nobis.

Et nunc & semper dignare exaudire nos ô Christe.

Christe exaudi nos: Exaudi nos clementer Domine Iesu Christe.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

Sicut speramus in te.

Oremus.

INfirmitates nostras quæsumus Domine, benignè respice, & propter gloriam nominis tui, mala omnia quæ iustè pro peccatis nostris meremur, à nobis clemẽter auerte: & præsta, vt in cunctis aduersitatibus

omnem nostram fiduciam collocemus in misericordia tua, & tibi semper in puritate vitæ seruiamus, ad gloriam tui nominis: Per vnicum mediatorem nostrum & aduocatum Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Pro Regina.

O Domine Pater noster cœlestis, qui maximus potentissimúsq; es Rex regum & Dominus dominantium omnium principum, solus & vnicus moderator & gubernator, qui ab excelso & summo throno tuo, omnes mundi incolas intuêris, suppliciter te rogamus, vt Reginam nostram Elizabetham, clementer & benigno vultu respicere digneris, & eam tui sancti Spiritus gratia ita adimplere, vt semper ad tuam voluntatem perficiendam dedita, in vijs tuis ambulet. Accumula in eam cœlestia tuá dona: vitam illi fœlicem & diuturnam largire, vt diu fœliciterq; regnet, hostes omnes superet suos, & post hanc vitam gloria perfruatur æterna. Per Christum Dominum nostrū. Amen.

OMnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus, prætende super famulos tuos Pontifices & Ministros, & super cunctas congregationes illis commissas,

ſas, ſpiritum gratiæ ſalutaris, & vt in veritate tibi complaceant, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde, per Aduocatum & Mediatorem noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

Precatio Diui Chryſoſtomi.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui nobis gratiam dediſti, vt hoc tēpore vnanimiter congregati, preces noſtras ad te offeremus, quíque polliceris, vt vbi duo vel tres congregati fuerint in tuo nomine, te eorum ſupplicationes clementer exauditurum, petimus, vt vota & preces tuorum famulorum, prout tibi videbitur eorum ſaluti maximè expedire, perficias, & præſta nobis in hac vita tuæ veritatis cognitionem, & in futura, vitam æternam. Amen.

ij. Corinth. xiij.

GRatia Domini noſtri Ieſu Chriſti, charitas Dei, & communicatio ſancti Spiritus, ſit ſemper cum omnibus nobis. Amen.

Pro Pluuia petenda, tempore neceſſitatis.

DEus pater cœleſtis, qui per filium tuum vnigenitum promiſiſti vniuerſis tuum regnum & eius iuſtitiam quærentibus, omnia huic vitæ neceſſaria, da nobis quęſumus

in hac noſtra neceſſitate, pluuiam & imbres tempeſtiuos, vt terræ fructus, ad corporis noſtri conſolationem, tui nominis honorem, recipere poſſimus: Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Pro Aëris ſerenitate.

DOmine Deus, qui propter peccata hominis ſemel ſubmerſiſti mundum vniuerſum, octo hominibus ſolùm exceptis, & poſtea ſingulari ductus miſericordia, promiſiſti illum nunquam penitus ſubmergendum, ſupplices te rogamus, etſi ob iniquitates noſtras has pluuiæ & aquarum inundationes ſumus commeriti, digneris tamen nos ad veram pœnitentiam conuertere, & talem nobis tribuere cœli ſerenitatem, vt terræ fructus tempore oportuno recipiamus, tuóq; hoc ſupplicio admoniti, vitam noſtram emendare diſcamus, atque ob tuam in nos clementiam, tuas laudes & honores, perpetuò celebrare valeamus. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Tempore Caritatis & Famis.

DEus pater cœleſtis, cuius beneficio pluuia decidit, terra fit frugifera, animantia creſcunt, & piſces multiplicantur: intuere quæſumus afflictiones populi tui, & largire,

gire, vt hæc penuria caritáſq; annonę, quam nunc iuſtiſſimè propter peccata noſtra patimur, bonitate miſericordiæ tuæ vertatur in copiam & abundantiam. Hæc nobis clementiſſime pater concede, propter amorem Ieſu Chriſti Domini noſtri, cui tecum & ſancto ſpiritui, laus, honor & gloria in omnem æternitatem. Amen.

Tempore Belli.

OMnipotens Deus, Rex regum, & omnium gubernator, cuius potentiæ nulla creatura reſiſtere poteſt, cui proprium eſt peccatores punire, & eorum miſereri qui verè agunt pœnitentiam, ſerua & libera nos, ſuppliciter te petimus, à manu inimicorum: reprime eorum ſuperbiam, minue malitiam, diſſipa illorum machinationes & aſtutias, vt nos tuis armis muniti, ſemper ſeruemur ab omnibus periculis, ad glorificandum te, qui es vnicus victoriæ largitor: propter merita vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

Tempore peſtis, mortalitatis, ſiue morbi.

OMnipotens Deus, qui tempore Regis Dauid, in ira tua, ſeptuaginta millia hominum peſte interfeciſti, & tamen tuæ miſericordiæ memor, conſeruaſti reliquos,

miſerere noſtri miſerorum, qui nunc varijs morbis & graui mortalitate affligimur, vt quemadmodum angelum tuum à ſupplicio inferendo ceſſare iuſſiſti, ita quoque nunc & hanc peſtem à nobis amouere digneris: Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe has precationes noſtras, vt quos deliĉtorum catena miſerè conſtringit, clementia tuæ miſericordiæ liberè abſoluat, propter merita Ieſu Chriſti, noſtri mediatoris vnici. Amen.

Finis Letaniæ.

Collectæ,

COLLECTÆ, EPISTOLÆ, AC

Euangelia, ad sacram Communionem, *siue in Cœna Domini dicenda, per totum Annum.*

Dominica j. Aduentus.

Collecta.



DA nobis quæsumus omnipotens Deus, vt abiectis operibus tenebrarum, induamur arma lucis in hac mortali vita, in qua Iesus Christus filius tuus cum magna humilitate ad nos visitandos aduenit, vt in extremo die, quo rediturus est cum gloria Maiestatis suæ ad iudicandos viuos & mortuos, resurgamus ad vitam immortalem. Per Christum Dominum nostrum, qui tecum viuit & regnat in vnitate sancti Spiritus, per secula seculorum: Amen.

Epistola ad Roma. Cap. xiij.

NEmini quicquam debeatis, nisi hoc, vt inuicem diligatis. Nam qui diligit alterum, legem expleuit. Siquidem illa, Non mœchaberis, non occides, non furaberis, Deut. 5.

non falſum teſtimonium dices,non concupiſces, & ſi quod aliud præceptum, in hoc ſermone ſummatim comprehēditur, nem-
Leuit.19. pe, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.
Matth.12. Dilectio, proximo malum non operatur.
Galat.5. Conſummatio itaque legis, eſt dilectio.
Iacob.2. Præſertim cùm ſciamus tempus,quòd tempeſtiuum ſit, nos iam à ſomno expergiſci. Nunc enim propius adeſt nobis ſalus,quàm tum, cùm credebamus. Nox progreſſa eſt, dies autem appropinquat. Abijciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis : tanquam in die compoſitè ambule-
Lucæ.21. mus,non comeſſationibus & ebrietatibus, nō cubilibus ac laſciuijs, non contentione & æmulatione, ſed induamini Dominum Ieſum Chriſtum : & carnis curam ne agatis ad concupiſcentias.

Euangelium. Matthæi. xxi.

Marc.12. ET quum appropinquaſſent Hieroſoly-
Lucæ.19. mis, & veniſſent Bethphage ad montē Oliuarum,tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis:Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cū ea,ſoluite & adducite mihi.Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite : Dominus his opus habet:& cōfeſtim emittet eos.
Ioan.12. Hoc autem totum factum eſt, vt adimple-

retur

retur quod dictum est per Prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præceperat illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum super illa collocarunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij verò cædebant ramos de arboribus, & sternebãt in via. Porrò turbæ quæ præcedebãt & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis. Et quum intrasset Hierosolyma, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Turbæ autem dicebant: Hic est Iesus ille propheta à Nazareth Galilęæ. Et intrauit Iesus in téplum Dei & eijciebat omnes vendentes & ementes in templo, mensásq; nummulariorum, & cathedras vendentium columbas, euertit, & dixit eis: Scriptum est, Domus mea, domus deprecationis vocabitur: at vos fecistis eam speluncam latronum.

Zac.9. Esa.66. Psal. 117. Esa.56. Hier.7.

Dominica ij. Aduentus.

Collecta.

BEnedicte Deus, qui effecisti vt quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scribe-

ſcriberentur, concede nobis, vt ita ſcripturam attentè audiamus, legamus, diſcamus, & intelligamus, ſynceréque obſeruemus, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum amplectamur, & retineamus ſpem vitæ æternæ, quam dediſti nobis in ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto, cui tecum & ſancto ſpiritui, ſit honor & gloria, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Epiſtola ad Romanos xv. Capite.

QVæcunque præſcripta ſunt, in noſtram doctrinam præſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus. Deus autem patientiæ & conſolationis, det vobis idem mutuò inter vos ſentire, ſecundum Ieſum Chriſtum, vt vnanimiter vno ore glorificetis Deum ac patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quapropter aſſumite vos inuicem, quemadmodum & Chriſtus aſſumpſit nos in gloriam Dei. Illud autem dico, Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circumciſionis pro veritate Dei, ad cõfirmandas promiſſiones patrum: ceterùm vt gentes pro miſericordia glorifi-
Pſal.17. cent Deum: ſicut ſcriptum eſt: Propter hoc
Deut.32. confitebor tibi in Gentibus, & nomini tuo
Pſal.116. canam. Et rurſum dicit: Gaudete Gentes cum populo eius. Et rurſum: Laudate Dominum

minum omnes Gentes, & collaudate eum omnes populi. Et rurſum Eſaias dicit: Erit radix Ieſſe, & qui exurget ad imperandum gentibus: in eo gentes ſperabunt. Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo vt abundetis in ſpe, in virtute Spiritus ſancti. Eſa.11.

Euangelium Lucæ. xxi.

ERunt ſigna in Sole & Luna & ſtellis, & in terris anxietas Gentium per deſperationem, reſonante mari & fluctu, extabeſcentibus hominibus, præ timore & expectatione eorum, quæ ſuperuenient orbi terrarum. Nam virtutes cœlorum mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum poteſtate & gloria magna. His autem fieri incipientibus, ſuſpicite & attollite capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem: Videte ficum & omnes arbores quum protrudunt iam gemmas, cernentes ex vobis ipſis, ſcitis quod iam inſtet æſtas. Ita & vos quum videritis hæc fieri, ſcitote quod inſtet regnum Dei. Amen dico vobis, non præteribit ætas hæc, antequam omnia facta fuerint. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Math.24. Marc.13. Ezech.38. Oſe.10. Apoc.6.

Dominica

Dominica iij. Aduentus.

Collecta.

AVrem tuam quæſumus Domine, precibus noſtris accommoda, & mentis noſtræ tenebras, gratia tuæ viſitationis illuſtra. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. &c.

Epiſtola. i. Cor. iiij.

SIc nos æſtimet homo, vt Miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei: quod ſupereſt autem, illud requiritur in diſpenſatoribus, vt fidus aliquis reperiatur. Mihi verò pro minimo eſt, vt à vobis dijudicer, aut ab humano iudicio: imò nec meipſum dijudico. Nullius enim rei mihi conſcius ſum: ſed non per hoc iuſtificatus ſum: cæterùm qui me iudicat, Dominus eſt. Proinde ne ante tempus quicquam iudicetis, donec venerit Dominus, qui & illuſtraturus eſt occulta tenebrarum, & patefaciet conſilia cordium, ac tunc laus erit vnicuique à Deo.

Euangelium. Matthæi, cap. xi.

Lucæ. 7. IOannes autem cùm audiſſet in carcere facta Chriſti, miſſis duobus diſcipulis ſuis, dixit illi: Tu es ille qui venturus eſt, an

alterum

alterum expectamus? Et respondens Iesus dixit illis: Ite,& renunciate Ioanni,ea quæ auditis & videtis: Cæci visum recipiunt, & Esa.35.
claudi ambulant,leprosi mundantur,& surdi audiunt, mortui excitantur, & pauperes lætum accipiunt Euangelij nuncium: Et Esa.61.
beatus est, quisquis non fuerit offensus per me. Euntibus autem illis, cœpit Iesus dicere turbis de Ioanne: Quid existis in desertum vt videretis? num arundinem quæ agitatur à vento? Agè,quid existis vt videretis? num hominem mollibus vestibus amictum? Ecce qui mollia gestant,in domibus Regum sunt. At quid existis videre? num Prophetam? Certè dico vobis, & excellentiorem Propheta. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto nuntium me- Mal.1.
um ante faciem tuam,qui præparaturus est Mar.1.
viam tuam ante te.

Dominica iiij. Aduentus.

Collecta.

EXcita quæsumus Domine potentiam tuam & veni, & magna nobis virtute succurre, vt per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia tuæ miserationis acceleret. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Epistola.

Epistola. Philip. iiij.

1.Thes.5. GAudete in Domino semper, & iterùm dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus propè est. De nulla re solliciti sitis, sed in omni petitione & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud
Ioan.14. Deum. Et pax Dei quæ superat omnem in-
Rom.5. tellectum, custodiat corda vestra & sensus vestros, per Christum Iesum.

Euangelium. Ioannis. i.

Ioan.5. ET hoc est testimonium Ioannis,quando miserant Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent eum, Tu
Ioan.3. quis es?Et confessus est, & non negauit. Et confessus est,inquiens:Non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum:Quid ergo?
Deut.18. Helias es tu?Et dicit: Non sum. Es tu Propheta ille?Et respondit:Non. Dixerunt ergo ei: Quis es: vt responsum demus ijs qui
Math.3. miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait: E-
Marc.1. go vox clamantis in deserto, Dirigite viam
Lucæ.3. Domini: sicut dixit Esaias propheta. Et qui
Esa.40. missi fuerant,erant ex Pharisæis.Et interrogauerunt eum, ac dixerũt ei:Cur ergo baptizas si non es Christus, neque Helias, neq; Propheta ille: Respondit eis Ioannes, di-
Act.19. cens: Ego baptizo aqua, sed in medio ve-
strûm

ſtrûm ſtat quem vos neſcitis, ipſe eſt, qui quum me ſequeretur, anteceſſit me: cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calciamenti. Hæc in Bethabara facta ſunt, trans Iordanem, vbi Ioannes baptizabat.

In die Natalis Domini.

Collecta.

OMnipotens Deus, qui vnigenitum filium tuum nobis dediſti, vt noſtram naturam aſſumeret, hodiernáque die de pura virgine naſceretur, præſta quæſumus, vt nos regenerati, filiíque tui per adoptionem & gratiam facti, tuo ſancto ſpiritu quotidie renouemur, per eundem Dominum noſtrum. &c.

Epiſtola. ad Hebræos. Cap. i.

DEus olim multifariàm, multíſq; modis loquutus patribus per prophetas, extremis diebus hiſce loquutus eſt nobis per filium, quem conſtituit hæredem omnium, Math. 28.
per quem etiam ſecula condidit: qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & expreſſa imago ſubſtantiæ illius, moderetúrque omnia verbo potentiæ ſuæ: per ſemetipſum purgatione facta peccatorum noſtrum, conſedit in dextera maieſtatis in excelſis: tanto præſtā-

tior

tior factus angelis, quanto excellentius præ
Psalm.2. illis sortitus est nomen. Nam cui dixit vn-
Act.13. quam angelorum: Filius meus es tu, ego
2.Reg.7. hodie genui te? Ac rursum: Ego ero ei pa-
ter, & ille erit mihi filius. Rursum autem,
cùm inducit primogenitum in orbem ter-
Psal.96. rarum, dicit: Et adorent eum omnes Ange-
Psal.103. li Dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui
creat angelos suos spiritus, & ministros su-
Psal.44. os ignis flammam. Ad filium autem: Thro-
nus tuus Deus in seculum seculi, virga re-
ctitudinis, virga regni tui. Dilexisti iustiti-
am, & odisti iniquitatem, propterea vnxit
te Deus, Deus tuus, oleo exultationis, vltra
Psal.101. cōsortes tuos. Et, Tu in initio Domine, ter-
ræ fundamenta iecisti, & opera manuum
Esa.51. tuarum sunt cæli: ipsi peribunt, tu autem
permanes, & omnes vt vestimentum vete-
rascent: ac velut amictum circumuolues e-
os, & mutabuntur: tu autem idem es, & an-
ni tui non deficient.

Euangelium. Ioannis.i.

Gen.1. IN principio erat sermo, & sermo erat a-
Prou.8. pud Deum, & Deus erat ille sermo. Hic
erat in principio apud Deum. Omnia per
ipsum facta sunt, & sine eo factum est ni-
Ioan.4. hil quod factum est. In ipso vita erat, & vi-
Ioan.8. ta erat lux hominum, & lux in tenebris lu-
cet,

cet, & tenebræ eam non apprehenderunt. Erat homo missus à Deo, cui nomen Ioannes. Hic venit ad testificandum, vt testaretur de luce, vt omnes crederent per ipsum. Non erat ille lux illa, sed missus erat vt testaretur de luce. Erat lux illa lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In sua venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis vt liceret filios Dei fieri, videlicet his, qui credidissent in nomen ipsius: Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et sermo ille caro factus est,& habitauit in nobis: & conspeximus gloriam eius, gloriam velut vnigeniti à Patre: plenus gratia & veritate.

Ioan.5. Esa.56. Ose.1. Rom.8. Galat.4.

Die Sancti Stephani.

Collecta.

DA nobis Domine quæsumus, vt exemplo sancti Stephani discamus inimicos diligere, qui pro persecutoribus suis precatus est Dominum nostrum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.&c. Amen.

Tunc sequetur collecta de Natiuitate Domini, quæ quotidie dicetur vsque ad Circumcisionem.

Epistola. Act. vij.

Math.16. STephanus plenus Spiritu sancto intentis in cœlum oculis, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei, & ait: Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stãtem à dextris Dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eie-
Act.7. ctum eum è ciuitate, lapidabant: ac testes deposuerunt vestimenta ad pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant
Lucæ.23. Stephanum inuocantem, ac dicentem: Domine Iesu, suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna: Domine, ne statuas illis peccatum hoc. Et cùm hæc dixisset, obdormiuit.

Euangelium. Matth. xxiij.

ECce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas: & illorum aliquot occidetis, crucifigetísq;, & illorum nonnullos flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui ef-
Gen.4. fusus est super terram, à sanguine Abel iusti,
vsque

vſq; ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, 2.Par.24.
quem occidiſtis inter templum & altare.
Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper
generationem iſtam. Hieruſalem, Hieruſa- Luc.13.
lem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos Eſa.14.
qui ad te miſſi ſunt: quoties volui congre-
gare filios tuos, quemadmodum gallina
congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſtis?
Ecce relinquitur vobis domus veſtra deſer- Pſal.68.
ta. Dico enim vobis, haudquaquam me vi-
debitis poſthac, donec dicatis: Benedictus Pſal.117.
qui venit in nomine Domini.

Die Ioannis Euangeliſtæ.

Collecta.

ECcleſiam tuam quæſumus Domine be-
nignus illuſtra, vt beati Ioannis Apo-
ſtoli tui & Euangeliſtæ illuminata doctri-
nis, ad dona perueniat ſempiterna. Per Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtũ. &c. Amen.

Epiſtola. i. Ioan. i.

QVod erat ab initio, quod audiuimus, Ioan.1.
quod vidimus oculis noſtris, quod 2.Pet.1.
perſpeximus, & manus noſtræ contrectaue- Ioan.20.
runt de ſermone vitæ, & vita manifeſtata
eſt, vidimus, etiam teſtamur, & annuncia- Ioan.17.
mus vobis vitam æternam, quæ erat apud
patrẽ, & manifeſtata eſt nobis. Quod vidi-

mus & audiuimus annuntiamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre, & filio eius
Ioan.16. Iesu Christo. Et hęc scribimus vobis, vt gau-
2.Ioan.1. dium vestrum sit plenum. Et hæc est promissio quam audiuimus ex ipso, & annuntiamus vobis, quòd Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Si dixerimus, quòd societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem nō facimus. Quòd si in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem habemus inter nos mutuam, & sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus peccatum nō habemus, nosipsos fallimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, non peccauimus, mendacem facimus eum, & sermo eius non est in nobis.

Euangelium. Ioan. xxi.

DIxit autem Iesus Petro: Sequere me. Conuersus Petrus, videt illum Discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem, & qui recubuit in cœna super pectus eius, &
Ioan.13. dixit: Domine, quis est ille qui tradit te?
Hunc ergo cùm vidisset Petrus, dicit Iesu:

Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Si eum velim manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quòd discipulus ille non moreretur. Et non dixerat ei Iesus, Non moritur: sed, Si eum velim manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus quòd verum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipse, opinor, mundus caperet eos qui scriberentur libros. Ioan. 20.

Die Innocentium.

Collecta.

DEus, cuius hodierna die præconium Innocentes Martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt, omnia in nobis vitiorum mala morti dede, vt fidem tuam quam lingua nostra loquitur, etiam vita moribus fateatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. &c. Amen.

Epistola. Apocal. xiiij.

ET vidi, & ecce Agnus stans super montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentia nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audi-

ui vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni, & vocem audiui citharœdorum citharizantium citharis suis. Et cantant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia & seniores: & nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti
1.Cor.6. sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno,
Apoc.5. & in ore eorum non est inuentus dolus. Sine macula enim sunt ante thronum Dei.

Euangelium. Matth. ij.

ANgelus Domini apparet in somnis Ioseph, dicens: Surge, & assume puerum ac Matrem illius, & fuge in Ægyptum, & esto illîc donec dixero tibi: Futurum est enim, vt Herodes quęrat puerum ad perdendum eum. Ille verò excitatus, assumpsit puerum & matrem eius noctu, & secessit in Ægyptum, & fuit illîc vsq; ad obitum Herodis: vt perficeretur quod dictum fuerat à
Num.24. Domino per Prophetam, dicentem: Ex Æ-
Ozc.11. gypto vocaui filium meum. Tum Herodes vbi vidit sibi illusum fuisse à Magis, indignatus est vehementer: ac missis satellitibus,

bus, interfecit omnes pueros qui erãt Bethleem, & in omnibus finibus Bethleemiticis, quotquot essent bimuli & minores, iuxta tempus quod exactè cognouerat ex Magis. Tunc perfectum est, quod dictum fuerat ab Hieremia propheta, cum ait: Vox in Rhama audita est, lamentatio, ploratus & fletus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolationem admittere, proptereà quòd non sint. Ierem.31

Domin. post festum Natiuitatis.

Collecta.

Omnipotens Deus qui vnigenitum filium tuum nobis dedisti. &c.

Vt suprà in festo Natiuitatis.

Epistola. Galat. iiij.

Dico autem, quàm diu hæres puer est, nihil differt à seruo, quum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad tempus quod pater præscripserit. Sic & nos, cùm essemus pueri, sub elementis mundi eramus, in seruitutem adacti. At vbi venit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum, factum ex muliere, factum legi obnoxium, vt eos qui legi erant obnoxij, Math. 5. redimeret, vt adoptione ius filiorum acciperemus. Quoniam autem estis filij, emisit Rom.8. Deus

Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra clamantem, Abba pater. Itaque iam non es ſeruus, ſed filius, quòd ſi filius, & hæres Dei per Chriſtum.

Euangelium. Matthæi. i.

Lucæ. 3. Gen.21. Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram è Thamar. Phares autem genuit Eſrom. Eſrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz è Rachab. Booz autem genuit

1.Reg.16. Obed è Ruth. Obed autem genuit Ieſſe.

2.Reg.12. Ieſſe autem genuit Dauid Regem. Dauid

3.Reg.11. autem Rex, genuit Solomonem ex ea quæ fuerat vxor Vriæ. Solomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Aſa. Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram.

2.Par.26. Ioram autem genuit Hoziam. Hozias autem genuit Ionatham. Ionathas autem genuit Achaz. Achaz autẽ genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manaſſe. Manaſſes autem genuit Amon. Amon autem genuit

4.Reg.23. Ioſiam. Ioſias autem genuit Iechoniam &

Agge.1. fratres eius, in exilio Babylonico. Porrò

poſt

post exilium Babylonicum, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achin. Achin autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph maritum Mariæ: ex qua genitus fuit Iesus, ille qui dicitur Christus. Vniuersæ itaque generationes ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim, & à Dauid vsque ad demigrationem Babylonicam, generationes quatuordecim, & à demigratione Babylonica, vsque ad Christum, generationes quatuordecim. Iesu verò Christi natiuitas sic habet. Cũ mater enim eius Maria desponsa esset Ioseph, priùs quàm congressi fuissent, deprehensa est grauida è Spiritu sancto. Porrò Ioseph maritus eius, quoniam erat iustus, & nolebat illam infamare, voluit clanculùm ab ea diuertere. Hæc autem cùm is in animo versaret, ecce Angelus Domini in somnis visus est, dicens illi: Ioseph fili Dauid, ne metuas adiungere tibi Mariam vxorem tuam: nam quod in illa conceptum est, à Spiritu sancto profectum est. Pariet autem filium, & vocabis

1. Esd. 3.

Lucæ. 1.

Phil. 2.
Act. 4.

cabis nomen eius IESVM: is enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis ſuis. Porrò totum hoc factum eſt, vt perficeretur id, quod dictum fuerat à Domino per Prophetam, ita loquentem: Ecce virgo erit prægnans, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel: quod ſi quis interpretetur, ſonat: Nobiſcum Deus. Excitatus autem Ioſeph à ſomno, fecit vt iniunxerat ſibi Angelus Domini: & adiunxit ſibi vxorem ſuam, & non cognouit eam, donec peperiſſet filium ſuum primogenitum, & appellauit nomen eius Ieſum.

Die Circumciſionis.

Collecta.

OMnipotens Deus, qui vnigenitum filiũ tuum carnis circumciſionem pati, & Legi ſubditum eſſe voluiſti, propter hominem, da corda noſtra, vera & ſpirituali circumciſione ita diſcindi, vt mactatis mundanis & carnalibus concupiſcentijs, obediamus per omnia diuinæ voluntati tuæ. Per eundem Dominum noſtrum. Amen.

Epiſtola. Roman. iiij.

Pſal. 31. BEatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: Beatificatio igitur hæc, in circumciſionem tantum an & in præputium deuenit? Dicimus enim quòd imputata

fuerit

fuerit Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo imputata est? quum esset in circũcisione, an quum esset in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ fuerat in præputio, vt esset pater omnium credentium per preputium, vt imputaretur & illis iustitia, & pater circumcisionis ijs qui non solùm genus ducerent à circumcisis, verum etiam ingrederentur vestigijs fidei, quæ fuit in præputio patris nostri Abrahæ. Non enim per legem promissio contigit Abrahæ, aut semini eius, illum hæredem fore mundi, sed per iustitiam fidei. Etenim si ij qui ad legem pertinent, hæredes sunt, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio. Gen.15. Galat.3.

Euangelium. Lucæ. ij.

ET factũm est vt discesserunt ab eis Angeli in cælum, & homines pastores loquebãtur inter sese: Transeamus iam Bethleem vsque, & videamus hoc quod audiuimus accidisse, quod Dominus aperuit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepi. Quum vidissent autem, diuulgauerunt de verbo quod dictum erat ipsis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt

ſunt de his, quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos. Porrò Maria conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes ac laudantes Deum ſuper omnibus quæ audierant, & viderant, ita vt dictum fuerat ipſis. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt cir-
Gen. 17. cumcideretur puer, vocatum eſt nomen e-
Lucæ. 1. ius Ieſus, quod vocatum erat ab Angelo, prius quàm in vtero conciperetur.

Si fuerit Dominica inter feſtum Epiphaniæ, & Circumciſionis, tum recitabitur ipſa Collecta, Epiſtola & Euangelium, quæ dicebantur in die Circumciſionis.

Die Epiphaniæ.

Collecta.

DEus, qui vnigenitum tuum gentibus ſtella duce reuelaſti, cócede propitius, vt qui te iam ex fide cognouimus, tua glorioſa Deitate poſt hanc vitam perfruamur. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Epiſtola. Epheſ. iij.

Act. 21. HVius rei gratia ego Paulus vinctus ſum Chriſti Ieſu pro vobis gentibus. Siquidem audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei,

Dei, quæ data eſt mihi in vos, quod ſecundum reuelationem notum mihi fecit myſterium, quemadmodũ antè ſcripſi paucis, ex quibus poteſtis legẽtes intelligere cognitionem meam in myſterio Chriſti, quod in alijs ætatibus non innotuit filijs hominum, quemadmodum nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius & Prophetis per ſpiritum, vt ſint Gentes cohæredes & eiuſdem corporis, conſortéſq; promiſſionis in Chriſto, per Euangelium, cuius factus ſum miniſter, ſecundum donum gratiæ Dei, quod datum eſt mihi ſecundum efficaciam potentiæ illius. Mihi minimo omnium ſanctorum data eſt gratia hęc, vt inter Gentes euangelizem imperueſtigabiles diuitias Chriſti, & in lucem proferam omnibus quæ ſit communio myſterij, quod erat abſconditum à ſeculis in Deo, qui vniuerſa condidit per Ieſum Chriſtum, vt nota fiat nunc principatibus ac poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam, vehementer varia ſapientia Dei, ſecundum præfinitionem ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro, per quem habemus audaciam & aditum cum fiducia, quæ eſt per fidem illius.

Galat. 1.
1. Cor. 15.
Coloſ. 2.

Euangelium. Matthæi. ij.

CVm autem natus eſſet Ieſus in Bethleem

leem ciuitate Iudææ, temporibus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente accesserunt Hierosolyma, dicentes: Vbi est ille, qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim illius stellam in Oriente, & accessimus vt adoremus eum. Auditis autem his Herodes rex, turbatus est, & tota Hierosolymorum vrbs cum illo: & conuocatis omnibus Pontificibus & Scribis populi, percontatus est eos, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei:
Mich.5. In Bethleem Iudçæ. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es inter principes Iuda: Ex te enim mihi proditurus est dux, qui gubernaturus est populum meum Israel. Tum Herodes clàm accersitis Magis, accuratè perquisiuit àb illis, quo tempore stella apparuisset. Et iussus ire in Bethleem, dixit: Profecti illuc, accuratè inquirite de puero: vbi verò inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniam, & adorem illum. At illi audito Rege, profecti sunt: Et ecce stella, quam viderant in Oriente, præcedebat illos, donec progressa staret supra locum, in quo erat puer. Cùm autem vidissent stellam, gauisi sunt gaudio magno valdè, Et ingressi domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & prostrati adorauerunt illum: & apertis thesauris suis, obtulerunt illi munera,

nera, aurum, & thus, & myrrham: & oraculo admoniti in somnis, ne reuerterentur ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Dominica j. post Epiphaniam.

Collecta.

VOta quæsumus Domine supplicantis populi, cœlesti pietate prosequere, vt ea quæ agenda sunt, videant, & ad implenda quæ viderint, tua gratia ac virtute commoueantur. Per Iesum Christum. &c.

Epistola. Rom. xij.

OBsecro igitur vos, fratres, per miserationes Dei, vt præbeatis corpora vestra hostiam viuëtem, sanctam, acceptam Deo, rationalem cultum vestrum. Et ne accommodetis vos ad figuram seculi huius, sed transformemini per renouationem mentis vestræ, vt probetis quæ sit voluntas Dei, quod bonum est acceptúmq; & perfectum. Dico enim per gratiam, quæ data est mihi, cuilibet versanti inter vos, ne quis arroganter de se sentiat, supra quàm oportet de se sentire: sed ita sentiat, vt modestus sit & sobrius, vt cuique Deus partitus est mensuram fidei. Quemadmodum enim in vno corpore multa membra habemus, membra

Phil. 4.
Eccle. 3.
1. Cor. 12.
Ephes. 4.

verò

verò non omnia eundem habent actum, sic multi vnum corpus sumus in Christo, singulatim autem alij aliorum membra.

Euangelium. Lucæ. ij.

ET ibant parentes eius quotannis Hierosolymam, in die festo Paschæ. Et cùm factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi: consummatísque diebus cùm redirent illi, remansit puer Iesus Hierosolymis, & non cognouerunt parentes eius. Cæterùm rati illum esse in comitatu, venerunt itinere diei, & requirebãt eum inter cognatos & inter notos. Et cùm non inuenissent eum, reuersi sunt Hierosolymã, quærentes eum. Et accidit post triduum, inuenerunt illum in templo, sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebãt autem omnes qui eum audiebant, super intelligentia & responsis eius: & viso eo, admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolẽtes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod quærebatis me? an nescitis quod in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Et illi non intellexerunt sermonem, quem loquutus est ipsis. Et descendit cum eis, venítq; Nazareth,

Exo. 23. Leuit. 23.

zareth, erátque subditus illis. Mater autem eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud Deum atque homines.

Dominica secunda post Epiphan.

Collecta.

OMnipotens sempiterne Deus, qui cœlestia simul & terrestria moderaris, supplicationes nostras clemẽter exaudi, & pacem tuam, nostris concede temporibus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Epistola. ad Romanos. xij.

HAbentes dona iuxta gratiã datam nobis varia: siue prophetiam iuxta portionem fidei, siue ministerium in administratione, siue qui docet in doctrina, siue qui exhortatur in exhortatione, qui impertit in simplicitate, qui præest in diligentia, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sit non simulata: sitis odio prosequentes quod malũ est, adhærentes ei quod bonum est, per fraternam charitatem, ad mutuò vos diligendos propensi, honore alius aliũ præuenientes, studio non pigri, spiritu feruentes, tempori seruientes, spe gaudentes, in afflictione patientes, precationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalita-

1.Cor.14. 1.Pet.1. Act.2. Eccl.32. Deut.15. Amos.5. 2.Pet.2. Eccl.31.

Heb.13. talitatem sectantes. Bene loquamini de ijs qui vos insectantur: bene loquamini, inquam,& ne malè precemini. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus:eodem animo alij in alios affecti, non arroganter de vobisipsis sentientes, sed humilibus vos accommodantes.

Euangelium. Ioannis. ij.

ET die tertia nuptiæ fiebant in Cana Galileæ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, ac discipuli eius ad nuptias. Et vbi defecisset vinum, dicit Mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Dicit ei Iesus:
Lucæ.2. Quid mihi tecum est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit vobis,facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secundũ purificationem Iudæorum,capientes singulæ metretas binas aut ternas. Dicit ei Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis: Infundite nunc,& ferte architriclino:& tulerũt. Postquam autem gustasset architriclinus aquam in vinum versam, neque sciret vnde esset, sed ministri sciebant,qui hauserant aquam, vocat sponsum, & dicit ei: Omnis homo primo loco bonum vinum ponit, & cùm inebriati fuerint,tunc id quod deterius est.

Tu

Tu ſeruaſti bonũ vinum vſque ad hoc tempus. Hoc edidit initio ſignorum Ieſus in Cana Galilęæ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius.

Dominica iij. poſt Epiphaniam

Collecta.

OMnipotens æterne Deus, infirmitatem noſtram propitius reſpice, atq; in omni neceſſitate ad protegendum nos, dexteram tuæ maieſtatis extende. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

Epiſtola. Roma. xij.

NE ſitis arrogantes apud voſmetipſos, Prou.10. neque cuipiam malum pro malo red- 1.Pet.3. datis. Prouidè parantes honeſta in conſpectu omnium hominum: ſi fieri poteſt, quãtum in vobis eſt, cum omnibus hominibus in pace viuentes, non voſmetipſos vlciſcen- Heb.12. tes dilecti, quin potius date locum iræ. Scriptum eſt enim: Mihi vltio, ego rependam, dicit Dominus. Si igitur eſurit inimicus tu- Deut.32. us, paſce illum: ſi ſitit, da illi potum. Hoc e- Prou.23. nim ſi feceris, carbones ignis coaceruabis in caput illius. Ne vincaris à malo, imò vince bono malum.

Euangelium. Matth. viij.

CVm deſcendiſſet autem de monte, ſe- Marc.1. quutæ ſunt eum turbæ multæ: & ecce Luc.5.

leprosus accedens, adorauit eum, dicens: Domine, si velis, potes me mundare. Protensáq; manu tetigit illum Iesus, dicens: Volo: mundus esto. Ac protinus mundata fuit illius lepra. Et dicit illi Iesus: Vide ne cui dixeris: sed abi, ostende teipsum sacer-
Deut.14. doti,& offer munus,quod iussit offerri Mo-
Luc.7. ses in testimonium ipsis. Porrò cùm ingres-
Ioan.4. sus fuisset Iesus Capernaum, adijt eum Cẽturio, obsecrans eum, & dicens: Domine, famulus meus decumbit domi paralyticus, ac grauiter discruciatur. Et dicit illi Iesus: Ego cùm venero, medebor illi. Et respondens Centurio,dixit: Domine,nõ sum idoneus vt tectum meum subeas: imò tantum
Psal.106. dic verbum,& sanabitur famulus meus. Nã ego sum homo alterius potestati subditus, & habeo sub me milites,& dico huic: vade, & vadit. & alteri: veni, & venit. & seruo meo: fac hoc,& facit. Hæc autem cùm audisset Iesus, admiratus est, & ait sequentibus se: Amen dico vobis,ne in Israël quidẽ
Esa.13. tantum fidei reperi. Dico autẽ vobis, quòd
Luc.13. multi ab Oriente & Occidẽte venturi sunt, & accumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob,in regno cælorum: filij verò regni eijciẽtur in tenebras extremas: illîc erit ploratus & stridor dentium. Et dixit Iesus Cẽturioni: Abi, & quemadmodum credis,ita fiat

fiat tibi. Et ſanatus eſt famulus eius in hora illa.

Dominica iiij. poſt Epiphaniam.

Collecta.

DEus, qui nos in tantis periculis conſtitutos propter humanam fragilitatem ſcis non poſſe ſubſiſtere. Da nobis ſalutem mentis & corporis, vt ea quæ pro peccatis noſtris patimur, te adiuuante vincamus. Per Dominum noſtrum Ieſum, &c.

Epiſtola. Rom. xiij.

OMnis anima poteſtatibus ſupereminẽtibus ſubdita ſit. Non enim eſt poteſtas niſi à Deo: quæ verò ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt. Itaque quiſquis reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtẽrint, ſibiipſis iudiciũ accipiẽt. Nam principes non terrori ſunt bene agentibus, ſed male. Vis autem non timere poteſtatem? Quod bonum eſt facito, & feres laudem ab illa: Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Quod ſi feceris id quod malum eſt, time. Non enim fruſtra gladium geſtat. Nam Dei miniſter eſt, vltor ad iram ei qui, quod malum eſt fecerit. Qua propter oportet eſſe ſubditos, non ſolùm propter iram, verumetiam propter conſcientiam.

Sap. 6.
1. Pet. 2.

Matth.17. Propter hoc enim & vectigalia soluitis: si-
c.22. quidem ministri Dei sunt, in hoc ipsum
incumbentes. Reddite igitur omnibus,
quod debetur: cui, tributum, tributum:
cui vectigal, vectigal: cui timorem, timo-
rem: cui honorem, honorem.

Euangelium. Matth. viij.

Matth.4. ET quum esset ingressus nauim, sequuti
Luc.8. sunt eum discipuli sui: & ecce motus
magnus factus est in mari, adeò vt nauis o-
periretur à fluctibus, ipse verò dormiebat.
Et accedentes discipuli, excitauerũt illum,
dicentes: Domine, serua nos: perimus. Et
dicit illis: Quid timidi estis exigua præditi
Iob.26. fiducia? Tunc excitatus, increpauit ven-
Psal.106. tos, & mare, & facta est tranquillitas mag-
Esa.31. na. Homines verò admirabantur, dicentes:
Qualis est hic, quia venti quoque & mare
Marc.5. obediunt illi? Et cùm venisset ad vlteriorẽ
Luc.8. ripam, in regionem Gergesenorum, oc-
currerunt ei duo dæmoniaci, è monumen-
tis egressi: erant autem sæui supra modum,
adeò vt nemo posset trãsire per viam illam.
1.Cor.6. Et ecce vociferabantur, dicentes: Quid rei
nobis tecum est Iesu fili Dei? Venisti huc
Marc.5. ad cruciandum nos ante tempus? Erat autẽ
procul ab illis grex porcorũ multorum pa-
scens, Dæmones verò rogabant eum, di-
centes:

centes : Si eijcis nos, permitte nobis vt demigremus in gregem porcorum. Et ait illis abite. Illi verò egressi, abierunt in gregem porcorum. Et ecce ferebatur totus grex porcorum per præceps in mare, & perierunt in aquis. Porrò qui pascebant, aufugerunt : & digressi in ciuitatem, renuntiauerunt omnia, & quid accidisset dæmoniacis. Et ecce tota ciuitas exiuit in occursum Iesu. Et cùm vidissent illum. rogabant, vt decederet è finibus ipsorum.

Dominica v. post Epiphan.

Collecta.

FAmiliam tuã quæsumus Domine continua pietate custodi, vt quæ sola fiducia gratiæ cœlestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Epistola. Coloss. iij.

SItis igitur induti tanquam electi Dei, Ephes.4. sancti ac dilecti, viscera miserationum, comitatem, modestiam, mansuetudinem, lenitatem, sufferentes vos inuicem, & condonantes vobis mutuò, si quis aduersus aliquem habuerit querelam : quemadmodum & Christus condonauit vobis, ita &

 vos.

Math.22. vos. Super omnia autem hæc, charitatem,
quæ eſt vinculum perfectionis, & pax Dei,
palmam ferat in cordibus veſtris, in quam
& vocati eſtis in vno corpore: & grati ſitis.
Eph.5. Sermo Chriſti inhabitet in vobis opulentè,
cum omni ſapientia. Docetéq; & commo-
nete vos inuicem, cantionibus & laudibus,
& cantilenis ſpiritualibus cum gratia, ca-
1.Cor.10. nentes in corde veſtro Domino. Et quic-
quid egeritis ſermone aut facto, omnia in
nomine Domini Ieſu facite, gratias agen-
tes Deo & Patri per illum.

Euangelium. Matth.xiij.

Marc.4. ASſimulatum eſt regnum cœlorum ho-
mini ſeminanti bonum ſemen in agro
ſuo: ſed dormientibus hominibus, venit
illius inimicus, & ſeminauit zizania inter
triticum, abijtque. Cùm autem germinaſ-
ſet herba: & fructum feciſſet, tunc appa-
ruerunt & zizania. Accedentes autem ſerui
patrisfamiliâs, dixerunt illi, Domine, nón-
ne bonum ſemen ſeminaras in tuo agro?
Vnde igitur habet zizania? Ille verò dixit
illis? Inimicus homo hoc fecit: Serui au-
tem dixerunt illi: Vis igitur abeamus &
colligamus ea? At ille dixit. Non, ne dum
colligitis zizania, eradicetis ſimul cum il-
lis & triticum: ſinite pariter creſcere vtraq;
vſque

vſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus Colligite primū zizania, & colligate ea in faſciculos ad comburendum ea: triticum verò congregate in horreum meum.

Dominica ſexta poſt Epiphaniam quando ſit, legentur Collecta, Epiſtola & Euangelium quæ in Dominica præcedenti.

Dominica Septuageſimæ.

Collecta.

PReces populi tui, quæſumus Domine, clementer exaudi, vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria, per miſericordiam tuam liberemur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Amen.

Epiſtola. i. Cor. ix.

AN neſcitis, quòd qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit præmium? Sic currite, vt comprehendatis. Omnis autem qui certat, per omnia temperans eſt: illi quidem igitur, vt perituram coronam accipiant, nos autem vt æternam. Ego itaque ſic curro, vt non in incertum: ſic pugilem ago, non velut aërem feriens: verùm ſubijcio corpus meum,

&

& in ſeruitutem redigo, ne quo modo fiat, vt cùm alijs prædicarim, ipſe reprobus efficiar.

Euangelium. Matth. xx.

SImile eſt regnum cælorum homini patrifamilias, qui exijt primo ſtatim diluculo, ad conducendos operarios in vineam ſuã. Conuentione autem facta cum operarijs in ſingulos dies denario, miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circiter horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro ocioſos, & illis dixit: Ite & vos in vineam & quodcunque iuſtũ fuerit, dabo vobis. Illi autem abierũt. Rurſum autem exijt circiter ſextã & nonam horam, & fecit ſimiliter. Circa vndecimam verò exijt, & inuenit alios ſtantes ocioſos, ac dicit illis: Cur hic ſtatis totum diem ocioſi? Dicunt ei: quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Abite & vos in vineam, & quicquid fuerit iuſtum, accipietis. Cùm autem veſpera facta eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à poſtremis vſque ad primos. Et cùm veniſſent qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſinguli denarium. Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quòd plus eſſent accepturi: & acceperunt ipſi quoque ſinguli

guli denarium. Et cùm accepiſſent, murmurabant aduerſus patremfamilias, dicentes: Hi nouiſſimi vnam horam fuerunt in opere, & illos pares nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtum. At ille reſpódens vni eorum dixit: Amice, non facio tibi iniuriam, Nónne denario pactus es mecū? Tolle quod tuum eſt, & abi. Volo autem huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. An non licet mihi quod volo facere in rebus meis? An oculus tuus malus eſt, quod ego bonus ſim? Sic nouiſſimi erunt primi, & primi nouiſſimi. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

Rom.11.
Matth.19.
Marc.10.
Luc.13.

Dominica Sexageſimæ.

Collecta.

DEus, qui cóſpicis quod ex nulla noſtra actionē confidimus, cócede propitius, vt contra aduerſa omnia, protectionis tuæ benignitate muniamur. Per Ieſum Chriſtū Dominum noſtrum. Amen.

Epiſtola. ij.Cor. xi.

LIbenter enim ſuffertis inſipientes, cùm ſitis ſapientes. Suffertis enim ſi quis vos in ſeruitutem adigit, ſi quis exedit, ſi quis accipit, ſi quis attollit ſeſe, ſi quis vos in faciem cædit: iuxta contumeliam loquor: perinde quaſi nos infirmi fuerimus. Imò in quo-

Act.22. quocũque audet aliquis, (per insipientiam
Phil.3. loquor) audeo & ego. Hebræi sunt, sum &
ego: Israelitæ sunt, sum & ego: semen A-
brahæ sunt, sum & ego: ministri Christi
sunt, (desipiens loquor) excellentius sum
ego: in laboribus copiosius, in verberibus
supra modum, in carceribus abundantius,
in mortibus frequenter: à Iudæis quinquies
quadragenas plagas, vna minus, accepi.
Act.16. Ter virgis cæsus fui: semel fui lapidatus: ter
Act.14. naufragium feci: noctem ac diem in pro-
Act.27. fundo egi: in itineribus sæpe, in periculis
fluminum, periculis latronum, periculis ex
genere, periculis ex gentibus, periculis in ci-
uitate, periculis in deserto, periculis in ma-
ri, periculis inter falsos fratres: in labore &
molestia, in vigilijs sæpe, in fame & siti, in
ieiunijs sæpe, in frigore & nuditate: præter
ea quæ extrinsecus accidunt,* incumbens
mihi quotidiana cura omnium ecclesiarũ.
1.Cor.8. & 12. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis
offenditur, & ego nõ vror? Si gloriari opor-
teat, de his quæ infirmitatis meæ sunt, glo-
riabor. Deus & Pater Domini nostri Iesu
Galat.1. Christi, qui est laudandus in secula, nouit
quòd non mentiar.

Euangelium. Lucæ. viij.

Math.13. Marc.4. CVm autem turba plurima conueniret,
& è singulis ciuitatibus properarent ad
eum,

eum, dixit per ſimilitudinem. Exijt qui ſe-
mentem faciebat, ad ſeminandum ſemen
ſuum: & inter ſeminandum, aliud cecidit
circa viam, & conculcatum eſt, & volucres
cœli comederunt illud. Et aliud cecidit ſu-
per petram, & enatum aruit, quia non ha-
bebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpi-
nas,& ſimul enatæ, ſpinæ ſuffocauerunt il-
lud. Et aliud cecidit in terram bonam; &
enatum, fecit fructum centuplum. Hæc di-
cens, clamabat: Qui habet aures ad audiē-
dum,audiat, Interrogabant autem eum di-
ſcipuli eius, dicentes: quæ eſſet iſta para-
bola. At ille dixit. Vobis datum eſt noſſe Eſa.6.
myſteria regni Dei:cæteris autem per para-
bolas, vt videntes non videant, & audien-
tes non intelligant. Eſt autem hæc parabo-
la. Semen eſt ſermo Dei: qui autem iuxta
viam, hi ſunt qui audiūt, deinde venit Dia-
bolus, & tollit ſermonem de corde eorum,
ne credentes ſeruentur. Nam qui ſuper pe-
tram, ij ſunt qui cùm audierint, cum gau-
dio ſuſcipiunt ſermonem,& hi radices non
habent, qui ad tempus credunt, & in tem-
pore tentationis recedunt. Quod autem in
ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt,& à ſo-
licitudinibus & diuitijs ac voluptatibus vi-
tæ euntes,ſuffocātur,nec referunt fructum.
Quod autem in bonam terram, hi ſunt qui
in

in corde honesto ac bono, audientes sermonem, retinent, & fructum afferunt per patientiam.

Dominica quinquagesimæ.

Collecta.

DEus, qui nos per Apostolum tuum docuisti, quod omnia opera nostra sine charitate nihil sint, da nobis spiritum tuum sanctum, qui diffundat in cordibus nostris excellens donum charitatis, verum vinculum pacis & omnium virtutum, & sine qua omnis viuens coram te est mortuus, hoc largire: per Dominum nostrũ Iesum Christum, &c. Amen.

Epistola. i. Cor. xiij.

SI linguis hominum loquar & angelorũ, charitatem autem non habeam, factus
Math. 7. sum æs resonãs aut cymbalum tinniens. Et si habeam prophetiam, & nouerim mysteria omnia, omnémque scientiam: & si ha-
Luc. 17. beam omnem fidem, adeò vt montes loco dimoueam, charitatẽ autem non habeam, nihil sum. Et si insumam in alimoniam omnes facultates meas, & si tradam corpus meum vt comburar, charitatem autem nõ habeam, nihil vtilitatis capio. Charitas patiens-

tiens eſt, benigna eſt: charitas non inuidet: charitas non eſt procax: non inflatur, non eſt faſtidioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet de iniuſtitia, ſed congaudet veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nunquam excidit: ſiue prophetiæ abolebuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſciẽtia abolebitur. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Aſt vbi venerit quod perfectum eſt, tunc quod ex parte eſt, abolebitur. Cùm eſſem puer, vt puer loquebar, vt puer ſentiebã, vt puer cogitabam; at vbi factus ſum vir, aboleui puerilia. Cernimus enim nũc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognoſco ex parte, tunc verò cognoſcam, quemadmodum & cognitus ſum. Nunc autem manet fides, ſpes, charitas, tria hæc, ſed maxima in his Charitas.

Euangelium. Lucæ. xviij.

ASſumpſit autem Ieſus duodecim, & ait illis: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & cõſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas, de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & contumelijs afficietur, & conſpuetur: & poſtquam flagellauerint, occident eum, ac die tertia reſurget.

Math. 20.
Marc. 10.
Lucæ. 13.

ſurget. Et ipſi nihil horum intellexerunt.
Luc. 2. Et erat verbum iſtud abſconditum ab eis, nec intelligebant quæ dicebantur. Accidit autem cùm appropinquaret Hiericho, cæcus quidam ſedebat iuxta viam, mendicãs: & cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei, quòd Ieſus Nazarenus tranſiret. Et clamauit, dicens: Ieſu fili Dauid, miſerere mei. Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret. Ipſe verò multò magis clamabat: Fili Dauid, miſerere mei. Stans autem Ieſus, iuſſit illum adduci ad ſe. Et cùm appropinquaſſet, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt viſum recipiam. Et Ieſus dixit ei: Recipito viſum: Fides tua te ſaluum reddidit. Et confeſtim viſum recepit, ac ſequebatur illum glorificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Feria. iiij. poſt Quinqua.

Collecta.

OMnipotens æterne Deus, qui nihil odiſti eorum quæ feciſti, & remittis peccata omnibus pœnitentibus: crea in nobis cor contritum, vt dignè peccata noſtra defleamus, & agnoſcamus iniquitates noſtras,

&

& à te Deo omnis misericordiæ, perfectam peccatorum remissionem cõsequamur. Per Dominum nostrũ Iesum Christum. Amen.

Lectio Prophetiæ. Ioelis. ij.

CONuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu. Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & cõuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionẽ? Sacrificium & libamen Domino Deo vestro. Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtum, cõgregate populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes: congregate paruulos, & sugentes hubera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, & dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: Vbi est Deus eorum? Psal. 85. Ionæ. 4.

Euangelium. Matth. vi.

CVm ieiunaueritis, ne sitis veluti hypocritę tetrici. Obscurãt enim facies suas, Esa. 58. Math. 9.

quò perſpicuum ſit hominibus ipſos ieiunare. Amen dico vobis, habent mercedem ſuam. Tu verò cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne conſpicuum ſit hominibus te ieiunare, ſed patri tuo, qui eſt in occulto: & Pater tuus qui videt in abdito, reddet tibi in propatulo. Ne reponatis vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea corrumpit, & vbi fures perfodiunt, ac furantur: Sed recondite vobis theſauros in cælo, vbi neque ærugo, neq; tinea corrumpit, & vbi fures non perfodiunt, neque furantur. Nam vbi fuerit theſaurus veſter, illic erit & cor veſtrum.

Luc.12. Eccleſ.29. Ierem.17. Prou.23.

Dominica. j. quadrageſimæ.

Collecta.

DOmine Ieſu Chriſte, qui noſtra cauſa quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunaſti, da nobis huiuſmodi vti abſtinentia, vt caro noſtra ſpiritui ſit ſubiecta, & mandatis tuis ſemper obſequamur in vera Iuſtitia & ſanctitate, ad gloriam & honorem nominis tui: Qui viuis & regnas in ſecula. &c.

Epiſtola. ij. Cor. vi.

QVin & adiuuantes obſecramus, ne in vacuum gratiam Dei receperitis. Dicit

cit enim: In tempore accepto exaudiui te, Esa.49.
& in die salutis succurri tibi. Ecce nūc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis. Ne quam vsquam demus offensionem, ne reprehendatur ministerium, sed in omnibus commendemus nosipsos vt Dei ministri, in 1.Cor.4.
tolerantia multa, in afflictionibus, in neces- 1.Cor.3.
sitatibus, in anxietatibus, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in puritate, in scientia, in animi lenitate, in benignitate, in spiritu sācto, in charitate non simulata, in sermone veritatis, in potentia Dei, per arma iustitiæ dextra ac sinistra, per gloriam & ignominiam, per conuitia & laudes: quasi impostores, & tamen veraces: quasi ignoti, & tamen noti: quasi morientes, & ecce viuimus: quasi correpti, & non occisi: quasi dolentes, semper tamen gaudentes: quasi pauperes, multos tamen ditantes: vt nihil habentes, & tamen omnia possidentes.

Euangelium. Matth. iiij.

TVnc Iesus subductus fuit in desertum à Marc.1.
spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Et cùm Luc.4.
ieiunasset dies quadraginta, ac noctes quadraginta, tandem esurijt. Et cùm accessisset ad eum ille qui tentat, dixit: Si filius es Dei, iube vt lapides hi panes fiant. At illi respó-

 dens

Deut.8. Sap.16. dens, dixit: Scriptum est: Non solo pane victurus est homo, sed omni verbo quod egreditur per os Dei. Tunc assumit illum diabolus in Sanctam Ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum Templi, dicitq; illi: Si filius es Dei, præcipita te deorsum. Nam
Psal.90. scriptum est: Angelis suis mandaturus est de te, ac manibus tollent te, nequando impingas in lapidem pedem tuum. Dixit illi
Deut.6. Iesus: Rursum scriptum est. Non tentabis Dominum Deum tuum. Rursum assumit illum diabolus in montem excelsum valdè, & commonstrat ei omnia regna mundi, & gloriam illorum, & dicit illi: Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me. Tunc dicit illi Iesus. Abi Satana, scriptum est e-
Deut.6. nim: Dominum Deum tuum adorabis, &
1.Reg.7. illum solum côles. Tunc omittit illum diabolus. Et ecce Angeli accedebant, ac ministrabant ei.

Dominica ij. Quadragesimæ.

Collecta.

DEus qui conspicis omni nos virtute destitui, interius exteriusq;, custodi, vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum nostrũ. &c.

Epistola.

Epistola. i. Thessa. iiij.

QVod superest igitur fratres, rogamus vos, & adhortamur per Dominum Iesum, quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos versari, & placere Deo, vt abundetis magis. Nostis enim quæ præcepta dederimus vobis per Dominum Iesum. Hæc enim est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis à scortatione, & sciat vnusquisque vestrûm suum vas possidere cum sanctificatione & honore, non cũ affectu concupiscentiæ, quemadmodum & gentes, quæ non nouerunt Deum; Ne quis opprimat ac fraudet in negotio fratrem suum; propterea quòd vltor est Dominus de omnibus his, quemadmodum & antè diximus vobis, ac testati sumus. Non enim vocauit nos Deus immunditiæ causa, sed ad sanctificationem. Proinde qui hæc reijcit, non reijcit hominem, sed Deum, qui dedit Spiritum suum sanctum in vos.

Phil. 1. Rom. 12. Ephes. 5. Tob. 6. 1. Cor. 7. Rom. 1.

Euangelium. Matth. xv.

ET digressus illinc Iesus, recessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananæa, quæ à finibus illis venerat, clamabat ad illum dicens: Miserere mei Domine fili Dauid: Filia mea miserè à dæmonio agitatur. Ille verò non respondit ei quicquam. Et

Math. 7.

accedentes diſcipuli eius, rogabant illum
dicentes: Amitte illam, nã clamat poſt nos.
Luc.19. At ille reſpondens dixit: Non ſum miſſus,
niſi ad oues perditas domus Iſraëliticæ. Illa
verò venit & adorauit eum, dicens: Domine,
ſuccurre mihi. At ille reſpondens, dixit:
Nõ eſt honeſtum ſumere panem filiorum,
& obijcere catellis. Hæc autem reſpondit:
Certè Domine: etenim catelli edunt de micis,
quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.
Tunc reſpondẽs Ieſus, dixit illi: O mulier,
magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis.
Et ſanata fuit filia eius ex eo tempore.

Dominica. iij. Quadrageſimæ.

Collecta.

QVæſumus omnipotens Deus, vota humilium
reſpice, atque ad defenſionem
noſtram aduerſus omnes inimicos noſtros
dexteram tuæ Maieſtatis extẽde. Per Chriſtum
Dominum noſtrum. Amen.

Epiſtola. Epheſ. v.

SItis igitur imitatores Dei, tanquam filij
Marc.5. dilecti; & ambuletis in dilectione, quem-
Ioan.13. admodum & Chriſtus dilexit nos, & tradi-
Galat.3. dit ſemetipſum pro nobis oblationem &
victimam Deo, in odorem bonæ fragrãtiæ.

Cæterum scortatio, & omnis immunditia, aut auaritia, ne nominetur quidē inter vos, sicut decet sanctos: aut obscœnitas, aut stultiloquium, aut vrbanitas quæ non conueniunt, sed magis gratiarum actio. Nam hoc scitis, quod omnis scortator, aut immūdus, aut auarus, qui est simulachrorum cultor, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Ne quisquam vos decipiat inanibus sermonibus. Propter hæc enim venire solet ira Dei in filios inobedientes. Ne sitis igitur consortes illorum. Eratis quondam tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate, nam fructus spiritus situs est in omni bonitate, & iustitia & veritate, probantes quid sit acceptum Domino. Et ne commercium habueritis cum operibus infrugiferis tenebrarum, quin ea potius etiam arguite. Nam quæ secretò fiunt ab istis, turpe est vel dicere. Sed omnia dum produntur à luce, manifesta fiunt. Nam quicquid manifestum redditur, lumen est. Quapropter dicit: Expergiscere qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus.

Exod.23. Eccle.23. 1.Cor.6. Colos.3. 1.Thess.5. Esa. 60.

Euangelium. *Luc. xi.*

ET erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum: cumq; eiecisset dæmoniū, loquutus est mutus, & admiratæ sunt tur-

Marc.9. & 12.

Marc.3. bæ. Quidam autem ex eis dixerunt; Per Beelzebul principem dæmoniorum, eijcit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cœlo quærebāt ab eo. Ipse autem cùm sciret cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum aduersus seipsum diuisum, desolatur, & domus super domum cadit. Quòd si Satanas quoque aduersus seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis, per Beelzebul eijcere me dæmonia. Quod si ego Beelzebul præsidio eijcio dæmonia, filij vestri cuius præsidio eijciunt? Ideò ipsi iudices vestri erunt. Porrò si digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit ad vos regnum Dei. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Vbi verò fortior eo superueniens vicerit eū, vniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arentia, quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam atque ornatam: tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nocētiores ipso, & ingressi, habitant ibi: & fiunt extrema hominis illius, peiora primis. Factum est autem

Math.12. Colos.2.

autem cùm hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimo, beati qui audiunt sermonem Dei, & custodiunt illum.

Dominica. iiij. Quadragesimæ.

Collecta.

CОncede quæsumus omnipotens Deus, vt qui ex merito nostræ prauitatis affligimur, tuę gratiæ consolatione respiremus. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Epistola. Galat. iiij.

DIcite mihi qui sub lege vultis esse, legem ipsam non auditis? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habebat, vnum ex ancilla, & vnum ex libera. Verùm is qui ex ancilla natus est, secundum carnem natus est: qui verò ex libera, per repromissionem: quæ per allegoriam dicuntur. Nam hæc sunt duo testamenta, vnum quidem à monte Sina, in seruitutem generans, qui est Agar: nam Agar, Sina mons est in Arabia, confinis est autem ei, qui nunc vocatur Hierusalem: seruit autem cum filijs suis. At quæ sursum est Hieru-

Gen. 16.
Gen. 17.
Rom. 6.

Apoc.21. Hierusalem,libera est: quæ est mater omnium nostrûm. Scriptum est enim: Lætare sterilis quæ non paris: erúmpe & clama quæ non parturis: quoniã multi liberi desertæ, magis quàm eius quę habet virum. Nos autem fratres, secũdum Isaac promissionis filij sumus. Sed quemadmodum tunc is qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui natus erat secundum spiritum, ita & nunc. At quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium illius: nõ enim hæres erit filius ancillæ, cum filio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ.

Esa.54.

Gen.27.

Gen.21.

Euangelium. Ioannis. vi.

Matt.14. Marc. 6. Luc.9. POst hæc abijt Iesus trans mare Galilęæ, quod est Tiberiadis, & sequebatur eum turba multa, quia videbant eius signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subijt autem in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Instabat autem pascha, dies festus Iudæorum. Cùm sustulisset ergo oculos Iesus, & vidisset quod multa turba veniret ad se, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt edant isti? Hoc autem dicebat, tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiũt eis, vt vnusquisque pusillum quippiã accipiat.

Exod.12.

Dicit

Dicit ei vnus ex discipulis ipsius, Andreas, frater Simonis Petri: Est puer vnus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tam multos? 4.Reg.4. Dixit autem Iesus: Facite vt homines discumbant. Erat autem gramen multum in eo loco. Discubuerunt ergo viri numero fermè quinquies mille. Accepit autem panes Iesus: cúmque gratias egisset, distribuit discipulis, discipuli verò discumbentibus. Similiter & ex piscibus, quantum volebant. Vt autem impleti sunt, dicit discipulis suis: Colligite quæ superfuerunt fragmenta, ne quid pereat. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerant his qui comederant. Illi ergo homines cùm vidissent, quod Iesus fecerat signum, dicebant: Hic est verè Propheta ille, qui venturus est in mundum.

Dominica. v. Quadragesimæ.

Collecta.

POpulum tuum quæsumus Domine, benignè respice, vt tua magna bonitate dirigatur, & corpore ac animo conseruetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Epistola.

Epistola. Hebr. ix.

Heb.6.8. & 9. Esa.33. 2.Cor.5. CHristus accedens Pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculum non manufactum, hoc est, non huius structuræ, neq; per sanguinem hircorum ac vitulorum, sed per propriū sanguinem ingressus est semel in Sancta, æterna
1.Ioan.1. redemptione reperta. Nam si sanguis tau-
1.Pet.1. rorum & hircorum & cinis iuuencæ, asper-
Leuit.9. gens inquinatos, sanctificat ad carnis puri-
& 16. ficationem, quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum æternum seipsum obtulit
Ephes.1. immaculatum Deo, purgabit conscientiam
Colos.1. vestram à mortuarijs operibus, ad seruien-
2.Cor.5. dum Deo viuenti? Et ob id Noui testamen-
Rom.6.
2.Pet.4. ti conciliator est, vt morte intercedente, ad redemptionem earum præuaricationū, quæ fuerant sub priori Testamento, ij qui vocati sunt, promissionem accipiant æternæ hæreditatis.

Euangelium. Ioan. viij.

QVis ex vobis arguet me de peccato? Porrò si veritatem dico, quare vos
Ioan.10. non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba
1.Ioan.4. Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iu-
Ioan.4. dæi, & dixerunt ei: Nónne bene dicimus
Ioan.10. nos, quòd Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

habes? Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo, sed cohonesto Patrem meum, & vos ignominia affecistis me. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo illi Iudæi: Nunc cognouimus, quòd dæmonium habes. Abraham mortuus est & Prophetæ: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abrahã, qui mortuus est? Et Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum tu facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, Deum vestrum esse, & tamen nõ cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixero quòd non nouerim eum, ero similis vestri, mendax. Sed noui eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, & vidit, atque gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis, antequã Abraham nasceretur, ego sum. Tollebant ergo lapides, vt iacerẽt in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit è templo.

Ioan. 5. Math. 9. & 21. Marc. 3. Ioan. 7. Ioan. 5. Gen. 17. & 22. Hebr. 11.

Dominica

Dominica proxima Paſchæ.

Collecta.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorem noſtrum carnem aſſumere, & crucem ſubire feciſti, concede propitius, vt & patientiæ ipſius habere documenta, & reſurrectionis conſortia mereamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

Epiſtola. Philip. ij.

1.Pet.2. IS enim affectus ſit in vobis, qui fuit & in Chriſto Ieſu: qui cùm eſſet in forma Dei,
Pſalm.8. non rapinam arbitratus eſt, vt eſſet æqualis
Hebr.5. Deo, ſed ſemetipſum inaniuit, forma ſerui ſumpta, in ſimilitudine hominum conſtitutus, & figura repertus vt homo, humilem præbuit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.
Matt.28. Quapropter & Deus illum in ſummam ex-
Hebr.2. tulit ſublimitatem, ac donauit illi nomen, quod eſt ſupra omne nomen, vt in nomine
Eſa.45. Ieſu omne genu ſe flectat, cœleſtium, ac
Daniel.7. terreſtrium & infernorum: omníſq; lingua
Rom.14. confiteatur, quòd Dominus ſit Ieſus Chriſtus ad gloriam Dei Patris.

Euan-

Euangelium. Matth. xxvi.

ET factum est cùm consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quòd post biduum Pascha fit, & Filius hominis traditur, vt crucifigatur. Marc.14.
Tūc cōgregati sunt principes Sacerdotum, Luc.22.
& Scribæ, & seniores populi, in atrium Ioan.18.
principis sacerdotum, qui dicebatur Caiapha: & consilium inierunt, vt Iesum dolo caperent, & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne tumultus fiat in populo. Cùm autem Iesus esset in Bethania in Ioan.12.
domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum vnguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes: Ad quid perditio hæc! Potuit enim istud vnguentum venundari magno, & dari pauperibus. Eo autem cognito, Iesus ait illis: Quid molesti estis mulieri? Opus enim bonū operata est erga me. Nam semper pauperes habetis vobiscum, me verò non semper habetis. Deut.15.
Quòd enim hæc vnguentum hoc misit super corpus meum, ad sepeliēdum me fecit. Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mūdo, hoc quoque quod hæc fecit, narrabitur in memoriam ipsius. Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas

das Iſcariotes,ad principes ſacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam illum? At illi cōſtituerunt ei triginta argenteos. Et ex eo tempore quærebat oportunitatem, vt eum traderet. Cæterùm primo die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum,dicentes ei: Vbi vis paremus tibi ad edendum paſcha? At ille dixit. Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei. Magiſter dicit, Tempus meum prope eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha. Veſpere autem facto, diſcũbebat cum duodecim, & edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quòd vnus veſtrũ me

Ioan.15.

proditurus eſt. Et mœſti redditi vehementer, cœperunt ſinguli dicere ei: Num ego ſum Domine? At ipſe reſpondens,ait: Qui intinxit mecum manum in catino, hic me proditurus eſt. Filius quidem hominis vadit,ſicut ſcriptum eſt de illo. Væ autem homini illi per quem filius hominis proditur: bonum erat ei,ſi natus nō fuiſſet homo ille. Reſpōdens autem Iudas,qui tradidit eum, dixit: Nũ ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. Veſcentibus autem eis,accepit Ieſus panem,& cùm egiſſet gratias,fregit,dedítque diſcipulis,& ait: Accipite,comedite,hoc eſt corpus meum. Et accepto poculo, gratijs

Marc.14. Luc.22. 1.Cor.11.

actis

actis, dedit illis, dicens : Bibite ex hoc omnes : hic est enim sanguis meus, qui est noui testamen ti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, Non bibam posthac ex hoc fructu vitis, vsque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei. Et cùm hymnum cecinissent, exierunt in montem Oliuarum. Tũc dicit illis Iesus: Omnes vos offendiculum patiemini mea causa in nocte hac. Scriptum est enim: Percutiam pastorẽ, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes offendiculum passi fuerint tua causa, ego tamen nunquam offendiculum patiar. Ait illi Iesus : Amen dico tibi, quòd in hac nocte antequam Gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemane, & dixit discipulis : Sedete hîc, donec vadam & orem illîc. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit affici dolore & mœstitudine. Tunc ait illis Iesus : Mœsta est anima mea vsque ad mortem : manete hîc & vigilate mecum. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans, ac dicens :

Marc. 14. Luc. 21. Ioan. 18. Zach. 13. Act. 1. Ioan. 12. Luc. 22.

cens :

cens : Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte : veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Et venit ad diſcipulos, & reperit eos dormientes, & dicit Petro : Adeò nō potuiſtis vna hora vigilare mecum ? Vigilate & orate, vt ne intretis in tentationem.
Galat.5. Spiritus quidē promptus eſt, at caro infirma. Rurſus altera vice abijt, & orauit, dicens : Pater mi, ſi non poteſt hoc poculum tranſire à me, niſi bibam illud, fiat voluntas tua. Et venit, & reperit eos iterùm dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertiò, eundem ſermonem dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis : Dormite iam & requieſcite. Ecce appropinquat hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce appropinquauit,
Marc.14. qui me tradit. Adhuc eo loquēte, ecce Iu-
Luc.22. das, vnus de numero duodecim, venit, & cū
Ioan.18. eo turba multa, cū gladijs & fuſtibus, miſſi à principibus Sacerdotū & Senioribus populi. Is verò qui prodebat eum, dedit illis ſignum, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eum. Dixítque illi Ieſus : Amice, ad quid ades ? Tunc acceſſerūt, & manus iniecerunt in Ieſum, & ceperunt eum. Et ecce
vnus

vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus: Conuerte gladiũ tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quòd non possum nunc rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quòd sic oportet fieri? In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus ad cõprehendendũ me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me cepistis. Hoc autem totum factũ est, vt cõplerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi comprehensum Iesum, duxerunt ad Caiapham principem Sacerdotum, vbi Scribæ & Seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum procul, vsque ad atrium principis Sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, vt videret finẽ. Principes autem Sacerdotum & Seniores, & totum concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt morti eum traderent: & non inueniebant. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit, Possum destruere templum Dei,

Gen.9. Apoc.13. Ezech.11. Luc.24. Esa.35. Psal.21. Act.6. Ioan.2.

& in triduo ædificare illud. Et ſurgens princeps Sacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes? Cur iſti aduerſum te teſtimonium dicunt?
Luc. 22. Ieſus autem tacebat. Et reſpondens princeps Sacerdotum, ait illi: Adiuro te per Deum viuentem, vt dicas nobis, an tu ſis Chri-
Ioan. 6. ſtus filius Dei. Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti.
Act. 1. Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis, & venientem in nubibus cæli. Tunc princeps Sacerdotum diſcidit veſtimenta ſua, dicẽs: Proloquutus eſt blaſphemiam: quid inſuper egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam eius: quid vobis videtur? At illi reſpondentes, dixerũt: Reus eſt mor-
Leuit. 24. tis: Tunc expuerunt in faciem eius, & cola-
Eſa. 50. phis eum cæciderunt. Alij autem palmas in
Ioan. 18. faciem eius dederunt, dicentes: Vaticinare nobis Chriſte quis eſt qui te percuſſit? Petrus verò ſedebat foris in atrio, & acceſſit ad eum vna ancillula, dicens: Et tu cum Ieſu Galilæo eras. At ille negauit corã omnibus, dicens: Neſcio quid dicas. Cùm autem exiſſet in veſtibulum, vidit eum altera ancilla, & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Ieſu Nazareno. Et iterum negauit cum iureiurando: Nõ noui hominem. Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es, nam & loquela

tua te manifeſtum facit. Tunc cœpit execrari & iurare, quòd non noſſet hominem: & continuò Gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, qui dixerat ei: Prius quàm Gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amarè. Mane autem facto, conſilium inierunt omnes principes Sacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent. Et vinctum eum, adduxerunt & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. Tunc videns Iudas, qui eum prodiderat, quòd damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & ſenioribus, dicens: Peccaui, prodens ſanguinem innoxium. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia precium ſanguinis eſt. Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum: quapropter vocatus eſt ager ille, Ager ſanguinis, vſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt quod dictū eſt per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos precium æſtimati, quem æſtimatum emerunt à filijs Iſrael, & dederūt eos in agrum figuli, ſicut conſti-

Pſal. 2.
Act. 3.
2. Reg. 37.
Act. 1.
Iere. 32.
Zac. 11.

Marc.15. constituit mihi Dominus. Iesus autem ste-
Luc.23. tit ante Præsidem, & interrogauit eũ Præ-
Ioan.18. ses, dicens: Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Iesus: Tu dicis. Et cùm accusaretur à principibus Sacerdotum & Senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quàm multa aduersum te dicunt testimo-
Esa.53. nia? Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer. In festo autem consueuerat præses turbæ dimittere vnum vinctum quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas: congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Vtrum vultis dimittam vobis, Barabbã, an Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd propter inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi cum iusto illo: multa enim passa sum hodie in somnis propter eum. Principes autẽ sacerdotum & seniores persuaserũt turbis, vt peterent Barabbam, Iesum verò perderent. Respondens autem præses, ait illis: Vtrum vultis vobis è duobus dimittã? At illi dixerunt: Barabbam. Dixit illis Pilatus: Quid igitur faciam Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes: Crucifigatur. Præses autem ait: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: crucifigatur. Videns autem

tem Pilatus quòd nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, abluit manus coram populo, dicens: Innocẽs ego sum à sanguine huius iusti. vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit vt crucifigeretur. Tunc milites Præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & cùm exuissent eum, circumdederũt ei chlamydem coccinam, & coronam de spinis contextam, imposuerunt super caput eius, & arundinem in dexteram eius, & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et cùm expuissent in eum, acceperunt arũdinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis suis, & abduxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc adegerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est, Caluariæ locus. Et dederunt ei acetum bibere, cum felle mixtũ: & quum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: vt impleretur Matt. 27. Marc. 17. Ioan. 19.

quod dictum est per Prophetam: Diuiserũt
Psal.22. sibi vestimenta mea, & super vestimentum
meum miserunt sortem. Et sedentes, serua-
Luc.23. bant eum ibi. Et imposuerunt super caput
eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus
Esa.53. rex Iudæorum. Tunc crucifiguntur cum eo
duo latrones, vnus à dexteris, & alter à si-
nistris. Prætereuntes autem, conuitia iacie-
bant in eum, mouentes capita sua, & dicen-
tes: Tu ille qui destruebas templum, & in
triduo ædificabas, serua temetipsum: si fili-
us Dei es, descende de cruce. Similiter &
principes Sacerdotum illudentes, cum Scri-
bis & Senioribus, dicebant: Alios seruauit,
Sap.2. seipsum nõ potest seruare. Si Rex Israel est,
Psal.21.38. descendat nunc de cruce, & credemus ei.
& 69. Confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult
eum. Dixit enim, Filius Dei sum. Idipsum
autem & latrones qui crucifixi erant cũ eo,
exprobrabant ei. A sexta autem hora, tene-
bræ factæ sunt super vniuersam terram, vsq;
ad horam nonam: Et circa horam nonam,
Psal.22. clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli, eli,
lamasabachthani? hoc est, Deus meus, Deus
meus, cur deseruisti me? Quidam autem il-
lic stantium cùm audissent, dicebant: Heli-
Marc.15. am vocat iste. Et continuò currens vnus ex
Ioan.19. eis, cùm acceptam spongiam implesset a-
ceto, imposuit arundini, dabátque ei vt bi-
beret.

beret. Cæteri verò dicebāt: Sine, videamus an veniat Helias liberaturus eum. Iesus autem cùm iterum clamasset voce magna, emisit Spiritum. Et ecce velum Templi scissum est in duas partes, à summo vsque ad imum, & terra mota est, & petrę scissæ sunt: & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt: & egressi è monumentis, post resurrectionē eius, venerunt in Sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio verò & qui cū eo erant custodientes Iesum, viso terræ motu, & his quæ facta fuerant, timuerunt valdè, dicentes: Verè filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multæ è longinquo spectantes, quæ sequutæ fuerant Iesum à Galilæa, ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Iose mater, & mater filiorum Zebedæi. Luc. 23.

Feria. ij. ante Pascha.

Lectio Esaiæ Prophetæ. Cap. lxiij.

QVis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra: iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentū tuum, & vestimenta Apoc. 19.

tua

tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus, & de Gentibus non eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Circumſpexi, & non erat auxiliator: quæſiui & non fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. Miſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorũ domui Iſrael, quæ largitus eſt eis, ſecundum indulgentiam ſuam, & ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum. Et dixit: Veruntamen populus meus eſt filij non negantes: & factus eſt eis ſaluator. In omni tribulatione eorum non eſt tribulatus, & angelus faciei eius ſaluauit eos: in dilectione ſua, & in indulgentia ſua ipſe redemit eos, & portauit eos & eleuauit eos cunctis diebus ſeculi. Ipſi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerũt ſpiritum ſancti eius, & conuerſus eſt eis in inimicum, & ipſe debellauit eos.

eos. Et recordatus eſt dierum ſeculi Moyſi & populi ſui. Vbi eſt qui eduxit eos de mari cum paſtoribus gregis ſui? Vbi eſt qui poſuit in medio eius ſpiritum ſancti ſui? Qui eduxit ad dexteram Moyſen brachio maieſtatis ſuæ: qui ſcidit aquas ante eos, vt faceret ſibi nomẽ ſempiternum: qui eduxit eos per abyſſos, quaſi equum in deſerto non impingentem. Quaſi animal in campo deſcendens, ſpiritus Domini ductor eius fuit: ſic adduxiſti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. Attende de cælo, & vide de habitaculo ſancto tuo, & ſolio gloriæ tuæ. Vbi eſt zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum? Super me continuerunt ſe. Tu enim pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſraël ignorauit nos: Tu Domine pater noſter, redemptor noſter: à ſeculo nomen tuum. Quare errare nos feciſti Domine de vijs tuis, induraſti cor noſtrum, ne timeremus te? Conuertere propter ſeruos tuos, tribus hæreditatis tuæ. Quaſi nihilum poſſederunt populum ſanctum tuum: hoſtes noſtri conculcauerunt ſanctificationem tuam. Facti ſumus quaſi in principio, cùm non dominareris noſtri, neque inuocaretur nomen tuum ſuper nos.

Exod.14.

Deut.26.

Euange-

Euangelium. Marc. xiiij.

Matt.26. Luc.22. Ioan.11. ERat autem paſcha, & azymorum dies futuri poſt biduum. Et quærebāt ſummi Sacerdotes & Scribæ, quomodo eū per dolum comprehenſum occiderent. Dicebant autem: Non in die feſto, ne tumultus
Luc.7. Ioan.12. fiat populi. Et cùm eſſet Bethaniæ in domo Simônis leproſi, accumbente eo, venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi piſticæ præcioſæ, & comminuto alabaſtro, effudit illi in caput. Erant autem quidam qui indignarentur apud ſeſe, ac dicerent: Ad quid perditio hæc vnguenti? nam poterat hoc vendi pluris quàm trecentis denarijs, ac dari pauperibus: Et infremuerūt aduerſus illam. At Ieſus dixit: Sinite illam, cur illi moleſti eſtis? bonum opus operata eſt erga me. Semper enim pauperes habetis vobiſcum, & quandocunque volueritis, poteſtis illis benefacere: me verò nō ſemper habetis. Quod potuit, hæc fecit. Præuenit vt vngeret meum corpus ad ſepulturam. Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc in totum mundum, etiam hoc quod fecit hæc, dicetur in memoriam ipſius. Et Iudas Iſcariotes, vnus è duodecim abijt ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum illis. Quo audito, illi gauiſi ſunt, & polliciti ſunt ei pecuniam ſe daturos. Et quærebat

bat quomodo opportunè illum traderet. Ac primo die azymorum, cùm pascha immolarent, dicunt illi discipuli sui: Vbi vis vt abeamus & paremus, vt edas Pascha? Et emittit duos è discipulis suis, & dicit illis: Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo hydriam fictilem aquæ plenam baiulans, sequìmini illum: & quocunque ingressus fuerit, dicite patrifamiliâs: Magister dicit, Vbi est diuersorium, vbi pascha cũ discipulis meis edam? Et ille vobis ostendet triclinium magnum, stratum, paratum: illîc parate nobis. Et exierũt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & repererunt quemadmodum dixerat illis, parauerúntq; Pascha. Et cùm vespera iam esset, venit cum duodecim. Et cùm accumberent ederéntque, dixit Iesus: Amen dico vobis, vnus ex vobis proditurus est me, qui edit mecum. At illi cœperunt esse mœsti, ac dicere illi singulatim: Num ego? Et alius: Num ego? Ille verò respondens, dixit illis: Vnus è duodecim, qui intingit mecum in catinum. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: sed væ homini illi, per quem filius hominis proditur. Bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille. Et edentibus illis, sumpto Iesus pane, cùm benedixisset, fregit, & dedit illis, ac dixit: Sumite, comedite,

Matt.26. te, hoc eſt corpus meum. Et accepto pocu-
Luc.22. lo, cum gratias egiſſet, dedit illis. Et bibe-
1.Cor.11. runt ex eo omnes. Et dixit illis: Hic eſt ſan-
guis meus noui teſtamenti, qui pro multis
effunditur. Amen dico vobis, poſthac non
bibam de fructu vitis, vſque ad diem illum
cùm illud bibero nouum in regno Dei. Et
cùm hymnum dixiſſent, exierunt in monté
Oliuarum. Et dicit illis Ieſus: Omnes of-
fendiculum patiemini propter me in nocte
Zac.13. hac, quia ſcriptum eſt: Percutiam paſtorem,
Act.1. & diſpergentur oues. Sed poſteaquam re-
ſurrexero, præcedam vos in Galilæam. Pe-
trus autem dicit illi: Etiam ſi omnes offen-
diculum paſſi fuerint, at non ego. Et dicit
illi Ieſus: Amen dico tibi, quòd hodie in
nocte hac, prius quàm bis gallus cecinerit,
ter abnegabis me. At ille vehementius di-
cebat: Imò ſi me oportuerit commori tibi,
nõ te abnegabo. Similiter autem & omnes
Ioan.18. dicebant. Et veniunt in locum, cuius nomé
Gethſemani. Et dicit diſcipulis ſuis: Sedete
hîc, donec digreſſus orauero. Et aſſumit
Petrum & Iacobum, & Ioannem ſecum,
cœpítq; expaueſcere & angi. Et dicit illis:
Ioan.12. Dolore afficitur anima mea, vſque ad mor-
tem: manete hîc, & vigilate. Et progreſſus
paululum, proſtratus eſt in terram, & ora-
uit vt ſi poſſibile eſſet, tranſiret à ſe hora, &
dice-

dicebat: Abba pater, omnia poſſibilia ſunt tibi, aufer poculum à me hoc: Veruntamen non quid ego velim, ſed quid tu. Et venit, & offendit eos dormientes, dicítque Petro: Simon, dormis? non potuiſti vnam horam vigilare? Vigilate & orate, ne veniatis in tentationem. Spiritus quidẽ promptus, at caro infirma. Et rurſum digreſſus orabat, Galat.5.
& eundem dixit ſermonem. Et reuerſus, of- Mar.14.
fendit illos rurſum dormientes: erant enim oculi eorum grauati, neque ſciebant quid illi reſponderent. Et venit tertiò, dicítq; illis. Dormite poſthac & requieſcite: Sufficit. Venit hora, ecce traditur filius hominis in manus peccatorum. Surgite, eamus, Ecce qui prodit me, appropinquat. Et continuò, Luc.22.
adhuc eo loquente, accedit Iudas, qui erat Ioan.18.
vnus è duodecim, & cum illo turba multa cum gladijs & fuſtibus, à ſummis Sacerdotibus & Scribis & ſenioribus. Dederat autẽ is qui prodebat eum, commune ſignum illis dicens: Quemcunque oſculatus fuero, is eſt, comprehendite illum, & abducite cautè. Et cùm veniſſet, protinus accedit ad illum, dicítque ei: Rabbi, rabbi, ac deoſculatus eſt eum. Illi verò iniecerũt in illum manus ſuas, & comprehenderunt eum. Vnus autem quiſpiam adſtãtium educto gladio, percuſſit ſeruum ſummi Sacerdotis, & am-

putauit

putauit eius auriculam. Et respondens Iesus, dixit illis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs ac fustibus, ad comprehendendum me: quotidie erã apud vos in templo docens, & non comprehẽdistis me: Sed ista
Esa.53. fiunt, vt impleantur Scripturæ. Et relicto illo, omnes fugerunt. Et vnus quispiam adolescentulus sequebatur illum circumamictus sindone super nudum, & comprehenderunt illum adolescentuli. Ille verò relicta
Matt.26. sindone, nudus effugit ab illis. Et abduxe-
Luc.22. runt Iesum ad summum Sacerdotem. Et
Ioan.18. conueniunt cum illo omnes summi Sacerdotes & Seniores, & Scribæ. Et Petrus eminus sequebatur illum, donec venisset in atrium summi Sacerdotis: & erat sedens vnà cum ministris, & calefiebat ad lumen. Summi verò Sacerdotes & totum conciliũ quærebant aduersus Iesum testimoniũ, vt morti traderent eum, & non inueniebant. Nam multi falsum testimonium dixerant aduersus illum, nec erant satis idonea testimonia. Et quidam assurgebant & falsum testimonium ferebant aduersus illum, dicentes:
Ioan.2. Nos audiuimus eum dicentem: Ego diruam Templum hoc quod est manibus factum, & tribus diebus, aliud, sine manibus factum, extruam. Et ne sic quidẽ satis idonea erant testimonia illorũm. Et surgens summus

ſummus Sacerdos in medium, interrogabat Ieſum dicens: Non reſpondes quicquam? Quid iſti aduerſum te dicunt teſtimonia? At ille tacebat, neque quicquam reſpondebat. Rurſum ſummus Sacerdos interrogauit, & dicit illi: Tu es ille Chriſtus filius benedicti? Ieſus autem dixit: Ego ſum: & videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis, & venientem in nubibus cæli. Summus autem Sacerdos dilaceratis veſtibus ſuis, dixit: Quid prætereà opus habemus teſtibus? Audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? Illi verò omnes condemnauerunt eum eſſe reum mortis. Et cœperunt quidam conſpuere in eum, & obuelare faciem illius, & colaphis eum cædere, & dicere illi: Diuina. Ac miniſtri alapas illi impingebant. Et cùm eſſet Petrus in atrio inferius, venit vna ancillarum ſummi Sacerdotis: quúmq; vidiſſet Petrum calefacientem ſe, intuita illum dicit. Et tu cum Nazareno Ieſu fuiſti? At ille negauit, dicens: Non noui: neque ſcio quid dicas. Et exiuit foras in veſtibulum, & gallus cecinit. Et ancilla cùm vidiſſet eum, rurſum cœpit dicere his qui adſtabant: Hic ex illis eſt. At ille rurſum negabat. Ac paulo poſt iterum, qui adſtabant, dicebant Petro: Verè ex illis es, nam & Galilæus es, & loquela tua conue-

Matt.26. Luc.22. Ioan.6. Matt.26. 3.Reg.22. Iob.16.

nit. At ille cœpit execrari ac deierare: Non noui hominem istum, de quo dicitis. Et iterùm gallus cecinit. Recordatúsq; est Petrus verbi quod dixerat illi Iesus: Prius quàm gallus cecinerit bis, abnegabis me ter. cœpítq; flere.

Matt.26.

Feria tertia ante Pascha.

Lectio Esaiæ Prophetæ. Cap. l.

DOminus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellẽtibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus, ideò non sum confusus. Ideò posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis contradicet mihi? stemus simul. Quis est aduersarius meus? accedat ad me. Ecce Dominus Deus auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedit eos. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui, qui ambulauit in tenebris, & non est lumẽ ei? speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum. Ecce vos omnes accendentes ignem accincti

accinĉti flãmis: ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

Euangelium. Marc. xv.

ET confestim diluculo concilio inito, summi Sacerdotes cũ Senioribus & Scribis ac toto concessu, vinctum Iesum abduxerũt, tradiderúntq; Pilato. Et interrogauit eum Pilatus: Tu es ille rex Iudæorum? At ille respondens, dixit illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi Sacerdotes de multis. Pilatus autem rursus interrogauit illum, dicens: Non respõdes quicquam? ecce quàm multa aduersus te testãtur. Iesus autem deinde nihil respondit, adeò vt admiraretur Pilatus. Cæterùm in festo dimittebat illis vnum vinctum, quemcunque postulassent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cũ seditionis autoribus fuerat vinctus, qui per seditionem cædem patrauerat. Et quum acclamasset turba, cœpit flagitare, vt faceret quemadmodum semper fecerat ipsis. Pilatus autem respondit eis, dicens: Vultis dimittam vobis regem illum Iudæorum? Sciebat enim, quòd propter inuidiam tradidissent illum summi Sacerdotes. Summi verò Sacerdotes concitauerunt turbam, vt

Psal. 2.
Matt. 27.
Luc. 23.
Ioan. 18.

potiùs Barabbam dimitteret ipsis: Pilatus autem respondens rursum, ait illis: Quid igitur vultis faciam ei, quem dicitis regem Iudæorum? At illi rursum clamauerũt: Crucifige istum. Pilatus autem dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi vehementius clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus verò volens turbæ facere satis, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellatum, vt crucifigeretur. Milites autem abduxerunt eum intrò in atrium, quod est Prætorium, & conuocant totam cohortem, & induunt illum purpura, & circumponunt ei contextam spinis coronam, & cœperunt salutare illum: Aue rex Iudæorum. Et verberabant illius caput arundine: & inspuebant in illum: & positis genibus adorabant illum. Et cùm illusissent ei, exuerunt eum purpura, & induerunt illum vestibus proprijs: & educunt eum vt crucifigerent eum. Et coëgerunt prætereuntem quendam Simonem Sirenensem, qui veniebat ex agro, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. Et ducunt eum in Golgotha locum: quod est si interpreteris, Caluariæ locus. Et dederũt illi bibere myrrhatum vinum, sed ille non sumpsit. Cúmque crucifixissent eum, partiti sunt vestimenta eius, mittenteş sortem super illa, quis quid tolleret. Erat autẽ hora tertia,

Matt. 27. Luc. 23. Ioan. 19. Psalm. 22.

tertia,& crucifixerunt eum. Et erat inſcriptio cauſæ illius inſcripta:Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris,& alterum à ſiniſtris eius. Et impleta eſt ſcriptura quæ dicit: Et cum iniquis deputatus eſt. Et qui prætéribant,conuitiabantur illi, mouentes capita ſua, ac dicentes: Væ qui demoliris templum, & in tribus diebus extruis: ſerua teipſum, & deſcende de cruce. Similiter & ſummi Sacerdotes illudentes inter ſeſe cum Scribis, dicebant: Alios ſeruauit, ſeipſum ſeruare non poteſt. Chriſtus ille rex Iſrael deſcendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui crucifixi fuerant cum illo, probra iaciebant in eum. Cùm verò facta eſſet hora ſexta, tenebræ ortæ ſunt ſuper totam terram, vſque ad horam nonam. Et hora nona clamauit Ieſus voce magna, dicens: Eloi,eloi, lamaſabachthani? quod eſt,ſi quis interpretetur, Deus meus,Deus meus, cur me deſeruiſti? Et quidam adſtantium, cùm audiſſent, dicebant: Ecce Heliam vocat. Accurrit autē quidam, & impleta ſpongia aceto, impoſitáque arundini,porrexit illi potum,dicens: Sinite, videamus an venturus ſit Helias ad deponendum eum. Ieſus autem emiſſa voce magna, expirauit. Et velum Templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque ad imum.

Eſa. 55.

Pſal. 22.

mum. Cùm vidiſſet autem centurio, qui ad-
ſtabat ex aduerſo illi, quòd ſic emiſſo cla-
more expiraſſet, dixit: Verè homo hic, fili-
Ioan.19. us erat Dei. Erant autem & mulieres è lon-
ginquo ſpectantes, inter quas erat Maria
Magdalene, & Maria Iacobi parui, & Ioſe
Luc.8. mater, & Salome: quæ etiam cùm eſſet in
Galilæa, ſequutæ fuerant illum, & miniſtra-
uerant ei: aliæq; complures, quæ ſimul aſ-
cenderant cum eo Hieroſolymam. Et cùm
iam veniſſet veſpera, quoniam erat paraſce-
ue, quæ præcedit Sabbatum, venit Ioſeph
ortus ex ciuitate Arimathæa, honeſtus Se-
nator, qui & ipſe erat expectans regnum
Dei, & ſumpta audacia, ingreſſus eſt ad Pi-
latum, & petijt ab eo corpus Ieſu. Pilatus
autem admiratus eſt, ſi iam mortuus eſſet:
& accerſito ad ſe Centurione, interrogauit
illum, an iamdudum mortuus fuiſſet. Et re
cognita ex Centurione, donauit corpus ipſi
Ioſeph. Et is mercatus ſindonem, depoſitũ
eum, inuoluit ſindoni, depoſuítque in mo-
numento, quod erat exciſum è petra. Et
aduoluit lapidem ad oſtiũ monumenti. At
Math.27. Maria Magdalene, & Maria Ioſe, ſpecta-
bant vbi poneretur.

Feria

Feria iiij. ante Pascha.

Epistola. Hebr. ix.

SIquidem vbi testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris. Nam testamentum in mortuis ratum est, quandoquidem nondum valet, cùm viuit testator. Vnde ne prius quidem illud absq; sanguine dedicatũ fuit. Cùm enim Moses omne præceptum iuxta legem exposuisset omni populo, sumpto sanguine vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccina & hyssopo, simul & ipsum librum, & totum populum aspersit, dicens : Hic est sanguis testamenti, quod mandauit vobis Deus. Insuper autem & tabernaculum, & omnia vasa ministerij, sanguine cõsimiliter aspergebat. Et omnia ferè secundum legem, sanguine purificantur, & absque sanguinis effusione nõ fit remissio. Itaque necesse est, vt exemplaria quidẽ eorum quæ sunt in cælis, hisce rebus purificentur. Cæterùm ipsa cœlestia potioribus quàm hæ sint, victimis mundentur. Non enim in manufacta Sancta ingressus est Christus, exemplaria verorum, sed in ipsum cælum, vt appareat nunc in conspectu Dei pro nobis, nõ vt sæpius offerat semetipsum, quemadmodum põtifex ingreditur in Sancta singulis annis per sanguinem alienum.

Galat. 3.
Exod. 24.
Matt. 26.
Exod. 16.

mum. Cùm vidisset autem centurio, qui adstabat ex aduerso illi, quòd sic emisso clamore expirasset, dixit: Verè homo hic, fili-
Ioan.19. us erat Dei. Erant autem & mulieres è longinquo spectantes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi parui, & Iose
Luc.8. mater, & Salome: quæ etiam cùm esset in Galilæa, sequutæ fuerant illum, & ministrauerant ei: aliæq; complures, quæ simul ascenderant cum eo Hierosolymam. Et cùm iam venisset vespera, quoniam erat parasceue, quæ præcedit Sabbatum, venit Ioseph ortus ex ciuitate Arimathæa, honestus Senator, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & sumpta audacia, ingressus est ad Pilatum, & petijt ab eo corpus Iesu. Pilatu[s] autem admiratus est, si iam mortuus esset & accersito ad se Centurione, interrogau[it] illum, an iamdudum mortuus fuisset. Et [cum] cognita ex Centurione, donauit corpus i[psi] Ioseph. Et is mercatus sindonem, deposi[t] eum, inuoluit sindoni, deposuítque in m[o]numento, quod erat excisum è petra [&] aduoluit lapidem ad ostiũ monumenti.
Math.27. Maria Magdalene, & Maria Iose, spec[ta]bant vbi poneretur.

Feria iiij. ante Pascha.

Epistola. Hebr. ix.

SIquidem vbi testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris. Nam testamentum in mortuis ratum est, quandoquidem nondum valet, cùm viuit testator. Vnde ne prius quidem illud absq; sanguine dedicatũ fuit. Cùm enim Moses omne præceptum iuxta legem exposuisset omni populo, sumpto sanguine vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccina & hyssopo, simul & ipsum librum, & totum populum aspersit, dicens: Hic est sanguis testamenti, quod mandauit vobis Deus. Insuper autem & tabernaculum, & omnia vasa ministerij, sanguine cõsimiliter aspergebat. Et omnia ferè secundum legem, sanguine purificantur, & absque sanguinis effusione nõ fit remissio. Itaque necesse est, vt exemplaria quidẽ eorum quæ sunt in cælis, hisce rebus purificentur. Cæterùm ipsa cœlestia potioribus quàm hæ sint, victimis mundentur. Non enim in manufacta Sancta ingressus est Christus, exemplaria verorum, sed in ipsum cælum, vt appareat nunc in conspectu Dei pro nobis, nõ vt sæpius offerat semetipsum, quemadmodum põtifex ingreditur in Sancta singulis annis per sanguinem alienum.

Galat. 3.
Exod. 24.
Matt. 26.
Exod. 16.

num. Alioqui oportuiſſet illum ſæpius paſſum fuiſſe, à condito mundo. Nunc autem ſemel, ſub conſummationem ſeculorum, ad profligationem peccati, per immolationem ſuijpſius apparuit. Et quatenus illud manet homines vt ſemel moriantur, poſt hoc autem iudicium: ita & Chriſtus ſemel oblatus, vt multorum peccata tolleret, rurſus abſque peccato conſpicietur ijs, qui illum expectant in ſalutem.

Euangelium. Lucæ. xxij.

Exod.12. Math.26. Marc.14. Ioan.7. & 11. Ioan.12. & 13.

INſtabat autem dies feſtus azymorum, qui dicitur paſcha. Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ, quomodo eum interficerent, timebant enim plebem. Intrauit autem Satanas in Iudam, cui cognomẽ erat Iſcariotes, qui erat è numero duodecim. Abijtq;, & loquutus eſt cum principibus Sacerdotũ, ac magiſtratibus, quemadmodum illũ traderet eis. Et gauiſi ſunt, ac pacti ſunt pecuniã illi ſe daturos. Et ille ſpopondit: quærebátque oportunitatem, vt traderet illum illis ſine turba. Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat immolari paſcha. Et miſit Petrum ac Ioannẽ, dicens: Euntes parate nobis paſcha vt edamus. At illi dixerunt ei: Vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introëuntibus vobis in ciui-

ciuitatem, occurret homo, vas aquæ teſtaceum portãs, ſequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamiliâs ædiũ: Dicit tibi magiſter: Vbi eſt diuerſorium vbi paſcha cũ diſcipulis meis edam? Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratum: ibi parate. Euntes autem inuenerunt ſicut dixerat illis. & parauerunt Paſcha. Et cùm iam eſſet tempeſtiuum, accubuit, ac duodecim Apoſtoli cum eo. Et ait illis: Deſyderio deſyderaui hoc paſcha comedere vobiſcum ante quàm patiar. Dico enim vobis, poſthac non edam vltra ex eo, donec compleatur in regno Dei. Et accepto 1.Cor.5.
poculo, gratias egit ac dixit: Accipite hoc, Matt.26.
& diuidite inter vos. Dico enim vobis, Marc.14.
quod non bibam de fructu vitis, donec re- 1.Cor.11.
gnum Dei veniat. Et accepto pane, cũ gratias egiſſet, fregit, ac dedit eis, dicens: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in mei recordationem. Similiter Ioan.6.
& poculũ, poſtquam cœnauit, dicens: Hoc poculum nouum teſtamentum per ſanguinem meum, qui pro vobis effunditur. Veruntamen ecce manus prodentis me, mecũ eſt in menſa. Et filius quidem hominis ſecundum quod definitum eſt, vadit: verũtamen væ homini illi, per quem proditur. Et ipſi cœperunt quærere inter ſeſe, quiſnam

Matt.20. esset ex ipsis, qui hoc facturus esset: Facta est
Marc.9. autem & contentio inter eos, quis eorum
& 10. videretur esse maior. Dixit autem eis: Re-
Luc.9. ges gentium dominantur eis: & qui pote-
statem habent super eas, benefici vocantur.
1.Pet.5. Vos autem non sic: sed qui maior est in vo-
bis, fiat sicut iunior: & qui princeps est, sicut
qui ministrat. Nam vter maior est, qui ac-
cumbit, an qui ministrat? nónne qui ac-
cumbit? At ego in medio vestrûm sum,
vt qui ministrat. Vos autem estis, qui per-
mansistis mecum in tentationibus. Et ego
dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater
meus regnum, vt edatis & bibatis super
mensam meam in regno meo: & sedeatis
super thronos, iudicantes duodecim tribus
Matt.10. Israel. Ait autem Dominus: Simon, Si-
Apoc.3. mon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribra-
ret sicut triticum: sed ego rogaui pro te
ne deficiat fides tua: & tu aliquando con
uersus, confirma fratres tuos. At ille di
xit ei: Domine, tecum paratus sum & i
Matt.16. carcerem, & in mortem ire. At ille dixit
Marc.14. Dico tibi Petre, non canet hodie gallu
Ioan.13. priùs quàm ter abneges te nosse me. I
dixit eis. Quando misi vos sine sacculo
Matt.10. pera & calciamentis, num quid defuit v
Marc.6. bis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo e
Luc.9. Sed nunc qui habet sacculum, tollat, sir

li

liter & peram: & qui non habet, vendat
tunicam suam, & emat gladium. Dico e-
nim vobis, quoniam adhuc quod scriptum
est, oportet perfici in me: Et cum iniquis
deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, Esa.58
finem habent. At illi dixerunt: Domine,
ecce duo gladij hîc. At ille dixit eis: Satis
est. Et egressus ibat, vt erat solitus, in Matt.26.
montem Oliuarum: sequuti sunt autem
illum & discipuli. Et cùm peruenisset ad Ioan.18.
locum, dixit illis: Orate, ne intretis in ten- Matt.6.
tationem. Et ipse auulsus est ab eis fermè
ad iactum lapidis: positísque genibus ora-
bat: dicens: Pater, si vis, transfer pocu-
lum hoc à me. Veruntamen, non mea vo- Ioan.6.
luntas, sed tua fiat. Apparuit autem ei an-
gelus de cælo, corroborãs eum. Et correp-
tus angore, prolixius orabat. Et erat sudor
eius sicut guttæ sanguinis, decurrentes in
terram. Et cùm surrexisset à deprecatione,
venissétque ad discipulos suos, reperit eos
dormientes præ mœstitudine. Et ait illis:
Quid dormitis? Surgite & orate, ne intretis
in tentationem. Adhuc autem eo loquẽte, Matt.26.
ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus ẽ Marc.14.
duodecim, antecedebat eos, & appropin- Ioan.18.
quauit Iesu, vt oscularetur eum. Iesus autẽ
dixit illi: Iuda, osculo filiũ hominis prodis?
Videntes autem hi qui circa ipsum erant,
quod

quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, percutiemúsne gladio? Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dextram. Respondens autem Iesus, ait: Sinite hucusque. Et cùm tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes Sacerdotum ac magistratus templi & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs ac fustibus, quum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extēdistis manus in me: sed hæc est hora illa vestra, &
Ioan.18. potestas tenebrarum. Comprehensum autem eum duxerunt, & induxerunt in domū principis sacerdotum. Petrus verò sequebatur eminus. Cùm autē accendissent ignē
Matt.26. Marc.14. in medio aulæ, atque vnà consedissent, sedit & Petrus inter illos. Quem cùm vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, defixis in illum oculis, dixit: Et hic cum illo erat. At ille abnegauit eum, dicens: Mulier, non noui illum. Et post pusillum, alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait: Homo, nō sum. Et interuallo interiecto ferè horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus est: Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicas. Et continuò adhuc illo loquente, cecinit gallus. Et conuersus Dominus,
intuitus

intuitus est Petrum. Et recordatus est Petrus sermonis Domini, quomodo dixerat ipsi: Prius quàm gallus cecinerit, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amarè. Et viri qui tenebant Iesum, illudebāt ei, cædentes: & cùm circumtexissent eum, percutiebant faciem eius, & interrogauerunt eum, dicentes: Vaticinare: quis est ille qui te percussit? Et alia multa conuitiantes dicebant in eum. Atque vt illuxit, conuenerunt seniores plebis, & principes Sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Num tu es ille Christus? dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis: quòd si etiam interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc tempore erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait. Vos dicitis me esse. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.

Luc.22. Matt.26. Marc.14. Esa.50.

Feria. v. ante Pascha.

Epistola. i. Cor. xi.

ILlud tamen præcipiens, non laudo, quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Nam primùm quidem cùm conuenitis in

Ecclesia,

Ecclesia, audio dissidia in vobis esse, & a-
Matt.18. liqua ex parte credo. Oportet enim & se-
1.Ioan.2. ctas in vobis esse, quò qui probati sunt,
manifesti fiant inter vos. Igitur cùm con-
uenitis in eundem locum, non licet domi-
nicam cœnam edere, quòd vnusquisque
propriam cœnam occupat in edendo. Et
hic quidē esurit, ille verò ebrius est, Num
sanè domos non habetis ad edendū & bi-
bendum? An ecclesiam Dei contemnitis, &
Matt.26. pudefacitis eos qui non habent? Quid vo-
Marc.14. bis dicam? Laudabo vos? In hoc non lau-
Luc.22. do. Ego enim accepi à Domino, quod &
tradidi vobis, quòd Dominus Iesus, in ea
nocte qua traditus est, accepit panem: &
postquam gratias egisset, fregit ac dixit:
Accipite, edite: Hoc meū est corpus, quod
pro vobis frangitur, hoc facite in mei com-
memorationem. Ad eundem modum &
poculum, peracta cœna, dicens: Hoc po-
culum nouum testamētum est in meo san-
guine: hoc facite, quotiescunq; biberitis,
1.Pet.2. in mei commemorationem. Quotiescunq;
Act.1. enim comederitis panem hunc, & de po-
culo hoc biberitis, mortem Domini annū-
cietis, donec venerit. Itaque quisquis ede-
rit panem hunc, aut biberit de poculo Do-
mini huius indignè, reus erit corporis &
sanguinis Domini. Probet autem homo se-
ipsum,

ipſum, & ſic de pane illo edat, & de poculo 2.Cor.13.
illo bibat. Nam qui edit & bibit indignè,
iudicium ſibijpſi edit & bibit, non dijudi-
cans corpus Domini. Propter hoc inter vos
multi imbecilles & inualidi, & dormiunt
multi. Etenim ſi nos ipſos dijudicaſſemus, Eccl.18.
haud quaquam iudicati fuiſſemus. At cùm
iudicamur, à Domino corripimur, ne cum 3.Ioan.2.
mundo condemnemur. Itaque fratres mei,
cùm conuenitis ad comedendum, alius ali-
um expectate. Quòd ſi quis eſurit, domi e-
dat, ne ad condemnationem conueniatis.
Cætera verò, cùm venero, diſponam.

Euangelium. Luc.xxiij.

ET ſurgens vniuerſa multitudo eorum, Matt.27.
duxit illum ad Pilatum. Cœperunt au- Marc.15.
tem illum accuſare, dicentes: Hunc depre- Ioan.18.
hendimus euertentem gentem, ac vetan- Marc.14.
tem tributa dare Cæſari, dicentem ſe Chri-
ſtum regem eſſe. Pilatus autem interroga-
uit eum, dicens: Tu es ille rex Iudæorum?
At ille reſpondens illi, ait: Tu dicis. Ait au-
tem Pilatus ad principes Sacerdotum &
turbas: Nihil inuenio noxię in hoc homine.
At illi inualeſcebant, dicentes: Commouet
populum, docens per vniuerſam Iudæam,
exorſus à Galilæa, vſque ad hunc locum. Matt.4.
Pilatus autem audita mentione Galilææ,
interro-

Luc.5. interrogauit, num homo Galilæus esset. Et
& 18. vt cognouit quod ad Herodis ditioné pertineret, remisit eum ad Herodé, qui & ipse Hierosolymis erat per id tempus. Herodes autem, viso Iesu, gauisus est valdè. Tenebatur enim multo iam tempore cupiditate videndi illum, eò quòd audiret multa de eo,
Luc.9. & sperabat se signum aliquod visurum ab eo fieri. Interrogabat autem eũ multis sermonibus. At ipse nihil illi respódebat. Stabant autem principes Sacerdotum & Scribæ acriter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitibus suis: cúmq; illusisset indutum veste splendida, remisit
Act.4. ad Pilatum. Et facti sunt amici inter sese Pilatus & Herodes, in eodem die: nam anteà simultas inter eos intercesserat. Pilatus autem conuocatis principibus Sacerdotum, & magistratibus ac plebe, dixit ad illos:
Matt.27. Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auer-
Marc.15. tentem populum, & ecce, ego coram vobis
Ioan.18. interrogans, nullum crimen inuenio in homine isto, ex his de quibus accusatis eum: sed ne Herodes quidem: nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actũ
Ioan.19. est ei. Castigatum ergo illum dimittã. Necesse autem habebat dimittere eis in festo vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barab-

Barabbam: qui erat propter ſeditionē quādam factam in ciuitate & homicidium, cōiectus in carcerem. Iterum autem Pilatus loquutus eſt ad eos, volēs dimittere Ieſum. At illi clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fecit hic? Nullum crimen capitale comperio in eo: caſtigatum ergo dimittam illum. At illi inſtabant vocibus magnis, poſtulantes vt crucifigeretur: & inualeſcebant voces eorum, ac ſummorum Sacerdotum. Et Pilatus adiudicauit, vt fieret quod illi poſtulabant. Dimiſit autem illis eum, qui propter ſeditionem & homicidium coniectus fuerat in carcerem, quem popoſcerant, Ieſum verò tradidit arbitrio eorum. Et cùm abducerent eum apprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem, venientem è rure, & impoſuerunt illi crucem, vt portaret poſt Ieſum. Sequebatur autem illum multa turba populi ac mulierum, quæ & plangebant & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ieſus, dixit: Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vobiſipſis flete, & ſuper filijs veſtris: quoniā ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ ſteriles & ventres qui non genuerūt, & hubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite ſuper nos.

Act. 3. Matt. 27. Ioan. 19. Zach. 12. Ierem. 1. Oſe. 10.

Apoc.6. Et collibus: Operite nos. Quia si in humido
Esa.53. ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ducebātur autem & alij duo facinorosi cum eo, vt interficerentur. Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum, & facinorosos: vnum à dextris,
Act.7. alterum à sinistris. Iesus autem dicebat: Pater, remitte illis; nesciunt enim quid faciāt.
Psal.22. Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortem. Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios seruauit, seruet seipsum, si hic est ille
Math.27. Christus, ille Dei electus. Illudebant autem
Marc.15. ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, dicentésque: Si tu es ille rex Iudæorū,
Ioan.19. saluum te fac. Erat autem & inscriptio scripta super eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæorum. Vnus autem qui erant suspensi facinorosorum, conuitia dicebat in eum, dicens: Si tu es Christus, serua teipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicēs: Ne times quidem tu Deum, quod in eadem damnatione es? & nos quidem iustè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Erat autem ferè hora sexta, &

tene-

tenebræ factæ sunt super totam terram vsque ad horam nonã;& obscuratus est Sol; & velum Templi scissum est medium. Et cùm clamasset voce magna Iesus, ait: Pater, in manus tuas commendo Spiritũ meum. Et hæc cùm dixisset, expirauit. Cùm vidisset autem Centurio, quod accidit, glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo iustus erat. Et omnes turbæ eorum qui simul accesserant ad spectaculum illud, & viderant quę contingebant, percutiẽtes pectora sua, reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius procul, & mulieres quæ sequutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes. Et ecce vir nomine Ioseph decurio, qui erat vir bonus ac iustus, hic non consenserat consilio ac facto eorum, oriundus ab Arimathæa ciuitate Iudæorum, qui expectabat & ipse regnum Dei: hic accessit ad Pilatum, & postulauit corpus Iesu, & depositum inuoluit sindone, & posuit illud in monumento, quod erat in lapide excisum, in quo nondũ quisquam positus fuerat. Et dies erat Parasceue, & Sabbatũ illuscebat. Subsequutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderũt monumentũ, & quemadmodum positum erat corpus eius. Reuersæ verò, parauerunt & vnguenta; ac sabbato quidem quieuerunt secundum præceptum,

Psal. 30. Act. 4.

Ioan. 19.

Luc. 8.

Die Parasceues.

Collecta.

OMnipotens Deus, familiã tuam quæsumus benignè respice, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit tradi manibus nocentum, & crucis subire tormentum: Qui tecum viuit & regnat cum sancto Spiritu, in secula seculorum. Amen.

Alia Collecta.

OMnipotens æterne Deus, cuius spiritu vniuersum corpus ecclesiæ sanctificatur & regitur, exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes, & præsta, vt ab omnibus tibi dignè & laudabiliter seruiatur. Per Dominum nostrum Iesum, &c.

MIsericors Deus, creator omnium hominum, qui nihil odisti eorũ quæ condidisti, neque vis mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat, miserere Iudæorum, Turcarum, Infidelium & hæreticorum: aufer ab eis ignorantiam & duritiem cordis, & contemptum verbi tui, & reduc eos, misericors Domine, ad gregem tuum, vt seruentur inter reliquias veri Israëlis, vt fiat vnum ouile & vnus pastor Iesus Christus Dominus noster, qui viuit & regnat. &c.

Epiſtola. Hebr. x.

NAm lex vmbram obtinens futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum his hoſtijs, quas ſingulis annis eaſdem continenter offerunt, nunquam poteſt accedentes perfectos reddere. Alioqui nonne deſijſſent offerri? Propterea quod nullam iam habuiſſent conſcientiam peccatorum, qui ſacrificaſſent, ac ſemel purgati eſſent. Atqui in iſtis commemoratio fit peccatorum quotannis. Non enim poteſt ſanguis taurorum & hircorũ auferre peccata. Quapropter cùm ingreſſurus eſt mũdum, dicit: Sacrificium & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi, holocautomata & pro peccato non comprobaſti. Tunc dixi: Ecce adſum. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam. Superius cùm dicit: Sacrificium & oblationem & holocautomata, & pro peccato noluiſti, neque comprobaſti, quæ iuxta legem offeruntur. tunc dixit: Ecce adſum vt faciam Deus voluntatem tuam: tollit prius, vt poſterius ſtatuat: per quam voluntatem ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel peractam. Et omnis quidem ſacerdos adſiſtit quotidie, ſacra peragens, ac eaſdem ſæpius offerẽs hoſtias quæ nũquam poſſint auferre peccata.

Pſal. 39. Pſal. 39. Eſa. 50. Pſal. 1.

Hic verò vna pro peccatis oblata victima, perpetuò sedet ad dexteram Dei, id quod superest expectans, donec reddátur inimici
Psal.110. ipsius scabellum pedum eius. Vnica enim oblatione perfectos effecit in perpetuum, eos qui sanctificantur. Testificatur autem nobis & ipse Spiritus sanctus, nimirũ quum
Hier.13. prædixerit: Hoc est testamentum, quod cõdam erga illos, post dies illos, dicit Dominus, dans leges meas in corde illorum, & in mentibus illorum inscribam eas, & peccatorum atque iniquitatum illorum non recordabor amplius, Porrò vbi horum est remissio, non est amplius oblatio pro pecca-
Ioan.10. to. Cùm igitur fratres, habeamus libertaté
& 14. adeundi in sancta per sanguiné Iesu, ea via
Rom.5. quam dedicauit nobis recentem ac viuen-
Hebr.9. tem, per velamentum, hoc est per carnem suam, cúmque habeamus sacerdotem mag-
Exod.14. num præfectum domui Dei, accedamus
1.Pet.1. cum vero corde in certitudine fidei, aspersi cordibus, ac depulsa conscientia magna mala, & abluti corpore aqua pura, teneamus confessionem spei, non vacillantem: fidelis enim qui promisit: & consideremus nos inuicem, in hoc, vt prouocemus ad charitatem & bona opera, non deserentes aggregationem nostri mutuam, sicuti mos est nonnullis; sed adhortantes inuicem,

ídque

ídque hoc magis, quod videtis appropinquantem diem. Rom.15.

Euangelium. Ioan. xviij.

HÆc cùm dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrẽtem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Nouerat autem & Iudas, qui prodebat eum, locum, quia frequenter Iesus conuẽnerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cùm accepisset cohortẽ, & à pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis ac facibus & armis. Iesus itaq; sciens omnia quæ ventura erant super se, processit, ac dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ergo ei: Iesum Nazarenũ. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autẽ & Iudas qui prodebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, quod ego sum. Si ergo me quæritis, finite hos abire. Vt compleretur sermo quem dixerat: Ex ijs quos dedisti mihi, non perdidi quemquam. Simon ergo Petrus, cùm haberet gladium, eduxit eum, & percussit pótificis seruum, & abscidit auriculam eius dextram. Erat autẽ nomen seruo Malchus.

Matt.26. Marc.14. Luc.22. Ioan.17.

Dicit ergo Iesus Petro: Immitte gladium tuum in vaginam. An non bibam poculum
Matt.26. quod dedit mihi Pater? Cohors igitur &
Marc.14. tribunus ac ministri Iudæorum, comprehẽ-
Luc.22. derunt Iesum, & ligauerunt eum, & abduxerunt eum ad Annam primùm: erat enim
Ioan.11. socer Caiaphę, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiaphas is, qui consilium dederat Iudæis, quòd expediret vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostiũ foris. Exiuit ergo discipulus ille alter, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Num & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: non sum. Stabant autem serui & ministri, qui prunas congesserant, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se. Pontifex er-
Ioan.7. go interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina ipsius. Respondit ei Iesus: Ego palàm loquutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quid loquutus

ſum ipſis : Ecce hi ſciunt, quæ dixerim e-
go. Hæc autem cùm dixiſſet : vnus aſſi- Ierem.30.
ſtens miniſtrorum, dedit alapam Ieſu, di- Matt.26.
cens: Siccine reſpondes pontifici? Reſpon- Act.23.
dit ei Ieſus : Si malè loquutus ſum, teſtifi-
care de malo : ſin bene, cur me cædis? Et
miſit eum Annas vinctum ad Caiapham
pontificem. Stabat autem Simon Petrus
& calefaciebat ſe. Dixerunt ergo ei : Num
& tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille, & Marc.14. Luc.22.
dixit : Non ſum. Dicit ei vnus ex ſeruis
pontificis cognatus eius, cuius abſciderat
Petrus auriculam : Nónne ego te vidi in
horto cum illo? Iterum ergo negauit Pe-
trus. Et ſtatim gallus cecinit. Ducunt er- Ioan.13.
go Ieſum à Caiapha in prætorium. Erat
autem manè, & ipſi non introierunt in præ-
torium, ne contaminarentur; ſed vt ede-
rent paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos fo-
ras, & dixit : Quam accuſationem affertis
aduerſus hominem hunc? Reſponderunt
& dixerunt ei : Si non eſſet hic nocens,
haudquaquam tibi tradidiſſemus eum. Di-
cit ergo eis Pilatus : Accipite eum vos, &
ſecundum legem veſtram iudicate eum.
Dixerunt ergo ei Iudæi : Nobis non licet Ioan.12.
interficere quenquam : vt ſermo Ieſu im-
pleretur, quem dixit, ſignificans qua mor-
te eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum

in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, &
Marc.14. dixit ei: Tu es ille rex Iudæorum? Respōdit
Luc.23. Iesus: A temetipso tu hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Num ego Iudæus sum? Gens tua & Pontifices,
Ioan.6. tradiderūt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est ex hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent ne traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum nō est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respōdit Iesus: Tu dicis, quod rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium feram veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est Veritas? Et
Matt.27. Marc.15. Luc.3. cùm hoc dixisset, iterum prodijt ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha: vultísne ergo dimittam vobis illum regem Iudæorum? Clamauerunt rursum omnes, dicētes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

Cap.19. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronā de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circundederunt eum, ac dicebāt: Aue rex Iudæorum. Et dabant ei alapas.

a Exiuit

Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis quòd nullam in eo cauſam inuenio. Exiuit ergo Ieſus foras, geſtãs ſpineam coronam, & purpureum palliũ. Et dicit eis: Ecce homo. Cùm ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri, clamabant, dicentes. Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite, ego enim non inuenio in eo cauſam. Reſponderunt ei Iudæi. Nos legem habemus, & ſecundum legem noſtrã debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt prætorium iterum, & dicit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? neſcis quòd poteſtatem habeam crucifigendi te, & poteſtatem habeam abſoluendi te? Reſpondit Ieſus: Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet è ſupernis. Proptereà qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. Et ex eò quærebat Pilatus abſoluere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc abſolueris, non es amicus Cæſaris. Quicumque ſe regem facit, cõtradicit Cæſari. Pilatus autem cùm audiſſet hunc ſermonem, produxit foras Ieſum: ſeditque pro tribunali in loco qui dicitur Lithoſtro-

Leuit.24.
Ioan.3.
Sap.6.
Ioan.3.
Rom.13.
Act.17.

thoſtrotos, Hæbraicè autem Gabbatha. Erat autem paraſceue Paſchæ, hora fermè ſexta, & dicit Iudæis: Ecce rex veſter. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem veſtrum cru-

Gen.47. cifigam? Reſponderunt pontifices: Non

Hoſe.1. habemus regem, niſi Cæſarem. Tunc ergo tradidit eũ illis, vt crucifigeretur. Acceperunt autem Ieſum, & abduxerunt, atque is baiulans crucem ſuam, exiuit in eum, qui

Heb.13. dicitur Caluaria, locum, Hebraicè autem Golgotha, vbi crucifixerunt eum, & cum eo, alios duos, hinc & hinc, medium autem Ieſum. Scripſit autem & titulum Pilatus, &

Matt.27. poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum,

Marc.15. Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc er-

Luc.23. go titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hebraicè, & Græcè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli ſcribere, Rex Iudæorum: ſed quòd ille dixerit, Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi. Milites ergò cùm crucifixiſſent Ieſum, acceperunt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, à ſummo contexta per totum. Dixerunt ergo inter ſe: Ne ſcindamus eam,

ſed

sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicens : Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius Maria Cleopæ, & Maria Magdalene. Cùm vidisset ergo Iesus matrem, ac discipulum adstantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Posteà sciens Iesus, quod omnia iam consummata essent, vt consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas igitur erat positum aceto plenum. Illi verò impleuerunt spongiam aceto & Hyssopo, & impositam admouerunt ori eius. Cùm ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est: & inclinato capite, tradidit spiritum. Iudæi ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, ac tollerentur. Venerunt ergo milites, primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cùm venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius

Psal. 22. Marc. 15. Ioan. 19. Psal. 68. Math. 27. Luc. 24.

crura;

crura: sed vnus militum lancea latus eius
Zach.15. fodit,& continuò exiuit sanguis & aqua. Et
qui vidit, testimonium perhibuit, & verum
est testimonium eius. Et ille scit quòd vera
dicit, vt & vos credatis. Facta sunt enim
hæc, vt scriptura impleretur. Os non com-
Exod.12. minuetis ex eo. Et rursus alia scriptura di-
Zach.12. cit: Videbunt in quem pupugerunt. Post
hæc autem rogauit Pilatum Ioseph Arima-
thiensis,qui erat discipulus Iesu, sed occul-
tus, propter metum Iudæorum, vt tolleret
Ioan.3. corpus Iesu:idq; permisit Pilatus.Venit au-
tem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum
nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ &
aloës,ad libras fermè centum. Acceperunt
ergò corpus Iesu, & obuinxerunt illud lin-
teis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis
sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus
est, hortus, & in horto monumentum no-
uum, in quo nondum quisquam positus e-
rat: ibi ergo propter parasceuem Iudæo-
rum, quod in propinquo esset monumen-
tum, posuerunt Iesum.

Vigilia Paschæ.

Epistola. 1. Petr. iij.

Matt.5. PRæstat enim, vt bene agentes (si ita ve-
1.Pet.2. lit Dei volũtas) malis afficiamini, quàm
malè

malè faciẽtes. Quandoquidem & Christus
semel pro peccatis passus fuit, iustus pro in- 1.Pet.1.
iustis, vt nos adduceret Deo, mortificatus
quidem carne, sed viuificatus spiritu: in quo
etiam abijt, & spiritibus, qui erant in car- 1.Pet.4.
cere, prædicauit, qui inobedientes fuerant Gen.6.
quondam cùm semel expectabatur Dei le- Matt.27.
nitas in diebus Noe, cùm apparabatur ar- Luc.17.
ca, in qua paucæ, hoc est, octo animæ ser-
uatæ fuerunt per aquam: cuius figuræ nunc Rom.6.
respondens baptismus, nos quoque saluos
reddit: quò non carnis sordes abijciuntur,
sed quò fit, vt bona cõscientia bene respõ-
deat apud Deum, per resurrectionem Iesu
Christi, qui est ad dexteram Dei, profectus
in cælum, subiectis sibi angelis & potesta-
tibus, ac virtutibus.

Euangelium. Matth. xxvij.

CVm autem vespera facta esset, venit ho- Marc.15.
mo diues ab Arimathæa, nomine Io- Luc.23.
seph, qui & ipse discipulus erat Iesu: hic ac- Ioan.19.
cessit ad Pilatum, ac postulauit corpus Iesu.
Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et cùm ac-
cepisset corpus Ioseph, inuoluit illud sindo-
ne munda, posuitque illud in monumento
suo nouo, quod exciderat in petra, & aduo-
luto saxo ingenti ad ostium monumenti, a-
bijt. Erat autem ibi Maria Magdalene, &

altera Maria, ſedentes contra ſepulchrum. Poſtera autem die quæ ſequitur paraſceuē, conuenerunt principes ſacerdotum & Phariſæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati ſumus, quod impoſtor ille dixit adhuc
Marc.15. viuēs: Poſt tres dies, reſurgo. iube ergo mu-
Luc.23. niri ſepulchrum vſque in diem tertium, ne
Ioan.19. quando veniant diſcipuli eius, & furentur eum, dicántque plebi: Surrexit à mortuis: & erit nouiſſimus error peior illo priore. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam. Ite, munite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum obſignato lapide, adhibitis cuſtodibus.

Die Paſchæ.

Ad Matutinas, loco Pſal. Venite exultemus Domino, Antiphonæ ſequentes cantabuntur, aut dicentur.

CHriſtus reſurgens à morte, iam nō amplius moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus eſt, ſemel mortuus propter abolitionē peccati. Quod autem viuit, viuit Deo. Ita exiſtimate voſipſos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo, Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Nunc

NVnc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ eorum qui dormierunt. Postquam enim per hominem mors, etiam per hominem resurrectio mortuorum. Quemadmodum enim omnes per Adam moriuntur, ita per Christum omnes viuificabuntur.

Collecta.

DEus, qui per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum, deuicta morte, reserasti: vota nostra quæ præueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. Per eundem Iesum Christum Dominum nostrum, qui, &c.

Epistola. Coloss. iij.

ITaque, si resurrexistis vnà cum Christo, superna quærite, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens. Superna curate, non terrestria. Siquidem emortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quandocũque Christus manifestatus fuerit, vita nostra, tunc & vos cum illo manifestabimini in gloria. Mortificate igitur membra vestra terrestria, stuprum, immundiciam, molliciem, concupiscentiam malã, & auaritiam, quæ est simulachrorum cultus: ob quæ venire solet ira Dei in filios intracta-

1.Pet.1. Phil.3. 1.Ioan.3. 2.Cor.6. Ephes.5. Deut.27. Gen.6. & 19. 1.Cor.10. Ephes.2.

tractabiles, inter quos ambulabatis quondam, cùm viueretis in his.

Euangelium. Iohan. xx.

Matt.28. Marc.16. Luc.14. VNo verò die Sabbatorum Maria Magdalene venit manè, cùm adhuc tenebræ essent, ad monumentum, vidétq; lapidem sublatum à monumento. Currit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum discipulum, quem amabat Iesus, & dicit illis: Sustulerunt Dominum è Ioan.13. & 19.21. monumento, & nescimus vbi posuerint eum. Exijt ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, venítq; prior ad monumentum. Et cùm se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus, sequens eum, & introiuit in monumentum: & videt linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille alius discipulus, qui venerat prior ad monumentum, vidítque & credidit. Nondum enim nouerant scripturam, quod oportuisset eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo rursus discipuli ad semetipsos.

Feria

Feria ij. poſt Paſcha.

Collecta.

DEus qui per vnigenitum. &c.
Vt ſupra in die Paſchæ.

Epiſtola. Act. x.

APeriens autem Petrus os, dixit : Reipſa comperio, quòd nõ ſit perſonarum reſpectus apud Deum, ſed in quauis gente, qui timet ipſum, & operatur iuſtitiã, is acceptus eſt illi. Sermonem quem miſit Deus filijs Iſrael, annuntians pacem per Ieſum Chriſtum (hic eſt omnium Dominus) ipſi noſtis, de quo ſermone fama diuulgatum fuit in tota Iudæa, rumore primùm orto à Galilæa, poſt baptiſma quod prædicabat Ioannes, vt Ieſum Nazarenum vnxerit Deus Spiritu ſancto, & virtute, qui obambulauit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos teſtes ſumus omnium quæ fecit & in regione Iudæorum, & Hieroſolymis, quem occiderunt ſuſpenſum in ligno. Hunc Deus ſuſcitauit tertio die, & exhibuit eum, vt manifeſtus fieret non toti populo, ſed teſtibus prius ad hoc delectis à Deo, nimirum nobis, qui comedimus ac bibimus vnà cum illo, poſteà quàm

Rom.2. Epheſ.6. Coloſ.3. Marc.4. Eſa.61.

Matt.28. resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis, vt prædicaremus populo, ac testificaremur quòd ipse sit ille, qui constitutus erat à Deo
Esa.42. iudex viuorum ac mortuorũ. Huic omnes
& 53. prophetę testimonium ferunt, quòd remis-
Ierem.30. sionem peccatorum accepturus sit per no-
Dan.9. men eius, quisquis crediderit in eum.

Euangelium. Luc. xxiiij.

Marc.16. ET ecce duo, ex illis ibant eodem die in castellum, quod aberat spatio stadiorum sexaginta ab Hierosolymis, nomine Emaus: & ipsi confabulabantur inter se de
Matt.28. his omnibus quæ acciderant. Et factum est dum confabularentur ac disputarent, & ipse Iesus appropinquans ibat vnà cum illis. Cæterùm oculi illorum tenebãtur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis inter vos ambulantes, & estis tristes? Ac respondens vnus, cui nomen Cleopas, dixit ei: tu solus peregrinus es Hierosolymis, neque cognouisti quæ facta sunt illic his diebus? Quibus
Marc.21. ille dixit: Quæ? Et dixerunt ei: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens opere & sermone coram Deo & toto populo: & quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri in condemnationẽ mortis, & crucifixerunt eum.

Nos

Nos autem ſperabamus eum eſſe illum, qui redempturus eſſet Iſrael. Atqui ſuper hæc omnia tertius dies eſt hodie, quòd hæc facta ſunt. Sed & mulieres quædam ex nobis attonitos reddidere nos, quæ diluculo peruenerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes, ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe, qui dicerent eum viuere. Et abierunt quidam eorum, qui erant nobiſcum ad monumẽtum, & ita repererũt ſicut mulieres dixerant, ipſum verò nõ viderunt. Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ loquuti ſunt Prophetæ: Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & intrare in gloriam ſuam? Et exorſus à Moſe, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello quò ibant, & ipſe præ ſe ferebat ſe longius ire. Et coëgerũt illum, dicentes: Mane nobiſcum, quoniam vergit ad veſperam, & inclinatus eſt dies. Et intrauit vt maneret cum illis. Et factum eſt dum accumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & agnouerunt eum, & ipſe ſubduxit ſeſe à conſpectu eorum. Et dixerunt inter ſe: Nónne cor noſtrum ardebat in nobis, dũ loqueretur no-

Luc.24. Ioan.20.

Eſa.50. & 53.

Gen.19. Luc.14.

Marc.16.

bis in via, & aperiret nobis Scripturas? Et ſurgentes eadem hora, regreſſi ſunt Hieroſolyma, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, dicentes: Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Et illi narrabant quæ geſta erant in via: & quomodo fuiſſet agnitus ipſis ex fractione panis.

Feria. iij. poſt Paſcha.

Collecta.

OMnipotens pater, qui dediſti filium tuum, vt pro peccatis noſtris moreretur, & pro iuſtitia noſtra reſurgeret, præſta, vt abiecto fermento malitiæ & nequitiæ, in puritate fidei & vitæ, tibi perpetuò ſeruiamus. Per Dominum noſtrum. &c.

Epiſtola. Act. xiij.

Matt.10. VIri fratres, filij generis Abrahæ, & qui inter vos timent Deum, vobis ſermo
1.Cor.2. ſalutis huius miſſus eſt. Qui enim habitabant Hieroſolymis, & principes eorũ, cùm ignorarent illum, & voces prophetarum quæ per omne Sabbatum leguntur, con-
Luc.23. demnato eo, impleuerunt: nulláque cauſa mortis inuenta, petierunt à Pilato, vt interfice-

ficerent illum. Cúmque consummassent omnia, quæ de eo scripta erant, depositum de ligno, posuerunt in monumento. Deus autem suscitauit eum à mortuis, qui visus est per dies multos his, qui simul ascenderant cum eo à Galilæa Hierosolymam, qui sunt testes eius apud plebem. Et nos vobis annuntiamus, quòd eam repromissionem quæ ad patres facta est, Deus adimpleuerit filijs illorum, nimirum nobis, resuscitato Iesu, sicut & in Psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quòd autem suscitauit eum à mortuis, iam non amplius reuersurum in corruptionem, ita dixit: Dabo vobis sancta Dauid fidelia. Ideò & aliàs dicit: Non permittes vt sanctus tuus videat corruptionem. Nam Dauid quidem cum suæ ætati inseruisset, consilio Dei dormiuit: & appositus est ad patres suos, vidítque corruptionem. At is quem Deus suscitauit, non vidit corruptionem. Notum igitur sit vobis viri fratres, quod per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur, & ab omnibus, à quibus non potuistis per legem Mosi iustificari, per hunc omnis qui credit, iustificatur. Videte ergo ne superueniat vobis quod dictum est in prophetis: Videte contemptores, & admiramini, &

Ioan.20. & 21. Matt.20. Act.1.
Psal.2. Hebr.1.
Esa.55.
Psal.15.
3.Reg.2.
Abac.1.

euanescite, quia opus operor ego in diebus vestris, quod non credetis, si quis enarrauerit vobis.

Euangelium. Luc. xxiiij.

Ioan.10. STetit Iesus ipse in medio discipulorum, & dicit eis: Pax vobis. Expauefacti verò & conterriti, existimabant se spiritum videre, & dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cordibus vestris? Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cùm hæc dixisset, ostendit eis manus ac pedes. Adhuc autem illis non credentibus, præ gaudio & mirantibus, dixit illis: Habetis hîc aliquid edulij?
Ioan.21. At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & aliquid de fauo apiario. Et accepit, & in conspectũ illorũ comedit. Et dixit ad eos: Hæc
Matt.16. sunt verba, quæ loquutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum: quòd necesse foret impleri omnia quę scripta sunt in lege Mosi, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illorum mentem, vt intelligerent scrip-
Act.17. turas, & dixit eis: Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die: & prædicari nomine eius pœnitentiam, ac remissionem peccatorũ in omnes

omnes gentes, initio facto ab Hierosoly- Mich.4.
mis. Vos autem estis testes horum.

Dominica j. post Pascha.

Collecta.

DEus qui per vnigenitum.&c.
Vt supra in die Pascha.

Epistola. i. Iohn. v.

OMne quod natum est ex Deo, vincit Ioan.16.
mundum: & hæc est victoria quæ vicit 1.Cor.15.
mũdũ, fides nostra. Quis est qui vincit mũdũ, nisi qui credit quòd Iesus est filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinẽ Iesus Christus: non per aquam solùm, sed per aquam & sanguinem. Et Spiritus est qui testificatur, quoniã Spiritus est veritas. Quo- Matt.3.
niam tres sunt qui testimoniũ dant in cælo, & 17.
Pater, Sermo, & Spiritus sanctus, & hi tres Ioan.1.
vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium & 12.
dant in terra: Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimoniũ Dei maius est: Ioan.5.
quoniam hoc est testimonium Dei, quo testificatus est de filio suo. Qui credit in filium Dei, habet testimonium in seipso. Qui Ioan.3.
non credit Deo, mendacem fecit eum: quia Rom.8.
non credit in testimonium, quod testifica- Galat.4.

tus

tus eſt Deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium, quòd vitam æternã dedit nobis Deus, & hæc vita in filio eius. Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium Dei, vitam non habet.

Ioan.1.

Euangelium. Ioan. xx.

Luc.24.

CVm ergo veſpera eſſet die illo, qui erat vnus Sabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Ieſus, ſtetítque in medio, & dicit eis: Pax vobis. Et cùm hæc dixiſſet, oſtendit eis manus ac latus ſuum. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, viſo Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit me Pater, ita & ego mitto vos. Hæc quum dixiſſet, flauit in eos, & dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum. Quorumcunque remiſeritis peccata, remittuntur eis: quorumcunque retinueritis, retenta ſunt.

Dominica ij. poſt Paſcha.

Collecta.

OMnipotens Deus, qui dediſti nobis filium tuum vt eſſet & ſacrificium pro peccato, & exemplum nouæ & æternæ vitæ, da vt gratis mentibus hoc ineſtimabile beneficium agnoſcamus, & exempla vitæ

ipſius

ipſius ſanctiſſimæ, perpetuò imitari ſtudeamus. Per eundem Chriſtum. &c.

Epiſtola. i. Pet. ij.

NAm hæc eſt gratia, ſi quis propter conſcientiam Dei ſuffert moleſtias, præter meritum affectus malis. Quæ enim eſt laus, ſi cùm peccantes alapis cædimini, ſufferetis? At ſi cùm benefacitis, & tamen malis afficimini, ſuffertis. Hæc enim eſt gratia apud Deum. Siquidem in hoc vocati eſtis, quoniam & Chriſtus afflictus eſt pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt inſequeremini veſtigia ipſius qui peccatum non fecerat, nec inuentus eſt dolus in ore illius: qui cùm maledictis inceſſeretur, non regeſſit maledicta: cùm malis afficeretur, non minabatur, ſed tradidit vindictam ei, qui iudicat iuſtè, qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignū, quò peccatis mortui, iuſtitiæ viueremus: cuius eiuſdem vibice ſanati fuiſtis. Nam eratis velut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem, & curatorem animarum veſtrarum.

Matt.5. 1.Pet.3. Ioan.13. Phil.2. Matt.27. Ioan.8. Eſa.53. 1.Ioan.3. Eſa.53. Ezech.24. Luc.15.

Euangelium. Ioan. x.

DIxit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego ſum paſtor ille bonus. Bonus paſtor, animam ſuam dat pro ouibus. Mercenarius autē, & qui

Ezech.34 Mich.5. 1.Ioan.3.

qui non eſt paſtor, cuius nõ ſunt oues pro-
priæ, videt lupum venientem, ac deſerit o-
ues, fugítque, & lupus rapit ac diſpergit o-
ues. Mercenarius autem fugit, quia merce-
2.Tim.2. narius eſt, & oues non ſunt illi curæ. Ego
Matt.11. ſum paſtor ille bonus,& cognoſco oues me-
Luc.10. as, & cognoſcor à meis. Sicut nouit me pa-
ter, ita & ego noui patrem, & animam me-
Marc.10. am pono pro ouibus. Et alias oues habeo,
quæ non ſunt ex hoc ouili: illas quoque o-
portet me adducere, & vocem meam audi-
ent: & fiet vnum ouile, & vnus paſtor.

Dominica iij. poſt Paſcha.

Collecta.

DEus, qui errantibus vt in viam poſſint redire, iuſtitiæ veritatis tuæ lumen oſtendis, da cũctis qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, & illa reſpuere quæ huic inimica ſunt nomini, & ea quæ ſunt apta ſectari. Per Ieſum Chriſtum Dominum.&c.

Epiſtola. i. Pet. ij.

Rom.13. DIlecti, obſecro tãquam aduenas ac pe-
Galat.5. regrinos, abſtinete à carnalibus cõcu-
piſcentijs, quæ militant aduerſus animam:
Matt.5. & conuerſationem veſtram habete hone-
1.Pet.3. ſtam inter gentes: vt in hoc quod obtrectãt
vobis

vobis quasi maleficis, ex bonis operibus æstimantes vos, glorificent Deum in die visitationis. Proinde subditi estote cuiuis Rom.13.
humanæ creaturæ propter Dominum : siue Tit.3.
regi tanquam præcellenti, siue præsidibus, vt qui per eum mittantur : ad vindictã quidem nocentium, laudem verò rectè agentium. Quoniam sic est voluntas Dei, vt bene faciendo obturetis os hominibus stultis & ignorantibus: tanquam liberi, & non veluti prætextum habentes malitiæ libertatẽ, sed tanquam serui Dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorate.

Euangelium. Ioannis. xvi.

DIxit Iesus discipulis suis: Pusillum & nõ Ioan.7.
videtis me : & iterum pusillum & videbitis me, quia ego vado ad Patrem. Dixerunt ergo quidã ex discipulis eius inter se. Quid est hoc quod dicit nobis : Pusillum & non videtis me. & rursus, pusillum & videbitis me, & quia ego vado ad patrem ? Dicebant ergo : Quid est hoc, quod dicit pusillum? Nescimus quid loquatur. Cognouit autem Iesus, quòd vellent ipsum interrogare, & dixit eis : De hoc quæritis inter vos, quod dixi : Pusillum & non videtis me, & iterum pusillum & videbitis me. Amen a-

men

men dico vobis, plorabitis & lamentabimini vos, mundus côtrà gaudebit. Vos autem mœrore afficiemini: sed mœror vester vertetur in gaudium. Mulier cùm parit, dolorem habet, quia venit hora eius: cùm autem pepererit puerum, iam non meminit anxietatis, propterea quod gaudeat hominem esse natum in mundo. Et vos igitur nunc quidē mœrorem habetis: sed iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Ioan.20. Esa.20.

Dominica iiij. post Pascha.

Collecta.

DEus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis, da populo tuo id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis, vt inter mundanas varietates, ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Per Christum Dominum nostrum.

Epistola. Iacobi. i.

Prou.2. OMnis donatio bona, & omne donum
Ioan.3. perfectum, è supernis est, descendens à
patre luminū, apud quem nó est trāsmuta-
Ioan.1. tio, aut conuersionis obumbratio. Is desti-
1.Cor.4. nata voluntate progenuit nos sermone veritatis, vt essemus primitiæ quædam suarū creaturarum. Itaque fratres mei dilecti, sit omnis

omnis homo velox ad audiendum, tardus Prou.17.
ad loquendum, tardus ad iram. Nā ira viri, Ecclef.5.
iuſtitiā Dei non efficit. Quapropter depoſi-
ta omni immunditia, & redūdātia malitiæ,
cum māſuetudine recipite inſitū ſermonē,
qui poteſt ſaluas reddere animas veſtras.

Euangelium. Ioannis. xvi.

Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nunc autem vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me. quò vadam. Sed quia hęc loquutus ſum vobis, mœſtitudo impleuit cor veſtrum. Sed ego veritatē dico vobis, expedit vobis vt ego vadā. Si enim non abiero, Conſolator ille non veniet ad vos. Sin autem abiero, mittam eum ad vos. Et Ioan.14.
cùm venerit ille, arguet mundum de pecca- & 15.
to, & de iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidē, quia non credunt in me. De iuſtitia Ioan.21.
verò, quia ad Patrem vado, & poſthac non videtis me. De iudicio autē, quia princeps huius mūdi iam iudicatus eſt. Ad hæc multa habeo quæ vobis dicam, ſed nō poteſtis portare nunc. Cùm autem venerit ille, qui Ioan.14.
eſt Spiritus Veritatis, ducet vos in omnem Ioan.12.
veritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audierit, loquetur: & quæ futura ſunt, annuntiabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet,

Matt.11. & annuntiabit vobis. Omnia quæcunque
Luc.10. habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi vo-
Ioan.3. bis, quòd de meo accipiet, & annuntiabit
vobis.

Dominica. v. poſt Paſcha.

Collecta.

DEus, à quo bona cuncta procedũt, largire ſupplicibus tuis, vt cogitemus te inſpirante, quæ vera ſunt, & te gubernãte, eadem faciamus. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Epiſtola. Iacobi. i.

Rom.2. SItis autem effectores ſermonis, & non
auditores tantum, fallẽtes voſmetipſos.
Luc.6. Quoniam ſi quis audiat ſermonem, nec eũ
factis exprimat, hic ſimilis eſt viro conſide-
ranti faciem natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Cõ-
ſiderauit enim ſeipſum, & abijt, & cõtinuò
Matt.5. oblitus eſt qualis eſſet. At qui proſpexerit
in legem perfectam, quæ eſt libertatis, &
permanſerit, hic cùm non ſit auditor obli-
uioſus, ſed effector operis, beatus facto ſuo
erit. Si quis videtur religioſus eſſe inter vos,
1.Pet.3. qui non frænat linguam ſuam, ſed aberrare
Luc.3. ſinit cor ſuum, huius vana eſt religio. Reli-
gio pura & immaculata apud Deum & Pa-
trem,

trem, hæc eſt: Inuiſere orphanos & viduas 1.Ioan.2.
in afflictione ſua, immaculatum ſeipſum
ſeruare à mundo.

Euangelium. Ioan. xvi.

AMen amen dico vobis, quæcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Hactenus non petiſtis quicquam, in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit perfectum. Hæc per prouerbia loquutus ſum vobis. Veniet tempus, cùm iam non per prouerbia loquar vobis, ſed palàm de Patre meo annuntiabo vobis. In illo die, in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quòd ego rogaturus ſim patrem pro vobis. Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quòd à Deo exiuerim. Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nunc apertè loqueris, nec prouerbium vllum dicis. Nunc ſcimus, quòd ſcis omnia, nec opus eſt tibi, vt quis te interroget. Per hoc credimus, quòd à Deo exiſti. Reſpondit eis Ieſus: Nunc creditis. Ecce inſtat tẽpus, & iam venit, vt diſpergamini vnuſquiſque in ſua, méq; ſolum relinquatis, & tamen non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt. Hæc loquutus ſum vobis, vt in me pacẽ habea-

Matt.13. Marc.4. Ioan.10. Ioan.21. Zach.3. Matt.26. Marc.14.

tis. In mundo afflictionem habetis: ſed bono animo ſitis, ego vici mundum.

Die Aſcenſionis Domini.

Collecta.

COncede quæſumus omnipotens Deus, vt qui vnigenitum tuum, redẽptorem noſtrum, ad cælos aſcendiſſe credimus, ipſi quoq; mente illuc aſcendamus, & cum illo in cęleſtibus perpetuò habitemus. Per eundem Dominum noſtrum. &c.

Epiſtola. Act. i.

SVperiore quidem volumine diximus Theophile, de omnibus quæ cœpit Ieſus tum facere, tum docere, ad eum vſque
Ioan.20. diem; quo poſtquàm impartitus in hoc ip-
Ioan.15. ſum ſpiritum ſanctum, mandata dediſſet, quos delegerat, apoſtolis, ſurſum aſſumptus eſt : quibus etiam ſeipſum exhibuerat viuentem, poſteaquàm ſupplicio fuiſſet affectus : ídque compluribus argumentis, dum
Ioan.20. per dies quadraginta conſpicitur ab illis,
& 21. ac loquitur eis de regno Dei. Et congregãs
Luc.24. illos in idem loci, præcepit eis ne diſcederent Hieroſolymis, ſed vt expectarent promiſſum Patris: de quo, inquit, audiſtis ex
Ioan.14. me : quoniã Ioannes baptizauit quidem aqua,

qua, vos autem baptizabimini Spiritu ſan- Act.1.
cto, pòſt dies hoſce non multos. Illi igitur Matt.3.
vbi conueniſſent, percontabantur illum,
dicentes: Domine, num in tempore hoc Matt.24.
reſtituis regnum Iſraeli? Dixit autem ad il-
los: Non eſt veſtrûm noſſe tempora & arti-
culos temporum, quos Pater in ſua ipſius
conſtituit poteſtate: ſed accipietis virtu-
tem, poſteaquàm Spiritus ſanctus aduene-
rit ſuper vos, & eritis mihi teſtes, non ſolùm
Hieroſolymis, verùm etiam in vniuerſa Iu- Act.2.
dæa, Samariáque, denique vſque ad extre-
ma terræ. Atque hæc loquutus, videntibus Eſa.2.
ijſdem, in altum ſublatus eſt, & nubes ſub-
duxit illum ab oculis eorum. Cúmq; eſſent
defixis in cælum oculis, eunte illo, ecce viri
duo adſtiterunt illis, amicti veſtibus albis,
qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis in-
tuentes in cœlum? Hic Ieſus qui aſſumptus
eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmo-
dum vidiſtis eum euntem in cælum.

Euangelium. Marc. xvi.

APparuit Ieſus vndecim, & exprobra- Luc.24.
uit illis incredulitatem ſuam, & cordis
duritiem, quòd his qui ipſum vidiſſent re-
ſuſcitatum, non credidiſſent. Et dicebat Matt.28.
eis: Ite in mundum vniuerſum, & prædi- Ioan.20.
cate Euangelium omni creaturæ. Qui cre-

diderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui
verò non crediderit, condemnabitur. Por-
rò signa eos qui crediderint, hæc subsequē-
tor.5. tur: Per nomen meum dæmonia eijcient,
tor.2. linguis loquentur nouis, serpentes tollent:
c.10. & si quid lethale biberint, non nocebit
eis: super ægrotos manus imponent, & be-
ctor.28. nè habebunt. Itaque Dominus quidem
ctor.14. postquam loquutus fuisset eis, receptus est
28. in cælum, & consedit à dextris Dei. Illi ve-
uc.24. ctor.1. rò egressi, prædicauerunt vbique Domino
:7. cooperante, & sermonem confirmante per
signa subsequentia.

Dominica post Ascension.

Collecta.

DEus rex gloriæ, qui filium tuum vnigenitum Iesum Christum cum ingenti triumpho in cœleste tuum regnum exaltasti: petimus ne relinquas nos orphanos, sed mitte nobis spiritum sanctum paracletum, qui nos consoletur, & vt nos euehat ad illam gloriam, ad quam Dominus & seruator noster Iesus Christus prior ascendit. Qui tecum viuit. &c.

Epistola. i. Petr. iiij.

.Pet.3. RErum omnium finis imminet. Sitis igi-
.Ioan.2. tur sobrij, & vigilantes ad orandum.
Matt.24. Ante

Ante omnia verò charitatem inter vos vehementem habentes. Nam charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales estote erga vos inuicem, sine murmurationibus. Vt quisq; accepit donum, ita alius in alium illud ministrantes, vt boni dispensatores variæ gratiæ Dei. Si quis loquitur, loquatur vt eloquia Dei. Si quis ministrat, ministret tanquam ex virtute, quam suppeditat Deus: vt in omnibus glorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium, in secula seculorum. Amen.

Prou.1 Heb.13 2.Cor.8 Prou.3. Ierem.2. Rom.12.

Euangelium. Ioan. xv. xvi.

CVm autem venerit paracletus, quem ego mitto vobis à Patre, spiritus veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Quin & vos testes estis, quia ab initio mecum estis. Hæc loquutus sum vobis, vt ne quid offendamini. Alienos à synagogis facient vos. Sed veniet tempus, vt quisquis interficiet vos, videatur cultũ præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem neque me. Sed hæc loquutus sum vobis, vt cùm venerit tempus illud, reminiscamini eorũ, quod ego dixerim vobis.

Ioan.14. & 16. Actor.2. Matt.10. & 24. Luc.21. Ioan.15. 1.Cor.2.

Die Pentecoſtes.

Collecta.

DEus qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti, da nobis eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper ſancta conſolatione gaudere: Per merita Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Epiſtola. Act. ij.

eut.16. ET quum cōplerentur dies Pentecoſtes,
euit.6. erant omnes vnanimiter in eodem loco: & factus eſt repentè de cælo ſonitus, tanquàm impetu venientis flatus vehemētis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes. Et viſæ ſunt illis diſſectæ linguæ
an.7. velut igneæ, ſederúntque ſuper ſingulos
ct.4. eorum, ac repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, cœperúntque loqui alijs linguis, prout ſpiritus ille dabat eloqui illis. Erant autem Hieroſolymis habitātes Iudæi, viri religioſi, ex omni natione earum quæ ſub cælo ſunt. Is rumor cùm increbuiſſet, conuenit multitudo, & confuſa eſt, quòd audiret vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes. Stupebant autem omnes, ac mirabantur, dicētes inter ſeſe. Nónne ecce omnes iſti qui loquun-

quuntur Galilæi ſunt? Et quomodo nos audimus eos ſua quiſq; lingua in qua nati ſumus: Parthi & Medi, & Elamitæ, & habitatores Meſopotamiæ, Iudæęq; & Cappadociæ, Ponti & Aſiæ, Phrygiæ, & Pamphyliæ, Ægypti & partiũ Lybiæ, eius, quæ eſt finitima Cyrenæ, & aduenæ Romani, Iudæique & Proſelyti, Cretes & Arabes, audiuimus eos loquẽtes noſtris linguis, magnifica Dei.

Euangelium. Ioan. xiiij.

DIxit Ieſus diſcipulis ſuis: Si diligitis me, præcepta mea ſeruate. Et ego rogabo patrem, & alium conſolatorem dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere: quia non videt eum, nec nouit eum. Vos autem cognoſcitis eum, quia apud vos manet, & in vobis erit. Nõ relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc puſillum, & mundus me iam non videt, vos autẽ videtis me. Quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis, quòd ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet præcepta mea, & ſeruat eã, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & aperiam ei meipſum. Dicit ei Iudas, non ille Iſcariotes: Domine, quid factum eſt,

Pſal. 45. Matt. 28. Ioan. 20. & 21. Ioan. 15. 1. Ioan. 5. Act. 15.

est, quod manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit Iesus & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum,
an.3.7. & ad eum veniemus, & mansionem apud
2.&14. eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermo quem auditis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Hæc loquutus sum vobis, apud
tor.2. vos manens. Paracletus autem ille, qui est
Tim.2. Spiritus sanctus, quem spiritum mittet Pa-
an.16. ter nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixi vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Ne turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quòd ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique quòd dixerim, Vado ad patrem, quia Pater maior me est.
n.13. Et nunc dixi vobis, prius quàm fiat, vt
6. quum factum fuerit, credatis. Posthac
n.12. non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus quòd diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

Feria ij. poſt Pentecoſt.

Collecta.

DEus qui corda fidelium. &c.

Vt ſupra in die Pentecoſtes.

Epiſtola. Actor. x.

APeriens autem Petrus os, dixit: Re ipſa Rom.2.
comperio, quòd non ſit perſonarum Epheſ.6.
reſpectus apud Deum, ſed in quauis gente Coloſ.3.
qui timet ipſum, & operatur iuſtitiam, is Eſa.36.
acceptus eſt illi. Sermonẽ quem miſit Deus filijs Iſrael, annuntians pacem per Ieſum Chriſtum, hic eſt omnium Dominus. Ipſi noſtis de quo ſermone fama diuulgatũ
fuit in tota Iudæa, rumore primùm orto à Matt.4.
Galilæa, poſt baptiſma quod predicabat
Ioannes, vt Ieſum Nazarenum vnxerit De- Eſa.61.
us Spiritu ſancto & virtute, qui obambulauit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos teſtes ſumus omnium quæ fecit & in regione Iudæorum & Hieroſolymis, quem occiderunt ſuſpenſum in ligno. Hunc Deus ſuſcitauit tertio die, & exhibuit eum, vt manifeſtus fieret non toti populo, ſed teſtibus prius ad hoc delectis à Deo, nimirum nobis, qui comedimus ac bibimus vnà cũ illo, poſtea quàm reſurrexit à mortuis.

Luc. 24. tuis. Et præcepit nobis, vt prædicaremus
Ioan. 21. populo, ac testificaremur quòd ipse sit ille, qui constitutus erat à Deo iudex viuorum
Esa. 42. & 53. Ierem. 50. Dan. 9. ac mortuorũ. Huic omnes prophetæ testimonium ferunt, quòd remissioné peccatorũ accepturus sit per nomen eius, quisquis crediderit in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant sermoné. Et obstupuerunt hi qui ex circuncisorum genere credebant, quotquot venerant cũ Petro, quòd & in gentes donum Spiritus sancti effusum
Actor. 8. esset. Audiebãt enim illos loquẽtes linguis, ac magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus: Num quis prohibere potest, quo minus aqua baptizentur hi, qui Spiritum Sanctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Domini. Tunc rogauerunt eum, vt remanèret aliquot dies.

Euangelium. Ioan. iij.

Rom. 5. 1. Ioan. 4. Marc. 16. Luc. 19. SIc Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum vt condemnet mundũ, sed vt seruetur mundus per eum. Qui credit in eum, non condemnatur. Qui verò non credit iam condemnatus est, quia non credidit in nomen

nomen vnigeniti Filij Dei. Hæc est autem condemnatio, quod lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui mala agit, odit lucem, nec venit ad lucem, ne arguantur opera ipsius. Qui autem operatur veritatem, venit ad lucem, vt cóspicua fiant facta ipsius, quòd per Deum sint facta. Ioan.1. & 12. Ephes.5.

Feria iij. post Pentecost.

Collecta.

DEus qui corda fidelium. &c.
Vt supra in die Pentecostes.

Epistola. Actor. viij.

CVm autem audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quòd recepisset Samaria sermonem Dei, miserunt ad eos Petrum ac Ioannem: qui cùm descendissent, orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantùm erant in nomine Christi Iesu. Tunc imponebant manus super illos, accipiebántque Spiritum Sanctum.

Euange-

Euangelium. Ioan. x.

AMen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ſtabulũ ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, & latro. Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cùm proprias oues emiſerit, ante eas vadit, & oues illum ſequuntur, quia nouerunt vocem eius. Alienum autem non ſequétur, ſed effugient ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Ieſus, illi autem non cognouerunt quæ eſſent quæ loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Ieſus: Amen amen dico vobis, ego ſum oſtium ouium. Omnes quotquot ante me venerunt, fures ſunt & latrones, ſed non audierunt eos oues. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſeruabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Fur non venit niſi vt furetur & mactet, ac perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

Ioan. 8. Prou. 37. Ioan. 14.

Dominica Trinitatis.

Collecta.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti nobis famulis tuis gratiam in cõfeſſione

ſeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia Maieſtatis adorare vnitatem, quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Qui viuis & regnas Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Epiſtola. Apoc. iiij.

POſt hæc vidi, & ecce oſtium apertum in cælo, & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens: Aſcende huc, & oſtendam tibi quæ oportet fieri poſt hæc. Et ſtatim fui in ſpiritu. Et ecce ſedes poſita erat in cælo, & ſupra ſedem ſedens. Et qui ſedebat, ſimilis erat aſpectu lapidi iaſpidi, & ſardio: & iris erat in circuitu ſedis, ſimilis aſpectu ſmaragdino. Et in circuitu ſedis, ſedilia viginti quatuor, Daniel. 7. & ſuper thronos vidi viginti quatuor ſeniores ſedentes, circumamictos ſtolis albis, & Apoc. 20. habebant in capitibus ſuis coronas aureas. Et de throno procedebant fulgura, & tonitrua, & voces, & ſeptem lampades ignis ardentes ante thronum, quæ ſunt ſeptem ſpiritus Dei. Et in conſpectu ſedis, tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo: & in medio ſedis, & in circuitu ſedis, quatuor animalia, plena oculis antè & retrò. Et animal primum ſimile Leoni, & ſecundum animal ſimile

mile vitulo, & tertium habens faciem velut homo, & quartũ animal, ſimile aquilæ volanti. Et quatuor animalia ſingula eorum habebãt alas ſenas in circuitu, & intus plena erant oculis. Et requiem non habebant
Eſa.6. die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sãctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. Et cùm darent illa animalia gloriam & honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum, procidunt viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorant viuentẽ in ſecula ſeculorũ, & abijciunt coronas ſuas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine, accipere gloriã, & honorem, & virtutẽ: quia tu creaſti omnia, & propter voluntatẽ tuã ſunt, & creata ſunt.

Euangelium. Ioan. iij.

Ioan.7. & 19. ERat autem homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcimus quòd à Deo veneris magiſter.
Ioan.9. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Amen amen dico tibi, niſi quis natus fuerit è ſupernis, non poteſt videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo poteſt homo naſci, cùm ſit

ſenex?

ſenex? Num poteſt in ventrem matris ſuæ iterùm introire,ac naſci? Reſpondit Ieſus: Amen amen dico tibi,niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu,nõ poteſt introire in regnũ Dei. Quod natum eſt ex carne,caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu,ſpiritus eſt. Ne mireris quòd dixi tibi: oportet vos naſci è ſupernis. Spiritus vbi vult ſpirat, & vocẽ eius audis, ſed neſcis vnde veniat, & quo vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt è Spiritu. Reſpõdit Nicodemus & dixit ei: Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Tu es ille magiſter Iſraëlis, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi,quod ſcimus,loquimur, & quod vidimus, teſtamur: & teſtimonium noſtrũ non accipitis. Si terrena dixi vobis,& nõ creditis, quomodo ſi dixero vobis cæleſtia,credituri ſitis? Et nemo aſcendit in cælũ, niſi qui deſcẽdit è cælo, Filius hominis,qui eſt in cælo. Et ſicut Moſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto, ita exaltari oportet Filiũ hominis: vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitã æternam.

Ioan.4. & 7. Tit.3. Rom.8. Eccle.11. Num.21. Ioan.8. & 12.

Dominica j. poſt Trinitat.

Collecta.

DEus, in te ſperantium fortitudo, adeſto propitius inuocationibus noſtris, &

& quia nihil ſine te poteſt mortalis infirmitas, præſta auxilium gratiæ tuæ, vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi & actione placeamus. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Epiſtola. i. Ioan. iiij.

CHariſſimi diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quòd filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus
Ioan.3. per eum. In hoc eſt charitas, non quòd
Rom.5. nos dilexerimus Deum, ſed quòd ipſe dilexerit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus nos mu-
Exod.33. tuò diligere. Deum nemo vidit vnquam.
Deut.4. Si diligamus nos inuicẽ, Deus in nobis ma-
Ioan.1.
1.Tim.6. net, & charitas eius eſt perfecta in nobis. Ex hoc cognoſcimus, in eo nos manere, & ipſum in nobis, quòd de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus & teſtamur, quòd
Ioan.6. pater miſit filiũ ſeruatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit, quòd Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos cognouimus & credidimus charitatẽ,
quam

quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quòd sicut ille est, & nos sumus in mundo hoc. Timor nôn est in charitate, sed perfecta charitas foras eijcit timorem, quoniam timor cruciatum habet. Qui autē timet, non est perfectus in charitate. Nos diligimus eum, quoniā ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit: Diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem vidit, Deum quem non vidit, quomodo potest diligere? Et hoc præceptum habemus ab eo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

1.Ioan.2.
Leuit.10.
Ioan.13.

Euangelium. *Luc. xvi.*

HOmo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Erat autē quidā mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuā eius hulcerosus, cupiens saturari de micis, quæ cadebāt de mensa diuitis. Sed & canes veniebant, ac lingebant hulcera eius. Accidit autē vt moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & Diues, ac sepultus est. Atque in tartaro, sublatis oculis suis, cùm esset in

tormentis, videt Abraham eminus, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam, quia cruciог in flamma hac. Dixit autem Abraham: Fili, recordare quòd receperis bona tua in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic solatio fruitur, tu verò cruciaris. Et super hæc omnia inter nos & vos hiatus ingens firmatus est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque istinc huc transcendere. Ait autem: Rogo ergo te Pater, vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testificetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum cruciatus. Ait illi Abraham: Habent Mosen ac Prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, resipiscent. Ait autem illi: Si Mosen & Prophetas non audiũt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Gala.6.

Dominica ij. post Trinitat.

Collecta.

SAncti nominis tui Domine, timorẽ pariter & amorem, fac nos habere perpetuum, quia nunquã tua gubernatione destituis,

stituis, quos semel in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Epistola. i. Ioan. iij.

NE miremini fratres mei, si odit vos mundus. Nos scimus, quòd translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit fratrem, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis, quòd omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Per hoc cognouimus charitatem, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui verò habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, ne diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Per hoc cognoscimus, quòd ex veritate sumus, & in cõspectu eius suadebimus cordibus nostris. Quoniam si condẽnet nos cor nostrũ, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrũ non condẽnet nos, fiduciam habemus erga Deum: & quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniã præcepta eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est præceptum

Ioan. 15. Math. 5. Ioan. 15. Deut. 15. Iacob. 2. Ioan. 16. Ioan. 5.

ceptum eius, vt credamus nomini filij eius Iesu Christi, & diligamus nos mutuò, sicut dedit præceptum. Et qui seruat præcepta eius, in illo manet, & ipse in eo. Et per hoc scimus, quòd manet in nobis è spiritu quē nobis dedit.

Euangelium. *Luc. xiiij.*

Matt.22. Apoc.19. HOmo quidā apparauerat cœnam magnam, & vocauit multos: misitq; seruū suum hora cœnæ, vt diceret inuitatis: Venite, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse mihi est exire & videre illam: rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo ad probandum illa: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideò non possum venire. Ac reuersus seruus, renuntiauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamiliâs, dixit seruo suo: Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, claudósq; & cæcos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait Dominus seruo: Exi (Gen.19.) in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur (Luc.24.) domus mea. Dico enim vobis, quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Domi-

Dominica iij. post Trinitatem.

Collecta.

QVæsumus nos Domine, clemẽter exaudi, & quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Epistola. i. Petr. v.

OMnes alius alij vicissim subijciamini. Humilitatem animi vobis infixam habete: propterea quod Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Prou. 11. Iacob. 4. Humiliemini igitur sub potenti manu Dei, vt vos extollat cùm erit opportunũ, omni cura vestra Matt. 6. Luc. 12. coniecta in illum. Nã illi cura est de vobis. Iob. 1. Sobrij estote, vigilate, quoniam aduersarius vester diabolus, tanquã leo rugiens obambulat, quærẽs quẽ deuoret. Cui resistite, solidi fide: Iacob. 4. scientes easdem afflictiones, vestræ, quæ in mundo est, fraternitati, consummari. Sed Deus omnis gratiæ, qui vocauit nos ad æternam suam gloriam per Christum Iesum, parumper afflictos, idem instauret vos, fulciat, roboret, stabiliat. Ipsi gloria, imperium in secula seculorum. Amen.

Euangelium. Luc. xv.

ACcedebant autẽ ad eum omnes publicani & peccatores, vt audirẽt illum. Et

murmurabant Pharisæi ac Scribæ, dicétes: Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum illis. Dicebat autem ad illos parabolam hanc dicens: Quis ex vobis est homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnã ex illis, nónne relinquit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cùm inuenerit eã, imponit in humeros suos gaudés, veniénsque domum, conuocat amicos & vicinos, dicés

1.Pet.1. illis: Gaudete mecũ, quia inueni ouem meam, quæ perierat. Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cælo, super vno peccatore resipiscente, magis quàm super nonagintano-

Luc. 5. uẽ iustis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habés drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nõ accẽdit lucernam & verrit domum, quærítque diligéter, donec inueniat? Et cùm inuenerit, cõuocat amicas & vicinas, dicens: Gaudete mecum, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore resipiscente.

Dominica iiij. post Trinitatem.

Collecta.

PRotector omnium in te sperantium Deus, sine quo nihil est sanctum, nihil validum,

dum, multiplica super nos misericordiam tuam, vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Per Iesum Christum Dominum. &c.

Epistola. Rom. viij.

REputo, non esse pares afflictiones præsentis temporis, ad gloriam quæ reuelabitur erga nos. Etenim solicita creaturæ expectatio expectat vt palàm fiant filij Dei. Quippe vanitati creatura subiacet, non volens, sed propter eum qui subiecit illam sub spe. Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorũ Dei. Scimus enim quòd omnis creatura cõgemiscit, simúlque nobiscũ parturit vsque ad hoc tempus. Non solùm autem illa, sed & ipsi, qui primitias spiritus habemus: & nos ipsi in nobis ipsis gemimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri.

2. Cor. 4.
2. Cor. 5.
Ioan. 16.

Euangelium. Luc. vi.

EStote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Nolite condẽnare, & non condemnabimini. Remittite, & remittetur vobis. Date, & dabitur vobis. Mensurã bonãm & confertã & concussam atque exundantẽ

Matt. 18.
Matt. 7.
Prou. 11.

Matt.7. dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe
Marc.4. menſura qua metimini, metientur alij vo-
Matt.15. bis. Dicebat autem illis ſimilitudinem. Nũquid poteſt cæcus cæcũ ducere? nónne ambo in foueam cadunt? Nõ eſt diſcipulus ſupra magiſtrum ſuum: perfectus autẽ omnis erit, ſicut magiſter ipſius. Quid autẽ vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo proprio eſt, nõ animaduertis? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, ſine eijciam feſtucam quæ in oculo tuo eſt, ipſe in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eijce primùm trabem ex oculo tuo, & tunc perſpicies vt eijcias feſtucam, quæ eſt in oculo fratris tui.

Dominica v. poſt Trinitatem.

Collecta.

DA nobis quæſumus, vt & mundi curſus pacificè nobis tuo ordine dirigatur, & eccleſia tua tranquilla deuotione lætetur. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Epiſtola. i. Pet. iij.

OMnes ſitis vnanimes, ſimiliter affecti, fraterna præditi charitate, miſericor-
Prou.20. des, affabiles, nõ retaliantes malũ malo, aut
Math.5. conuitium conuitio, ſed cõtrà benedicẽtes:

 ſcien-

sciētes vos in hoc vocatos esse, vt benedi- Rom.12.
ctionem hæreditate possideatis. Nam qui Psal.33.
vult vitã diligere, & videre dies bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: quærat pacem, & persequatur eam: quoniam oculi Domini super iustos, & aures eius ad deprecationem illorũ. Rursus aspectus Domini super eos qui faciunt mala. Et quis est qui sit afflicturus vos, si
bonitatis æmulatores fueritis? Imò si quid Matt.5.
etiam acciderit incommodi propter iusti- Esa.8.
tiam, beati tamen estis. Cæterùm terrore il- Matt.10. Iob.1.
lorum, ne terreamini, neque turbemini, sed Dominum Deum sanctificate in cordibus vestris.

Euangelium. Luc. v.

FActum est autem, cùm turba immineret Matt.4.
ei vt audiret verbum Dei, & ipse stabat Marc.1.
iuxta stagnũ Genezareth, & vidit duas naues stantes ad stagnum: piscatores autem descenderant ex illis, & abluebãt retia. Ingressus autem in vnam nauim, quæ erat Simônis, rogauit eũ vt à terra abduceret pusillum: & sedens docebat de naui turbas. Vt cessauit autẽ loqui, dixit ad Simônem:
Duc in altum, & laxate retia vestra in cap- Ioan.21.
turam. Et respondens Simon, dixit illi: Prę-

ceptor,

ceptor, per totam noctem laborantes, nihil cæpimus: tamen tuo iussu laxabo rete. Et cùm hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in altera naui, vt venirent & adiuuarēt ipsos: & venerūt, atque impleuerūt ambas naues, ita vt mergerentur. Quod cùm videret Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens: Discede à me Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cū illo fuerant, super captu piscium quem ceperant: similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erāt socij Simōni. Et ait ad Simōnem Iesus: Ne metuas, post hac homines
Matt.4. capies. Et subductis in terram nauibus, relictis omnibus sequuti sunt eum.

Dominica vj. post Trinitat.

Collecta.

DEus, qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum, vt te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omnium desiderium superant, consequamur. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Epistola.

Epistola. Rom. vi.

AN ignoratis, quòd quicunque baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus? Sepulti igitur sumus vnà cũ illo per baptismum in mortem: vt quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Nam si insititij facti sumus illi per similitudinem mortis eius, nimirum & resurrectionis participes erimus: illud scientes, quòd vetus ille noster homo cum illo crucifixus est, vt aboleretur corpus peccati, vt posthac non seruiamus peccato. Etenim qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Quòd si mortui sumus cũ Christo, credimus quòd & viuemus cũ illo: scientes quòd Christus excitatus à mortuis, non amplius moritur, mors illi non amplius dominatur. Nam quod mortuus fuit, peccato, mortuus fuit semel: quòd autem viuit, viuit Deo. Ita & vos reputate vos ipsos, mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo, per Christum Iesum Dominum nostrum.

Galat. 1. Colos. 2. 1. Pet. 5. Ephes. 4. Colos. 3. Hebr. 9. 1. Pet. 4. 2. Tim. 2. Apoc. 1.

Euangelium. Matth. v.

DIxit Iesus discipulis suis: Nisi abundauerit vestra iustitia plus quàm Scribarũ

&

& Pharisæorum, non poſſitis ingredi in regnum cælorum. Audiſtis quòd dictum ſit
Exod.20. veteribus: Non occides: quiſquis autẽ oc-
& 21. ciderit, obnoxius erit iudicio. At ego dico
Leuit.24. vobis, quòd quiſquis iraſcitur fratri ſuo te-
Deut.5. merè, obnoxius erit iudicio. Quicunque verò dixerit fratri ſuo, Racha: obnoxius erit
Iob.24. concilio. Quiſquis autem dixerit, Fatue,
Mala.2. obnoxius erit gehennæ incendio. Itaque ſi
Iob.42. obtuleris munus tuum ad aram, & illic re-
Mala.2. cordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque illic munus tuum coram altari, & abi, prius reconcilieris fratri tuo, & tum veniens offer munus tuũ.
Luc.12. Habeto beneuolentiã cum aduerſario tuo
Prou.25. citò, dum es in via cum illo: nequando te tradat aduerſarius iudici, & iudex te tradat miniſtro, & in carcerem conijciaris. Amen dico tibi, non exibis illinc, donec perſolueris extremum quadrantem.

Dominica vij. poſt Trinit.

Collecta.

DEus virtutum, cuius eſt omne quod eſt optimum, inſere pectoribus noſtris amorem tui nominis, & præſta nobis religionis incrementum, vt quę bona ſunt nutrias, & quæ ſunt nutrita cuſtodias. Per Ieſum Chri-

Christum Dominum nostrum, Amen.

Epistola. Rom. vi.

HVmanum quiddam dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Quemadmodum enim præbuistis membra vestra serua immunditiæ & iniquitati, ad aliam atque aliam iniquitaté: sic & nunc præbete membra vestra serua iustitiæ, ad sanctificationé. Cùm enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ. Quem igitur fructum habebatis tunc in his, de quibus nunc erubescitis? Nã finis illorum mors. Nunc verò manumissi à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem autem vitã æternam. Etenim autoramenta peccati, mors: donum autem Dei, vita æterna, per Christum Iesum Dominum nostrum. Gen. 3. Rom. 5.

Euangelium. Marc. viij.

IN diebus illis; Cùm turba admodũ multa esset, nec haberent quod manducarét, accersitis ad se Iesus discipulis suis, ait illis: Misericordia tangor erga turbam, quia iam triduo manent apud me, nec habent quod edant: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Quidam enim ex eis è longinquo venerunt. Et responderunt ei Tob. 13. Esa. 60.
disci-

discipuli sui : Vnde istos quis poterit hîc satiare panibus in solitudine? Et interrogauit eos : Quòt panes habetis? Illi verò
Marc.6. dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et acceptis septem panibus, cùm gratias egisset, fregit, dedítque discipulis suis vt apponerent: & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos: & cùm benedixisset, iussit apponi & hos. Comederunt autem, & saturati sunt: ac sustulerunt quæ superfuerant, fragmentorum septem sportas. Erant autem qui comederant, ferme quater mille, & dimisit illos.

Dominica viij. post Trinit.

Collecta.

DEus, cuius prouidentia in sua dispositione nõ fallitur, te supplices exoramus, vt noxia cuncta submoueas, & omnia nobis profutura concedas. Per Iesum Christũ Dominum nostrum. Amen.

Epistola. Rom. viij.

PRoinde fratres, debitores sumus nõ carni, vt secundum carnem viuamus: nam si secundum carnem vixeritis, moriemini. Quòd si spiritu facta corporis mortificetis, viue-

viuetis. Etenim quicunque spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis, per quem clamamus, Abba, pater. Idem spiritus testatur vnà cum spiritu nostro, quod simus filij Dei. Quod si filij, igitur & hæredes. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Siquidem simul cum eo patimur, vt & vnà cum illo glorificemur. Galat.4. 2.Tim.1. 2.Cor.1. & 5. Ephes.1.

Euangelium. Matth. vij.

CAuete verò vobis à pseudoprophetis, qui veniũt ad vos in vestitu ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. A fructibus ipsorum agnoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuam? aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: putris autem arbor, fructus malos facit. Non potest arbor bona, fructus malos facere, neque arbor putris, fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem cõijcitur. Igitur ex fructibus ipsorum agnoscetis eos. Non quisquis dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum cælorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est. Deut.13. 2.Ioan.4. Luc.6. Matt.12. Ierem.11. Matt.3. Luc.3. Matt.26. Luc.6. & 13.

Dominica

Dominica ix. post Trinitat.

Collecta.

LArgire nobis, quæsumus Domine, semper spiritum cogitandi quæ recta sunt, pariter & agendi, vt qui sine te esse nõ possumus, secundum te viuere valeamus. Per Iesum Christum Dominum nostrum.

Epistola. i. Corinth. x.

Exod.13. NOlim autẽ vos ignorare fratres, quòd
Exod.14. patres nostri omnes sub nube erant, &
Exod.26. omnes per mare transierunt: & omnes in
Exod.17. Mosen baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualem comedebant, & omnes eundem potum spiritualem bibebant.
Num.20. Bibebant enim de spirituali,
Matt.16. quæ illos comitabatur petra: petra verò fuit Christus. Sed plures illorum nõ approbauit Deus: prostrati enim sunt in deserto.
Num.14. Hæc autem figuræ nostri fuerunt, ne nos simus concupiscentes rerum malarũ, quemadmodum & illi concupierunt. Neque simulachrorum sitis cultores, sicuti quidam illorum, quemadmodum scriptum est: Se-
Exod.32. dit populus vt ederet ac biberet, & surrexe-
Nũm.25. runt ad ludendum. Neque stupris inquine-
Psal.105. mur, sicuti quidam illorum stupris polluti sunt, & conciderunt vno die viginti tria

millia,

millia. Neque tentemus Christum, sicut & quidam illorum tentauerunt, & à serpentibus extincti sunt. Neque murmuretis, sicut & quidam illorum murmurauerunt, & interempti sunt ab extinctore. Hæc autem omnia figuræ contigerunt illis. Scripta verò sunt propter admonitionem nostri, in quos termini ætatum inciderunt. Proinde, qui sibi videtur stare, videat ne cadat. Tentatio vos non cœpit nisi humana. Sed fidelis est Deus, qui non sinet vos tentari supra id quod potestis: imò, faciet vnà cum tentatione euentum, quò possitis sufferre.

Num. 21. Num. 11. 1 Cor. 1. 1. Thes. 1. 2. Pet. 2.

Euangelium. Luc. xvi.

DIxit Iesus discipulis suis: Homo quidam erat diues, qui habebat dispẽsatorem, & hic delatus est apud illum, vt qui dissiparet bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem dispensationis tuæ: non enim poteris post hac dispensare. Ait autem dispensator intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me dispensationẽ? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, vt cùm amotus fuero à dispensatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit

Iob. 13.

Centum batos olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede citò & scribe quinquaginta. Deinde alteri dixit: Tu verò quãtũ debes? Qui ait: Cẽtum choros tritici. Ait illi: Accipe cautionem tuam, & scribe octoginta. Et laudauit Dominus dispensatorem iniquum, quòd prudenter fecisset. Quia filij huius seculi, prudentiores sunt filijs lucis in natione sua. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos ex mammona iniusto: vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Dominica x. post Trinit.

Collecta.

PAteat aures misericordiæ tuæ, Domine, precibus supplicãtium, & vt petentibus desiderata cõcedas, fac eosquæ tibi placita sunt, postulare. Per Christũ Dominũ. &c.

Epistola. 1. Cor. xij.

PОrrò de spiritualibus, fratres, nolo vos ignorare. Scitis quòd gentes fuistis, & ad simulachra muta vtcunq; ducebamini sequentes;
Marc. 6. Quapropter notum vobis facio, quòd nullus per spiritum Dei loquens, dicit anathema Iesum: Et nemo potest dicere
Rom. 12. Dominũ Iesum, nisi per Spiritum sanctum.

Diuisio-

Diuisiones autem donorum sunt, sed idem Spiritus: & diuisiones mysteriorum sunt, & idem Dominus: & diuisiones operationum sunt, sed idem est Deus, efficiens omnia in omnibus. Vnicuiq; verò datur manifestatio spiritus ad id quod expedit. Nam huic quidē per Spiritum datur sermo sapientiæ, alij verò sermo scientiæ, secundùm eundē spiritum. Alij verò fides per eundem Spiritum, alij verò dona sanationū per eundem spiritum: alij verò efficaciæ potentiarū, alij verò prophetia, alij verò discretiones spirituum: alij verò genera linguarum, alij verò interpretatio linguarum. Sed omnia hæc efficit vnus ille & idem Spiritus, diuidens peculiariter vnicuique sicuti vult.

Ioan.5. 1.Cor.1. 1.Ioan.4.

Euangelium. Luc. xix.

ET vt appropinquauit Iesus Hierosolymam, videns ciuitatē fleuit super illa, dicens: Si cognouisses & tu, & quidem in isto die tuo, quæ ad pacem tuam pertinent, curares. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & cingent te, & coangustabunt te vndique, & solo æquabunt te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem: eò quòd nō cognoueris tēpus visitationis tuæ.

Ioan.11. Ierem.52. Mich.4. Matt.24. Marc.13. Luc.21.

att.21. Et ingreſſus in templum, cœpit eijcere vendentes in illo, & ementes, dicens illis: Scriptum eſt, Domus mea domus precationis eſt: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et docebat quotidie in templo.

arc.11. an.2. a.56. rem.7. Reg.8.

Dominica xj. poſt Trinit.

Collecta.

DEus, qui omnipotētiam tuam parcendo maximè & miſerendo manifeſtas, multiplica ſuper nos miſericordiam tuam, vt ad tua promiſſa currentes, cæleſtium bonorum facias eſſe participes. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Epiſtola. 1.Cor. xv.

Galat.1. NOtum autem vobis facio fratres, Euāgelium quod euāgelizaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſalutem conſequimini, quo pacto annunciarim vobis, ſi tenetis, niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis in primis, quod &
Eſa.53. acceperam: quod Chriſtus mortuus fuerit
Dan.9. pro peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas:
Ioan.2. & quod ſepultus ſit, & quod reſurrexit tertia die ſecundū ſcripturas: & quod viſus ſit Cephæ, deinde duodecim illis: poſteà viſus
Matt.28. Marc.16. eſt plus quàm quingētis fratribus ſimul, ex quibus

quibus plures manent ad hunc vſque diem: quidam autem & obdormierunt. Deinde viſus eſt Iacobo, pòſt Apoſtolis omnibus. Poſtremò verò omniū, velut abortiuo, viſus eſt & mihi. Ego enim ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum idoneus, vt dicar Apoſtolus, propterea quod perſecutus ſum eccleſiam Dei. Sed gratia Dei ſum id quod ſum. Et gratia eius quæ profecta eſt in me, non fuit inanis, ſed copioſius quàm illi omnes laboraui: non ego tamē, ſed gratia Dei quæ mihi adeſt. Siue igitur ego ſiue illi, ſic prædicamus, & ſic crediſtis. Epheſ.5. Act.8.&

Euangelium. Luc. xviij.

DIxit autem Ieſus ad quoſdam qui in ſe confidebant quod eſſent iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam. Duo homines aſcendebāt in templum, vt precarentur: vnus phariſæus, & alter publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus, gratias tibi ago, quòd non ſim ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus: ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. Et publicanus procul ſtās, nec oculos volebāt ad cælum attollere, ſed percutiebat pectus ſuum, dicēs: Deus, propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis: Deſcendit hic iuſtificatus Deut.26. Eccle.7.

Matt.23. tus in domũ ſuam, magis quàm ille. Quia
Luc.14. omnis qui ſe extollit, humiliabitur: & qui
ſe humiliat, extolletur.

Dominica xij. poſt Trinitatem.

Collecta.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui abũdantia pietatis tuę & merita ſupplicum excedis & vota, effunde ſuper nos miſericordiam tuam, vt dimittas quæ conſcientia metuit, & adijcias quæ oratio poſtulare nõ audet. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Epiſtola. ij. Cor. iij.

FIduciam autẽ huiuſmodi habemus per Chriſtum erga Deum, non quòd idonei ſimus ex nobiſipſis, cogitare quicquam tãquam ex nobiſipſis: ſed ſi ad aliquid idonei
Philip.2. ſumus, id ex Deo eſt, qui & idoneos fecit
1.Cor.4. nos miniſtros noui teſtamenti, non literæ,
2.Cor.6. ſed ſpiritus: nam litera occidit, ſpiritus verò viuificat. Quòd ſi adminiſtratio mortis in literis, deformata in ſaxis, fuit in gloria, adeò vt non poſſent oculos intendere
Actor.10. filij Iſrael in faciem Moſi, propter gloriam vultus eius, quæ aboletur: cur non potiùs adminiſtratio Spiritus erit in gloria? Nam ſi admini-

administratio condemnationis gloria, multò magis excellit administratio iustitiæ, in gloria.

Euangelium. Marc. vij.

EGressus Iesus de finibus Tyri ac Sidonis, venit ad mare Galileæ, per medios fines Decapolis. & adducunt ei surdum, impeditæq; linguæ, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Et cùm apprehendisset eum de turba seorsim, misit digitos suos in auriculas eius, & sputo emisso, tetigit linguam eius, & suspiciens in cœlũ ingemuit, & ait illi: Ephphata, quod est aperire. Et statim apertæ sunt eius aures, & solutum est vinculum linguæ eius, ac loquebatur rectè. Ac præcepit illis, ne cui dicerent. Sed quò magis ille eis præceperat, hoc potiùs amplius prædicabant, & supra modum stupebant, dicentes: Benè omnia fecit, & surdos facit audire, & mutos loqui. Marc. 1. & 9.

Dominica xiij. post Trinitat.

Collecta.

OMnipotens & misericors Deus, à cuius beneficentia proficiscitur vt tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter seruiatur, tribue quæsumus nobis, vt ad promissiones

tuas sine offensione curramus. Per Iesum Christum Dominum nostrum.

Epistola. Gal. iij.

ebr.9. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, Et seminibus, tanquam de multis, sed tanquam de vno: & in semine tuo qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum ante comprobatum à Deo
xod.21. erga Christũ, lex quæ post annos quadrin-
en.15. gentos & triginta cœpit, non facit irritũ, vt
ct.7. abroget promissionem. Nam si ex lege est
om.4. hæreditas, non iam ex promissione. Atqui Abrahæ per promissionem donauit Deus.
om.4. Quid igitur lex? Propter trãsgressiones ad-
7.8. dita fuit, donec veniret semen, cui promis-
ct.7. sum fuerat, ordinata per angelos in manu
eut,5. intercessoris. Intercessor autẽ vnius non est, at Deus vnus est. Lex igitur, num est aduersus promissiones Dei? Absit. Etenim si data fuisset lex quæ possit viuificare, verè ex lege
om.3. esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccatũ, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Euangelium. Luc. x.

Matt.13. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi prophetæ & reges voluerunt videre, quæ vos videtis,

&

& non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce quidam legisperitus ſurrexit, tentans illum, & dicens: Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille reſpondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua: & proximum tuum ſicut teipſum. Dixítq; illi: Rectè reſpondiſti, hoc fac & viues. Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum. Et quis eſt meus proximus? Reſpondens autem Ieſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Hieroſolymis in Hiericho, & incidit in latrones: qui etiam deſpoliauerunt eum veſtibus: ac vulneribus inflictis, abierunt, ſemimortuo relicto. Accidit autem vt ſacerdos quidam deſcenderet eadẽ via, viſoq; illo, præterijt. Similiter & Leuita, cùm iret iuxta locum, cùm acceſſiſſet ac vidiſſet eum, præterijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ad eum: & viſo eo, miſericordia motus eſt, & accedens, obligauit vulnera eius, infundens oleum ac vinum: & imponens illum in ſuum iumentum, duxit in diuerſorium, & curam eius egit. Et poſtero die egrediens, depromptos duos denarios, dedit hoſpiti, & ait ei: Curã illius

Deut. 6.
Leuit. 19.
Rom. 13.

illius habe, & quodcunq; prætereà insumpseris, ego cùm rediero, reddam tibi. Quis ergo horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: qui exercuit misericordiam in illum. Ait igitur illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

Dominica xiiij. post Trinitat.

Collecta.

OMnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei & charitatis incrementum: & vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Epistola. Galat. v.

1.Pet.2. DIco autem, spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis non perficietis. Nam caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc autem inter se mutuò aduersantur, vt non quæcunque volueritis, eadem faciatis. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege. Porrò
1.Tim.5. manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc: adulterium, scortatio, immundicia, lasciuia, simulachrorū cultus, veneficium, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, concertationes, seditiones, sectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates,

tates, comessationes, & his similia: de quibus prædico vobis quemadmodum & prædixi, quòd qui talia agunt, regni Dei hæredes non erunt. Contrà, fructus spiritus est, charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui verò sunt Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs.

1.Cor.5. Ephes.5. 2.Tim.2. Apoc.22. 1.Tim.1. Rom.13. 1.Pet.2.

Euangelium. Luc. xvij.

ET factum est, dum Iesus iret Hierosolymam, & ipse transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cùm ingrederetur quemdam vicum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt procul, intentáque voce dixerũt: Iesu præceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit illis: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Leuit.4. Et factum est, vt inter eundum mundati sint. Vnus autem ex illis, vt vidit quòd mundatus esset, regressus est cum voce magna, glorificans Deum, & procidit in faciem ad pedes eius, gratias agens ei: & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit: Nónne decẽ mundati sunt? Nouem autem illi vbi? Non sunt reperti qui redierint, vt darent gloriã Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, fides tua te seruauit.

Dominica xv. post Trinitat.

Collecta.

CVſtodi quæſumus Domine eccleſiam tuam, miſeratione perpetua: & quia ſine te labitur humana fragilitas, præſta auxilium gratiæ tuæ, vt ab omnibus abſtrahatur noxijs, & ad ſalutaria cuncta dirigatur. Per Ieſum Chriſtum Dominum. &c.

Epiſtola. Gal. vi.

VIdetis quãta vobis epiſtola ſcripſerim, mea manu. Quicunque volunt iuxta faciem placere in carne, ij cogunt vos circuncidi, tantùm ne ob crucem Chriſti perſequutionem patiantur. Nam qui circunciduntur, ne ipſi quidem legem ſeruant: ſed volunt vos circuncidi, vt in veſtra carne glorientur. Ego verò abſit vt glorier, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.
Galat. 5. Nam in Chriſto Ieſu, neque circunciſio quicquam valet, neque præputium, ſed noua creatura.
Pſal. 124. Et quicunque iuxta regulam hanc incedunt, pax ſuper eos, & miſericordia, & ſuper Iſraelem Dei. De cætero ne quis mihi moleſtias exhibeat, ego enim
2. Cor. 4. ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu

ſpiritu veſtro fratres. Amen.

Euangelium. Matth. vi.

NEmo poteſt duobus dominis ſeruire. Luc. 16.
Aut enim hunc habebit odio, & alterum diliget: aut huic adhærebit, & alterum negliget. Nō poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ. Propterea dico vobis, ne ſitis ſolli- Luc. 12.
citi vitæ veſtræ, quid eſuri ſitis, aut bibituri: Pſal. 54.
neque corpori veſtro, quibus indumentis 1. Pet. 5.
vſuri. Nónne anima pluris eſt quàm cibus, & corpus pluris quàm indumentum? Vertite oculos ad volatilia cæli, quia non ſerunt, neque metunt, neque conuehunt in horrea, & pater veſter cæleſtis alit illa. Nónne vos longè præcellitis illa? Quis autem ex vobis ſollicitè cogitando, poteſt addere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Ac de indumento quid ſolliciti eſtis? Cognoſcite lilia agri, quomodo creſcant: non laborant neque nent. Attamen dico vobis, ne Solomonem quidem in vniuerſa gloria ſua ſic amictū fuiſſe, vt vnum ex his. Quòd ſi gramen agri, quod hodie cùm ſit, cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: an non multo magis vobis id faciet, ô parum fidētes? Ne ſitis igitur ſolliciti, dicentes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quibus operiemur? Nā omnia iſta gentes exquirunt.

Nouit

Nouit enim pater vester cœlestis, quòd opus habeatis his omnibus. Quin potius
3.Reg.3. quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Ne sitis igitur solliciti in crastinum, nam crastinus dies curam habebit suijpsius. Sufficit sua diei afflictio.

Dominica xvj. post Trinitat.

Collecta.

ECclesiam tuam Domine, miseratio continuata mundet & muniat, & quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Per Iesum Christum Dom. &c.

Epistola. Ephes. iij.

Phil.1. QVapropter peto, ne deficiatis ob afflictiones meas, quas pro vobis tolero, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto
1.Thes.1. genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis à communi patre cognatio in cælis & in terra nominatur, vt det vobis iuxta diuitias gloriæ suæ, vt fortitudine corroboremini per spiritum suum, in internum hominē, vt inhabitet Christus per fidē in cordibus vestris, fixis in charitate radicibus, & fundamento iacto, vt valeatis

assequi

assequi cum omnibus sanctis, quę sit latitudo, & longitudo, & profunditas, & sublimitas, cognoscereq́; praeeminentem cognitionis dilectionem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei verò qui potest cumulatè facere vltra omnia quæ petimus, aut cogitamus, iuxta vim agentē in nobis, sit gloria in ecclesia per Christū Iesum, in omnes ætates seculi seculorū. Amē. Matt.6.

Euangelium. Luc. vij.

ET factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Nain, & ibant cū illo discipuli eius multi, turbáque copiosa. Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matri suæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cùm vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, tetigítque loculum. Porrò qui portabant, substiterūt. Et ait: Adolescens, tibi dico, Surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & glorificabant Deum, dicentes: Propheta magnus surrexit inter nos, & Deus visitauit plebem suam. Et exijt hîc rumor in vniuersam Iudæam de eo, & omnem finitimam regionem. 3.Reg.17. 4.Reg.4. Actor.9. & 20. Ioan.4. & 6.

Dominica xvij. poſt Trinitat.

Collecta.

TVa nos Domine, quęſumus gratia ſemper præueniat & ſequatur, ac bonis operibus præſtet eſſe intentos. Per Ieſum Chriſtum. &c.

Epiſtola. Epheſ. iiij.

1.Cor.7. Phil.1. Coloſ.1. 1.Theſ.4.

HOrtor itaque vos ego vinctus in Domino, vt ambuletis, ita vt dignum eſt vocatione qua vocati eſtis, cum omni ſubmiſſione ac manſuetudine, cum animi lenitate, tolerantes vos inuicem per charitatem, ſtudentes ſeruare vnitatem ſpiritus, per vinculum pacis. Vnum corpus & vnus ſpiritus, quemadmodum & vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus vobis.

Euangelium. Luc. xiiij.

ET accidit vt introiret Ieſus in domũ cuiuſdam principis Phariſæorum Sabbato, ad capiendũ cibum, & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reſpondens Ieſus, dixit ad Legiſperitos & Phariſæos, dicens: Num licet

Matt.12. Marc.5. Luc.6. & 13.

cet ſabbato ſanare? At illi tacuerunt. Ipſe verò apprehenſum, ſanauit eum, ac dimiſit. Et reſpondens ad illos, dixit: Cuius veſtrûm aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die ſabbathi? Et non poterant ad hæc reſpondere illi. Dicebat autem ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cùm inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in primo loco, ne quando honoratior te ſit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore extremum locum tenere. Quin potiùs cùm vocatus fueris, vade ac accumbe in nouiſſimo loco, vt cùm venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria, coràm ſimul diſcumbentibus. Quia omnis qui ſe extollit, deijcietur, & qui ſe deijcit, extolletur.

Exod.23. Deut.22. Prou.25. Matt.23. Luc.18. Phil.2.

Dominica xviij. poſt Trinit.

Collecta.

DA quæſumus Domine, populo tuo diabolica vitare contagia, & te ſolũ verum Deũ pura mẽte ſectari. Per Ieſũ Chriſt. &c.

Epistola. *i. Cor. i.*

GRatias ago Deo meo semper pro vobis de gratia Dei, quæ data est vobis per Christũ Iesum, quòd in omnibus ditati estis per ipsum, in omni sermone, & omni cognitione: quibus rebus testimonium Iesu Christi confirmatum fuit in nobis, adeò vt non destituamini in vllo dono, expectantes reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsq; ad finem, inculpatos in die Domini nostri Iesu Christi.

Euangelium. *Matth. xxij.*

Marc. 12. Luc. 10. PHarisæi autem cùm audissent, quòd Iesus obturasset os Sadducæis, conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis, legis doctor quispiam, tentans eum, & dicens: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: Hoc est primum & magnum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum perinde atque teipsum. In his duobus mandatis tota lex & Prophetæ pẽdent. Cógregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicũt ei: Dauid.

Deut. 6. & 30. Leuit. 19. Rom. 13. Marc. 12.

Ait

Ait illis: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominũ, dicẽs: Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, Donec ponã inimicos tuos, ſcabellũ pedũ tuorum? Si ergo Dauid vocat eũ Dominũ, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei reſpondere quicquam, neq; auſus fuit quiſquam ex eo die, eum amplius interrogare. Pſal. 109.

Dominica xix. poſt Trinitatem.

Collecta.

DIrigat corda noſtra quæſumus Domine tuæ miſerationis operatio: quia tibi ſine te placere non poſſumus. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Epiſtola. Epheſ. iiij.

HOc itaq; dico & teſtor per Dominum, Rom. 12.
ne poſthac ambuletis, quemadmodũ 2. Pet. 4.
& reliquæ gentes ambulant, in vanitate mentis ſuæ, dum mentem habent obtenebratã, abalienati à vita Dei, propter ignorantiam quæ eſt in illis, & excæcationem cordis eorum: qui poſteà quàm peruenerunt in eo, vt dolere deſierint, ſemetipſos dediderunt laſciuiæ, ad patrandum immũditiam omnem cum auiditate. Vos autem non ſic didiciſtis Chriſtum: ſiquidem illum

audiſtis, & in eo docti fuiſtis, quemadmo-
om.6. dũ eſt veritas in Ieſu, deponere iuxta prio-
oloſ.3. rem conuerſationem veterem hominem,
qui corrumpitur iuxta concupiſcentias er-
roris: renouari verò ſpiritu mentis veſtræ,
& induere nouũ hominem, qui iuxta Deum
conditus eſt, per iuſtitiam, & ſanctitatem
ach.8. veritatis. Quapropter depoſito mendacio,
Pet.2. loquamini veritatem quiſque proximo ſuo,
latt.5. quoniam ſumus inuicem membra. Iraſci-
ſal.4. mini & non peccetis. Sol ne occidat ſuper
iram veſtram, neque detis locum calumni-
atori. Qui furabatur, non ampliùs furetur:
.Theſ.3. magis autem laboret operando manibus,
latt.12. quod bonũ eſt, vt poſſit impartiri ei qui o-
pheſ.5. pus habuerit. Omnis ſermo ſpurcus ex ore
veſtro ne procedat: ſed ſi quis eſt bonus ad
ædificationẽ, quoties opus eſt, vt det grati-
am audientibus. Et ne contriſtetis ſpiritum
ſanctum Dei, per quem obſignati eſtis in
.Cor.1. diem redemptionis. Omnis amarulentia &
tumor, & ira, & vociferatio, & maledicẽtia
tollatur à vobis, cum omni malitia. Sitis au-
tem inuicem alius in alium comes, miſeri-
cordes, largiẽtes vobis inuicẽ, quemadmo-
dũ & Deus per Chriſtum largitus eſt vobis.

latt.2. *Euangelium. Matth. ix.*

.uc.5. ET ingreſſus Ieſus nauẽ, traiecit, ac venit
oan.5. in

in ſuam ciuitatem. Et ecce, adduxerunt illi paralyticum in lecto decumbẽtem. Cúmq; vidiſſet Ieſus fidem illorum, dixit paralytico : Bono animo eſto fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidã è Scribis dicebant intrà ſeſe: Hic blaſphemat. Et cũ vidiſſet Ieſus cogitationes illorũ, dixit: Quare vos cogitatis mala in cordibus veſtris? Vtrum enim eſt facilius dicere: Remittuntur tibi peccata, an dicere: Surge & ambula? Vt autem ſciatis quòd poteſtatem habeat filius hominis in terra remittendi peccata, tũc dicit paralytico: Surge, tolle tuũ lectũ, & abi in domũ tuã. Et ille ſurrexit, abijtque domum ſuam. Turbæ verò quæ viderant, admiratæ ſunt, & glorificauerũt Deum, qui dediſſet poteſtatem talem hominibus. Actor.3. &9.

Dominica xx. poſt Trinitat.

Collecta.

OMnipotens & miſericors Deus, vniuerſa nobis aduerſantia miſericors exclude, vt mẽte & corpore pariter expediti, quæ tua ſunt liberis mentibus exequamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Epiſtola. Epheſ.v.

VIdete igitur quomodo circũſpectè ambuletis, Coloſ.4.

buletis, non vt insipientes, sed vt sapien-
m.12. tes, redimẽtes occasionem, quòd dies mali
sint. Propterea ne sitis imprudentes, sed in-
clc.31. telligentes quæ sit voluntas Domini. Et ne
inebriemini vino, in quo luxus est, sed
los.3. impleamini spiritu, loquentes vobismet-
l.97. ipsis per psalmos, & hymnos, & cantiones
spirituales, canentes ac psallentes in corde
hes.5. vestro Domino, gratias agentes semper de
omnibus, in nomine Domini nostri Iesu
Christi, Deo & Patri. Subditi vicissim alius
alij, cum timore Dei.

Euangelium. Matth. xxij.

c.14. DIxit Iesus discipulis suis: Simile factum
est regnum cælorum homini regi, qui
oc.19. fecit nuptias filio suo. Et emisit seruos suos,
vt vocarent inuitatos ad nuptias, & nole-
bant venire. Rursus emisit alios seruos, di-
cens: Dicite inuitatis: Ecce prandium me-
um paraui: tauri mei & altilia mactata sunt,
& omnia parata, venite ad nuptias. Illi au-
tem neglexerunt & abierunt: alius in villam
suam, alius verò ad negotiationem suam:
reliqui verò tenuerunt seruos eius, & cõtu-
melijs affectos, occiderunt. Rex autem cum
audisset, iratus est & missis exercitibus suis,
perdidit homicidas illos, & ciuitatem illo-
rum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ
quidem

quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quotcunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quotquot inuenerũt, malos pariter ac bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentibus. Ingressus autem rex, vt videret discumbentes, vbi vidit illîc hominem non vestitum veste nuptiali, ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Matt.13. & 25. Matt.20.

Dominica xxj. post Trinitatem.

Collecta.

LArgire quæsumus Domine, fidelibus tuis veniam placatus & pacem, vt pariter ab omnibus mundentur offensis, & secura tibi mente deseruiant. Per Iesum Christum Dominum nostrum.

Epistola. Ephes. vi.

QVod superest fratres mei, sitis fortes per Dominum, pérque potentiam roboris illius. Induite totam armaturam Dei, vt possitis stare aduersus assultus

 diaboli.

diaboli. Quoniam non eſt nobis lucta aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi dominos, rectores tenebrarũ ſeculi huius: aduerſus ſpirituales aſtutias in cæleſtibus. Quapropter aſſumite vniuerſam armaturã Dei, vt poſſitis reſiſtere in die mala, & omnibus peractis ſtare. State igitur lũbis circumcinctis baltheo per veritatem, & induti thoracem iuſtitiæ, & calceati pedibus, vt parati ſitis ad Euangelium pacis: ſuper omnia aſſumpto ſcuto fidei, quò poſſitis omnia iacula mali illius ignita extinguere, Galeámque ſalutaris accipite, & gladium ſpiritus, qui eſt verbum Dei: in omni deprecatione & obſecratione, orãtes in omni tempore in ſpiritu, & ad hoc ipſum vigilantes cum omni ſedulitate & deprecatione, pro omnibus ſanctis & pro me, vt mihi detur ſermo in apertione oris mei cum libertate, vt notum faciam myſterium Euangelij mei: ſuper quo legatione fungor in cathena, vt in eo liberè loquar, ſicut oportet me loqui.

Deut.23. Pſal.131. Eſa.11. 2.Cor.10. Sap.5.

Euangelium. Ioan. iiij.

ERat autem quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capernaum: hic cùm audiſſet quòd Ieſus aduenilſet à Iudæa in Galilæam

Marc.9. Luc.7.

Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum vt deſcenderet, ac ſanaret ipſius filium: ſiquidem is agebat animam. Dixit ergo Ieſus ad eum: Niſi ſigna & prodigia videritis, non credetis. Dicit ad eum Regulus: Domine, deſcende, prius quàm moriatur filius meus. Dicit ei Ieſus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixerat ei Ieſus, & ibat. Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei, & nuntiauerũt, dicentes: Filius tuus viuit. Sciſcitatus eſt ergo horam ab eis, in qua melius habuiſſet. Et dixerunt ei: Heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quòd illa hora erat, in qua dixiſſet ſibi Ieſus, Filius tuus viuit: & credidit ipſe, & domus eius tota. Hoc iterùm ſecundum ſignum edidit Ieſus, cùm veniſſet à Iudæa in Galilæam. Actor. 13.

Dominica xxij. poſt Trinitat.

Collecta.

FAmiliam tuam quæſumus Domine, continua pietate cuſtodi, vt à cunctis aduerſitatibus, te protegente ſit libera, & in omnibus actionibus tuo nomini ſit deuota. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. &c.

Epiſtola.

Epiſtola. Phil. i.

Coloſ.1. 1.Theſ.1. GRatias ago Deo meo in omni memoria veſtri, ſemper in omni precatione mea pro omnibus vobis, cum gaudio precationem faciens, quod veneritis in communionem Euangelij, à primo die vſque ad hoc tempus: perſuaſum habens hoc ipſum, quòd is qui cœpit in vobis opus bonum, Ioan.6. perficiet vſque ad diem Ieſu Chriſti: ſicut iuſtum eſt mihi, vt hoc ſentiam de omnibus vobis: propterea quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione, & cõfirmatione Euangelij, quum ſitis omnes 1.Theſ.2. mihi conſortes gratiæ. Teſtis enim mihi eſt Deus, quàm deſiderem vos omnes in viſce- Epheſ.1. ribus Ieſu Chriſti. Et illud oro, vt chari- Coloſ.1. tas veſtra adhuc magis ac magis exuberet 2.Theſ.1. in agnitione omníque intelligentia: vt probetis quæ ſunt præſtantia, vt ſitis ſynceri: ac tales, vt nemini ſitis offendiculo in diem Chriſti, impleti fructu iuſtitiæ, qui contingit per Ieſum Chriſtum, ad gloriam & laudem Dei.

Euangelium. Matth. xviij.

Matt.6. Marc.11. Luc.17. ACcedẽs Petrus ad Ieſum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? Num vſq; ſepties? Dicit illi

Ieſus:

Iesus; Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Ideò assimilatum est regnū cælorum homini regi, qui voluit cóferre rationé cum seruis suis: & cùm cœpisset conferre, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem milia talentorū. Cæterùm cùm is nō esset soluendo, iussit eum Dominus venundari, & vxorem eius & liberos, & omnia quæ habebat, ac fieri solutioné. Procidens autem seruus ille, adorabat eum, dicens: Domine, esto patiens erga me, & omnia tibi reddam. Misertus autem Dominus serui illius, absoluit eum, & æs alienū remisit ei. Egressus verò seruus ille, inuenit vnū de conseruis suis, qui debebat sibi centum denarios: & iniecta in eum manu, obtorto collo trahebat, dicens: Solue quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Esto patiés erga me, & omnia reddā tibi. At ille nolebat, sed abijt & coniecit eū in carceré, donec redderet debitū. Porrò cùm vidissent conserui eius quæ fiebant, indoluerunt valdè, & venerunt, aperuerúntq; Domino suo, omnia quæ facta fuerant. Tūc accersiuit illum Dominus suus, & ait illi: Serue scelestè totum debitum illud remisi tibi, cùm obsecrasses me: nónne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus eram? Et iratus Dominus eius, tradi-

Math. 5.

Iacob. 2.

tradidit eum tortoribus, quoadusque red-
deret totum quod debebatur sibi. Sic &
Matt.6. Pater meus cælestis faciet vobis, si non re-
Marc.2. miseritis suo quisque fratri ex cordibus ve-
stris, delicta illorum.

Dominica xxiij. post Trinitat.

Collecta.

DEus, nostrum refugiũ & virtus, adesto pijs ecclesiæ tuæ precibus, autor ipse pietatis, & præsta, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Iesum Christum Dominum nostrum.

Epistola. Phil. iij.

1.Cor.4. & 10. EStote pariter imitatores mei fratres, & considerate eos qui sic ambulant, quemadmodum habetis nos pro exemplari. Nã complures ambulant, de quibus sæpe dixi vobis, nũc autem & flens dico, inimici crucis Christi, quorum finis perditio est, quo-
Rom.16. rum Deus vẽter, & gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant. Nam nostra con-
Colos.3. uersatio in cælis est, ex quo & seruatorem
1.Cor.15. expectamus Dominum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile, vt conforme reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam, qua potest etiam

subijcere

ſubijcere ſibi omnia.

Euangelium. Matth. xxij.

TVnc abeuntes Phariſæi, conſilium ceperunt, vt illaquearent Ieſum in ſermone. Et ad illum emittunt diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quòd verax ſis, & viam Dei in veritate doceas, neque cures quenquam: non enim reſpicis perſonam hominum: Dic ergo nobis, quid tibi videtur? Licet cenſum dari Cæſari, an non? Cognita autem Ieſus malitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis: Cuius eſt imago hæc, & inſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Et his auditis, mirati ſunt: & omiſſo eo, abierunt.

Marc. 12. Luc. 20. Ioan. 7. Matt. 17. Rom. 13.

Dominica xxiiij. poſt Trinitat.

Collecta.

ABſolue quæſumus Domine, tuorũ delicta populorum, vt à peccatorum noſtrorum nexibus, quę pro noſtra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. &c.

Epiſtola.

Epiſtola. Coloſ. 1.

Phil. 1. 1. Theſ. 1. GRatias agimus Deo & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſemper de vobis, cum oramus, quoniam audiuimus fidem veſtram in Chriſto Ieſu, & charitatem erga omnes ſanctos, propter ſpem repoſitam vobis in cœlis: de qua prius audieratis per ſermonem veracem Euangelij, quod peruenit ad vos: quemadmodum & in toto mundo etiam fructificat, ſicut & in vobis, ex eo die quo audiſtis & cognouiſtis gratiam Dei per veritatem. Quemadmodum & didiciſtis ex Epaphra dilecto conſeruo noſtro, qui eſt fidus pro vobis miniſter Chriſti, qui & expoſuit nobis veſtram dilectionem in ſpiritu. Proptereà & nos, ex quo die audiuimus, non deſinimus pro vobis orare & poſcere, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni ſapientia & prudentia ſpirituali: vt ambuletis digne Domino, vt per omnia placeatis, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in agnitionem Dei, omni robore corroborati iuxta potentiam gloriæ illius, ad omnem tolerantiam ac patientiam cum gaudio: gratias agentes Patri, qui idoneos nos fecit ad participationem ſortis ſanctorum in lumine.

Matt. 4. Coloſ. 4. 2. Theſ. 4. Ioan. 15.

Euange-

Euangelium. Matth. ix.

CVm hæc loqueretur illis Iesus, ecce primas quidã venit & adorauit eum, dicens: Filia mea modò defuncta est: sed veni & impone manum tuam super illam, ac viuet. Et surgens Iesus sequutus est eum, ac discipuli illius. Et ecce mulier quæ sanguinis profluuio laborauerat duodecim annos, accedens à tergo, tetigit fimbriam vestimenti illius, dixerat enim intra sese: Si tantum tetigero vestimentum illius, ero salua. At Iesus conuersus vt vidit illam, dixit: Confide filia, fides tua saluam te fecit. Et salua facta fuit mulier à tempore illo. Et cùm venisset Iesus in ædes primatis, vidisséq; tibicines & turbam tumultuantem, dicit illis: Secedite, non enim mortua est adolescentula, sed dormit. Et deridebant illum. Cùm autem fuisset eiecta turba, introgressus, tenuit manum illius, & surrexit adolescentula. Et emanauit rumor hic, in totam terram illam.

Marc.5. Luc.8.

Marc.5. Luc.8. Ioan.11.

Dominica xxv. post Trinitat.

Collecta.

EXcita quæsumus Domine, tuorum fidelium voluntates, vt diuini operis fructũ propen-

propensius exequentes, pietatis tuæ præmia maiora percipiant. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Lectio. Iere. xxiij.

Esa.4. 40. & 45. Ezech.34. Daniel.9. Ioan.1.

ECce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo Dauid germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit cõfidenter: & hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent vltrà: Viuit Dominus qui eduxit filios Israel de terra Ægypti: sed, Viuit Dominus qui eduxit & adduxit semẽ domus Israël de terra aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc: & habitabũt in terra sua.

Deut.33. Iere.16.

Euangelium. Ioan. vi.

Matt.14. Marc.6. Luc.9.

CVm sustulisset ergo oculos Iesus, & vidisset quòd multa turba veniret ad se, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt edant isti? Hoc autem dicebat, tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque pusillum quippiam accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis ipsius, Andreas, frater Simônis

Simônis Petri : Eſt puer vnus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces, ſed hæc quid ſunt inter tam multos ? Dixit autem Ieſus : Facite vt homines diſcumbant. Erat autem gramen multum in eo loco. Diſcubuerunt ergo viri, numero fermè quinquies mille. Accepit autem panes Ieſus : cúmque gratias egiſſet, diſtribuit diſcipulis, diſcipuli verò diſcumbentibus. Similiter & ex piſcibus quantum volebant. Vt autem impleti ſunt, dicit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperfuerunt fragmenta, ne quid pereat. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerant his qui comederant. Illi ergo homines cum vidiſſent, quòd Ieſus fecerat ſignum, dicebant : Hic eſt verè Propheta ille, qui venturus eſt in mundum.

4.Reg.4. Luc.7. Ioan.4.

Si ante Dominicam aduentus Domini plures iſtis xxv. acciderint Dominicæ, Collecta, Epiſtola & Euangelium dicantur, quæ Dominicis inter Epiphaniam & Septuageſimam aſſignata ſunt, & erant omiſſa.

Die S. Andreæ Apoſtoli.

Collecta.

OMnipotens Deus, qui dediſti beato Andreæ Apoſtolo tuo, vt acerbam & ignominioſam crucis mortem duceret ſibi pro magna gloria, tribue vt omnia nobis aduerſa pro nomine tuo, ducamus profutura ad æternam vitã conducibilia. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Epiſtola. Rom. x.

SI confeſſus fueris ore tuo Dominum Ieſum, & credideris in corde tuo, quòd Deus illum excitauit à mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutẽ. Dicit enim ſcrip-
Eſa.28. tura: Omnis qui fidit illi, non pudefiet. Non enim eſt diſtinctio vel Iudæi vel Græci: nam idem Dominus omnium, diues in
Ioel. 2. omnes inuocantes ſe. Quiſquis enim inuo-
Actor.2. cauerit nomen Domini, ſaluus erit. Quo-
& 22. modo igitur inuocabunt eum, in quem nõ crediderunt? Quomodo autẽ credent ei, de quo non audierũt? Quomodo autẽ audient abſq; prædicãte? Quomodo autem prædicabunt, niſi miſſi fuerint? Sicut ſcriptum eſt:
Eſa.52. Quàm ſpecioſi pedes annuntiantium pacem, annuntiantium bona? At non omnes obedi-

obedierunt Euangelio. Esaias enim dicit: Domine, quis credidit sermonibus nostris? Ergo fides ex auditu est: auditus autem per verbum Dei. Sed dico: An non audierunt? Atqui in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrarum verba illorum. Sed dico, Nunquid non cognouit Israel? Primus Moses dicit: Ego ad æmulationem prouocabo vos per gentem quæ non est gens, per gentem stultam ad iram commouebo vos. Esaias autem post hunc audet, ac dicit: Inuentus fui his, qui me non quærebant. Aduersus Israel autem dicit: Toto die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.

Esa.53. Ioan.12. Psal.19. Deut.32. Esa.52. & 65. Esa.65.

Euangelium. Matth. iiij.

AMbulans autem Iesus iuxtà mare Galileæ, vidit duos fratres, Simonem qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius, iacientes rete in mare, (nam erant piscatores) & dicit illis: Sequamini me, & faciam vos piscatores hominum. At illi relictis illicò retibus, sequuti sunt illum. Et progressus illinc, vidit alios duos fratres, Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui, cum Zebedæo

Ierem.16. Ezech.47.

patre ſuo ſarcientes retia ſua, & vocauit
Matt.16. eos. At illi protinus relicta naui, & patre
Luc.5. ſuo, ſequuti ſunt eum.

Die S. Thomæ Apoſtoli.

Collecta.

OMnipotens æterne Deus, qui pro confirmatione fidei noſtræ beatum Thomam Apoſtolum de reſurrectione Filij tui dubitantem confirmaſti, concede nobis, vt verè & ſine vlla dubitatione credamus in Filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & vt fides noſtra coràm te, nunquam mereatur reprehenſionem. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum.

Epiſtola. Epheſ. ij.

IAm non eſtis hoſpites & incolæ, ſed conciues ſanctorum, ac domeſtici Dei, ſu-
1.Cor.3. perſtructi ſuper fundamentum Apoſtolorum ac Prophetarum, ſummo angulari
1.Pet.2. lapide ipſo Ieſu Chriſto: in quo quæcunque ſtructura coagmentatur, ea creſcit in templum ſanctum in Domino: in quo &

vos

vos coædificamini in habitaculum Dei, per ſpiritum.

Euangelium. Ioan. xx.

THomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus eius veſtigium clauorum, & mittam digitum meũ in veſtigium clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et poſt dies octo, iterùm erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & admoue manum tuam, & immitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed credens. Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Ieſus: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: Beati qui non viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quòd Ieſus eſt Chriſtus ille Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis per nomen eius.

Ioan. 11.

Ioan. 21.

Die Conuersionis S.Pauli.

Collecta.

DEus qui vniuersum mundũ beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti, da nobis quæsumus, vt cuius Conuersionem recolimus, doctrinam quam proposuit, sequamur, & factis exprimamus. Per Iesum Christum Dominum.&c.

Epistola. Actor. ix.

Actor.8. 22. 26. 1.Cor.15. Galat.1. SAulus autem adhuc spirans minas ac cędem aduersus discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas, quas perferret Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset eius viæ seu viros seu mulieres, vinctos duceret Hierosolymam. Et cùm iter faceret, contigit vt appropinquaret Damascō. Et subitò circumfulgurauit eum lux de cælo, collapsúsque in terram, audiuit vocem dicentem sibi: 4.Reg.19. Zach.2. Matt.25. Saul, Saul, quid me persequeris? Dixit autem: Quis es Domine? Dominus autem dixit: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulos calcitrare. Is tremens ac stupens, dixit: Domine, quid Actor.2. &16. me vis facere? Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi qui

erant ei comites itineris,ſtabāt attoniti audientes quidem vocem, neminem tamen videntes. Surrexit autem Saulus è terra, apertíſq; oculis, neminem videbat: ſed manu ducentes illum, introduxerunt Damaſcum. Et erat tribus diebus non videns, ac non comedit neq; bibit. Erat autem quidā diſcipulus Damaſci, nomine Ananias, & dixit ad illū per viſum Dominus: Anania. Et ille ait: Ecce ego Domine. Et Dominus ad eum: Surge & vade in vicum qui vocatur Rectus,& quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarſenſem: Ecce enim orat. Et vidit per viſum virum Ananiam nomine introëuntem, & imponentem ſibi manum vt viſum reciperet. Reſpōdit autem Ananias: Domine,audiui ex multis de viro hoc,quāta mala fecerit ſanctis tuis Hieroſolymæ. Et hoc loco habet poteſtatē à principibus ſacerdotum,vinciendi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus: Vade, quoniam organum electum eſt mihi iſte, vt portet nomen meū coram gētibus, & regibus, ac filijs Iſrael. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eū pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domū, & imponens ei manus, dixit: Saul frater, Dominus miſit me,qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt viſum recipias, &

Dan.3. & 10.

Actor.21. & 22.

Exod.4. Ierem.1. Actor.8.

Galat.1.

Actor.22.

& implearis ſpiritu ſancto. Et confeſtim deciderunt ab oculis eius tanquam ſquamæ, & viſum recepit, & ſurgens baptizatus eſt. Cúmque cepiſſet cibum, corroboratus eſt. Fuit autem Saulus cum diſcipulis qui erant Damaſci, per dies aliquot. Et cõtinuò in ſynagogis prædicabat Chriſtum, quòd is eſſet filius Dei. Stupebant autem omnes qui eũ audiebãt, ac dicebant: Nõne hic eſt qui expugnabat Hieroſolymis eos, qui inuocabãt nomen iſtud? Et huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes ſacerdotũ. Saulus autẽ multò magis inualeſcebat, & cõfundebat Iudęos, qui habitabãt Damaſci, affirmans, quòd is eſſet Chriſtus.

Euangelium. Matth. xix.

Matt. 16. Luc. 18. RESpondens Petrus, dixit Ieſu: Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui ſequuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, cẽtuplum accipiet, & vitæ æternæ ſortietur hæredita-

Luc. 21. Sap. 5. Deut. 33. Iob. 42.

hæreditatem. Multi autem primi erunt nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

Die purificat. Mariæ virgin.

Collecta.

OMnipotens Deus, maieſtatem tuam ſupplices exoramus, vt ſicut vnigenitus filius tuus cum carnis noſtræ ſubſtantia hodie tibi in tẽplo eſt præſentatus, ita nos facias purgatis mentibus tibi præſentari, & vitam obtinere æternam: Per eundem Ieſum Chriſtum Dominum. &c.

Epiſtola.

Eadem cum illa, quæ, aſſignatur diei Dominico.

Euangelium. Luc. ij.

POſtea quàm completi fuiſſent dies purgationis eorum ſecundum legem Moſi, Leuit.12. abduxerũt eum Hieroſolymam, vt ſiſterent eum Domino: ſicut ſcriptum eſt in lege Domini. Omne maſculinum adaperiens Exod.13 vuluam, ſanctum Domino vocabitur, & vt Num.8. darent hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pul- Exod.13 los columbarum. Et ecce homo erat Hie- Num.8. roſolymis, cui nomen Simeon, & homo iſte

iuſtus

iuſtus ac pius, expectans conſolationem Iſrael, & ſpiritus ſanctus erat ſuper eum. Et reſponſum acceperat à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi priùs videret Chriſtum Domini. Et venit per ſpiritum in templum.

Die Matthiæ Apoſtoli.

Collecta.

OMnipotens Deus, qui in locum Iudæ traditoris elegiſti fidelem ſeruū tuum Matthiam, vt eſſet vnus ex numero duodecim Apoſtolorum, defende eccleſiam tuam à doctrina pſeudoapoſtolorum, & tribue vt à veris paſtoribus gubernetur. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Epiſtola. Actor. i.

IN diebus his, exurgens Petrus in medio diſcipulorum, dixit: (erátq; turba hominum ſimul ferè centū viginti) Viri fratres, oportuit impleri ſcripturā hanc, quam prę-
Matt.26. dixit Spiritus ſanctus per os Dauid de Iu-
Ioan.18. da, qui fuit dux his, qui comprehenderunt
Matt.10. Ieſum: quia cooptatus erat in numerū noſtrûm, & ſortitus erat partem miniſterij hu-
Matt.28. ius. Et is quidem parauit agrū ex mercede iniquitatis, ſuſpenſúſq; crepuit medius, & effuſa

effusa sunt omnia viscera eius. Et innotuit omnibus habitantibus Hierosolymæ, ita vt appellaretur ager ille, lingua illis vernacula, Aceldama: hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat Psal.68. commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea: &, Episcopatum eius accipiat alter. Oportet igitur vt ex his viris, qui no- Psal. 108. biscum versati sunt toto tempore, quo Dominus Iesus perpetuam vitæ consuetudinẽ egit nobiscum, exorsus à baptismo Ioannis, ad eum vsque diem quo receptus est à nobis, vnus quispiam constituatur, qui sit vnà nobiscum testis resurrectionis eius. Et statuerunt duos: Ioseph qui vocatur Barsa- Actor.6. bas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam. Et facta precatione, dixerũt: Tu Do- 1.Par.29. mine, qui corda nosti omnium, ostende vtrũ elegeris ex his duobus, vt accipiat sortem ministerij huius & apostolatus, vnde præuaricatus excidit Iudas, vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eorum, & cecidit sors super Matthiam, & cooptatus est Prou.16. ad numerum vndecim Apostolorum.

Euangelium, Matth.xi.

IN illo tempore, respondens Iesus, dixit: Luc.18. Gratias ago tibi pater Domine cæli & terræ, quòd abscõderis hæc à sapientibus & Prou.11.

pruden-

prudentibus,& reuelaris ea paruulis. Certè
Matt.18. pater, ſic fuit bona voluntas apud te. Om-
Luc.10. nia mihi tradita ſunt à patre meo: & nemo
Ioan.3. nouit filiũ, niſi pater: neque patrem quiſpi-
am nouit, niſi filius, & cuicunque voluerit
filius reuelare. Venite ad me omnes qui la-
boratis & onerati eſtis, & ego refocillabo
Eccleſ.6. vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſ-
Ierem.6. cite à me, quòd mitis ſim,& humilis corde,
& inuenietis requiem animabus veſtris. Iu-
gum enim meum commodum eſt, & onus
meum leue eſt.

Annunt. beatæ Mariæ.

Collecta.

MEntibus noſtris, quæſumus Domine, gratiam tuam benignus infunde; vt qui Angelo annuntiante filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius & crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur: Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

Lectio. Eſa. vij.

ET adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſuprà. Et dixit Achaz: Non petam:& non

tentabo

tentabo Dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid, Nunquid parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignũ. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.

Euangelium. Luc. i.

IN menſe autem ſexto, miſſus eſt angelus Marc. 1.
Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſam viro, cui nomen erat Ioſeph, de Domo Dauid, ac nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit: Aue gratioſa, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Illa verò cùm vidiſſet, turbata eſt ſuper oratione eius, & cogitabat qualis eſſet illa ſalutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, nacta es enim gratiam apud Deũ. Ecce Eſa. 7.
concipies in vtero, & paries filium, ac vo- Math. 1.
cabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi Daniel. 7.
Dominus Deus ſedem Dauid patris ipſius, Mich. 4.
regnabítq; ſuper domum Iacob in æternũ, Hebr. 1.
& regni eius non erit finis. Dixit autẽ Maria ad angelum: Quomodo erit iſtud, quãdoquidẽ virum non cognoſco? Et reſpondens

dens angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei. Atque ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis eſt ſextus illi, quæ dicebatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Ac diſceſſit ab illa Angelus.

Marc.9.
Luc.18.

Die S. Marci Euangeliſt.

Collecta.

DEus, qui beatum Marcum Euangeliſtam tuum, ad Euágelicæ prædicationis gratiam euexiſti, tribue quæſumus, nos ſemper ſancto tuo Euangelio proficere, & fidei conſtantia ſtabiliri, vt non ſimus ſemper pueri, fluctuátes omni vento doctrinæ. Per Ieſum Chriſtum Dominum. &c.

Epiſtola. Epheſ. iiij.

Rom.12.
1.Cor.12.
Pſal.67.
Eſa.45.

VErùm vnicuiq; noſtrûm data eſt gratia iuxta menſuram donationis Chriſti. Quapropter dicit: Cùm aſcendiſſet in altum, captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus. Cæterùm illud Aſcendit, quid

quid eſt, niſi quòd etiam deſcenderat prius in infimas partes terræ? Qui deſcẽdit, idem ille eſt, qui etiam aſcendit ſupra omnes cœlos, vt impleret omnia. Et idem dedit, alios quidem apoſtolos, alios verò prophetas, alios autem Euangeliſtas, alios autem paſtores ac doctores, ad inſtaurationem ſanctorum in opus adminiſtrationis, in ædificationẽ corporis Chriſti, donec perueniamus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plene adultæ Chriſti, vt non amplius ſimus pueri, qui fluctuemus & circumferamur quouis vento doctrinæ, per verſutiam hominum, per aſtutiã qua nos adoriuntur, vt imponant nobis, ſed veritatem ſectantes in charitate, adoleſcamus in illũ per omnia, qui eſt caput, nempe Chriſtus: in quo totũ corpus, ſi coagmentetur, & compingatur per omnem commiſſuram ſubminiſtrationis, iuxta actum in menſura vniuſcuiuſque partis, incrementum corporis facit, in ædificationem ſui ipſius, per charitatem.

Iob.3.
1.Cor.12.
1.Cor.14.
Coloſ.2.

Euangelium. Ioan. xv.

DIxit Ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructũ, tollit: & omnem qui fert fructũ, purgat, vt fructum

Eccleſ.24.
Ioan.13.
Actor.23.

fructum copiosiorem afferat. Iam vos mundi estis, propter sermonē quē loquutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructū à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me māseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multū: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me nō manserit, eiectus est foras sicut palmes, & exaruit: & colligūt eos, & in ignē conijciunt, & ardent. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quicquid volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc glorificatus est pater meus, vt fructū copiosum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, ita & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc loquutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis maneat, & gaudium vestrum impleatur.

Matt.21. Marc.11. Ioan.14. & 16.

Die Phil. & Iac. Apost.

Collecta.

OMnipotens Deus, cuius vera cognitio vita æterna est, fac nos credere filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum esse

esse viam,& veritatem,& vitã, id quod sancti Apostoli tui Philippus & Iacobus crediderunt & docuerunt. Per eundem Dominum nostrum Iesum. &c.

Epistola. Iacob. i.

IAcobus Dei ac Domini Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, salutem. Pro summo gaudio ducite fratres mei, quoties in tentationes in- Rom.5. 1.Pet.1.
cideritis varias: illud scientes, quòd exploratio fidei vestræ parit patientiã. Cæterùm patientia opus perfectũ habeat, vt sitis perfecti & integri, nulláque in parte diminuti. Zach.13. Ioan.16. Prou.2.
Quòd si cui vestrũ deest sapientia, postulet ab eo qui dat, nempe Deo: qui dat inquam, omnibus simpliciter, nec exprobrat, ac dabitur ei. Sed postulet cũ fiducia, nihil hæsitãs. Nã qui hæsitat, is similis est fluctui maris qui vẽtis agitur,& impetu rapitur. Neq; enim existimet homo ille se, quicquam accepturũ à Domino. Vir animo duplici, inconstans est in omnibus vijs suis. Glorietur autem frater, qui est humilis, in sublimitate sua. Contrà qui diues est, in humiliatione sui: quoniã veluti flos herbæ præteribit. Exortus est enim sol cũ æstu, & exaruit herba, & flos illius decidit,& decor aspectus illius perijt. Sic & diues, in vijs suis marcescet. Marc.11. Eccles.14. Esa.40. 2.Pet.1. Iob.5.

Beatus vir qui ſuffert tentationem : quoniã cùm probatus erit, accipiet coronam vitæ, quam promiſit Dominus ijs, à quibus fuerit dilectus.

Euangelium. Ioan. xiiij.

DIxit Ieſus diſcipulis ſuis. Ne turbetur cor veſtrũ. Creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei, mãſiones multæ ſunt. Quòd ſi ſecus eſſet, dixiſſem vobis: Vado paraturus vobis locũ. Et ſi abiero ad parandũ vobis locũ, iterum veniam & aſſumam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis : & quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis.

Ioan.8. Dicit ei Thomas : Domine, neſcimus quò vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire?

Ioan.1. & 11. Ioan.6. Dicit ei Ieſus : Ego ſum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad patrem, niſi per me. Si cognouiſſetis me, & Patrem meum vtique cognouiſſetis. Et nunc cognoſcitis eum, & vidiſtis eum. Dicit ei Philippus : Domine, oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus : Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, qui vidit me, vidit patrem. Et quomodo tu

Ioan.10. Ioan.3. 7.8. & 12. & 14. dicis, Oſtende nobis patrẽ? Nõ credis quòd ego in patre ſum, & pater in me? Verba quę ego loquor vobis, à me ipſo nõ loquor. Pater autẽ in me manẽs, ipſe facit opera. Cre-

dite mihi, quòd ego in patre sum, & pater in me. Alioqui propter ipsa facta, credite mihi. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora his faciet, quia ego ad patrem vado. Et quicquid petieritis nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur pater per filium. Si quid petieritis per nomen meum, ego faciam.

Die Barnabæ Apostoli.

Collecta.

OMnipotens Domine, qui sanctum Apostolum tuum Barnabam singularibus donis sancti Spiritus ornasti, quæsumus, ne sinas nos destitui multiplicibus donis tuis aut gratia tua, vt illis rectè vtamur ad laudem & gloriam sanctissimi nominis tui. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Epistola. Actor. xi.

PEruenit autem rumor ad aures Ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis, super his: & miserunt Barnabam, vt iret ad Antiochiam. Qui cum peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est: & hortabatur omnes, Actor. 1 vt proposito cordis perseuerarent adhærere Domino. Nam erat vir bonus, ac plenus Spiritu sancto, & fide. Et addita est

t.9. multa turba Domino. Profectus est autem Barnabas Tarsum, vt quæreret Saulum, quem cùm inuenisset, perduxit Antiochiã. Accidit autem vt annum totum consuetudinem agerent cum ea congregatione, doceréntq; turbam multam, & discipuli cognominarentur primùm Antiochiæ, Christiani. In his autem diebus superuenerunt ab vrbe Hierosolymorum prophetæ Antio-
ct.21. chiam, surgénsq; vnus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritũ, famem magnã futuram in toto terrarum orbe, quæ accidit
Cor.16. sub Claudio Cæsare. Discipuli autẽ prout
Cor.8. cuiq; suppetebat, proposuerũt in subsidium
9. mittere habitantibus in Iudæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per
Actor.12. manum Barnabæ ac Sauli.

Euangelium. Ioan. xv.

oan.13. Dixit Iesus discipulis suis: Hoc est præ-
.Ioan.3. ceptum meum, vt diligatis vos inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt quis animam suam
Matt.12. ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæcunque ego præcipio vobis. Non posthac vos dico seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, notã feci vobis. Non vos
Ephes.1. me

me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & conſtitui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat: vt quicquid petieritis Patrem nomine meo, det vobis. Coloſ.2

Die Ioannis Baptiſtæ.

Collecta.

OMnipotens Deus, cuius prouidentia præcurſor Ioannes Baptiſta miraculoſè natus eſt, & miſſus vt præpararet viam filio tuo prædicatione pœnitentiæ:fac nos eius doctrinam & ſanctam vitam ita imitari, vt agamus veram pœnitentiam iuxta ipſius doctrinam, & exemplo eius conſtanter fateamur veritatem, & liberè crimina reprehendamus, ac patienter pro confeſſione veritatis mortem perferamus acerbam. Per eundem Ieſum Chriſtũ Dominum. &c.

Lectio. Eſai. xl.

COnſolamini cõſolamini popule meus, dicit Deus veſter. Loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam : quoniam cõpleta eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius. Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto : Parate viam Domini, rectas Matt.3. Marc.1. Luc.3. Ioan.1.

 facite

facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri.
Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Et reuelabi-
Ieſ.14. tur gloria Domini, & videbit omnis caro
b.1. pariter quòd os Domini locutū eſt. Vox di-
t.1. cētis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis
Ieſ.14. caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos
b.1. agri. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos,
t.1. quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo. Verè
n.12. fœnum eſt populus: exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos; verbum autē Domini noſtri manet in æternum. Super montē excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hieruſalē. Exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus veſter: ecce Dominus
ch.34. Deus in fortitudine veniet, & brachium eius
5. dominabitur. Ecce, merces eius cum eo, &
n.10. opus illius corā illo. Sicut paſtor, gregē ſuū paſcet: in brachio ſuo cōgregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit: fœtas ipſe portabit.

Euangelium. Luc. i.

ELizabethæ verò impletū eſt tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, quòd magnificè Dominus miſericordia ſua vſus eſſet erga illam, & gratulabantur ei. Et factum eſt in die

die octauo, venerunt ad circuncidendum puerum, & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerũt ad illã: Nemo est in cognatione tua, qui vocetur isto nomine. Innuebant autẽ patri eius, quid vellet vocari eũ. Isque postulatis tabellis scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et admirati sunt vniuersi. Apertũ est autem os eius illicò, & lingua eius loquebatur laudãs Deum. Et peruasit timor omnes vicinos eorũ, & per omnem montanã regionẽ Iudęæ diuulgabantur omnia verba hæc: & posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quidnã puer hic erit? Et manus Domini erat cũ illo. Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, prophetauitq;, dicens: Laudandus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem populo suo. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui: Sicut loquutus est per os sanctorũ, qui à seculo fuerunt prophetarum suorũ: Fore vt seruaremur ab inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos: Vt vteretur misericordia erga patres nostros, ac memor esset testamenti sui sancti. Præstarétq; iusiurandũ quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, ac daret nobis. Vt sine timore,

Psal. 131.

Gen. 22.

a. 38. timore, de manu inimicorum nostrorum li-
ebr. 9. berati, seruiremus ipsi: Cum sanctitate & iustitia coràm ipso, cunctis diebus vitæ nostræ. Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini ad parandum vias eius. Ad dandam scientiam salutis populo ipsius, per remissionem peccatorum eius. Per viscera misericordiæ Dei nostri, quibus visitauit nos oriens ex alto: Vt illucesceret his qui in tenebris & vmbra mortis sedebāt, ad dirigēdos pedes nostros in viā pacis. Puer autem crescebat & corroborabatur spiritu, & erat in desertis donec veniret dies, quo ostendendus erat apud Israëlitas.

Die S. Petri Apostoli.

Collecta.

OMnipotens Deus, qui per filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum beato Petro Apostolo excellentia dona contulisti, & vt gregem tuum diligenter pasceret tertiò præcepisti, præsta quæsumus, vt omnes Episcopi & Pastores diligenter doceant Euangelium, & vt populus doctrinæ sit obsequens, quatenus vitā consequatur æternam. Per Iesum Christum Dominum nostrum.

Epistola.

Epiſtola. Actor. xij.

EOdem autem tempore iniecit Herodes Rex manus, vt affligeret quoſdã de Eccleſia. Occîdit autem Iacobum fratrem Ioannis, gladio: videns autem quòd gratum eſſet Iudæis, perrexit comprehendere & Petrum. Erant autem dies azymorum. Quem cùm etiam apprehendiſſet, poſuit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum aſſeruandum: volens poſt Paſcha producere eum populo. Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere. Cæterùm precatio fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad Deum pro eo. Cùm autem producturus eũ eſſet Herodes, in ipſa nocte dormiebat Petrus inter duos milites, vinctus catenis duabus, & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem. Et ecce angelus Domini adſtitit, & lumẽ refulſit in habitaculo, percuſſóque latere Petri, excitauit eũ, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum: Pręcingere, & ſubliga ſoleas tuas. Et fecit ſic. Et dicit illi: Circunda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat quòd verum eſſet quod fiebat per angelum, ſed putabat ſe viſum videre. Cùm autem præteriſſent primam ac

Matt.4. 17.20.26.

Actor.4.

Actor.5. & 16.

ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portam
ferream, quæ ducit in ciuitatem, quæ vltrò
aperta eſt eis. Et exeuntes, proceſſerunt vi-
cum vnum,& continuò diſceſſit angelus ab
Gen.28. eo. Et Petrus ad ſe reuerſus,dixit:Nũc ſcio
verè, quòd miſerit Dominus angelũ ſuum,
Daniel.9. & eripuit me è manu Herodis, & ex omni
expectatione plebis Iudæorum.

Euangelium. Matth. xvi.

Marc.8. Luc.9. CVm veniſſet autem Ieſus in partes Cæ-
ſareæ, eius quæ cognominatur Philip-
pi, interrogauit diſcipulos ſuos, dicens:
Quem me dicunt homines eſſe, filium illũ
hominis? Illi verò dicebant: Alij quidem
Ioannem Baptiſtam, alij verò Heliam, alij
verò Hieremiam,aut vnum de numero pro-
phetarum. Dicit illis: At vos quem me di-
citis eſſe? Reſpondẽs autem Simon Petrus,
Ioan.6. dixit: Tu es Chriſtus ille filius Dei viuen-
tis. Et reſpondens Ieſus,dixit illi: Beatus es
Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis non
reuelauit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cæ-
1.Cor.10. lis. At ego viciſſim tibi dico, quòd tu es Pe-
Eſa.18. trus,& ſuper hanc petram ædificabo meam
Matt.18. eccleſiam, & portæ inferorum nõ valebunt
Ioan.20. aduerſus illam. Et dabo tibi claues regni
cælorum: Et quicquid alligaueris in terra,
erit alligatum in cœlis: & quicquid ſolue-
ris

ris in terra, erit solutum in cœlis.

Die S. Iacobi Apost.

Collecta.

MIsericors Deus, cōcede, vt sicut sanctus Iacobus Apostolus tuus, relicto patre & omnibus quæ habebat, continuò obediens fuit vocationi filij tui, & eum est sequutus: Ita nos relictis omnibus mundanis & carnalibus affectibus, semper pareamus mandatis tuis. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Epistola. Actor. xi. & xij.

IN his autē diebus, superuenerunt ab vrbe Hierosolymorum prophetæ Antiochiam, surgénsq; vnus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritum, famem magnam Actor. 21.
futuram in toto terrarum orbe, quæ accidit sub Claudio Cæsare. Discipuli autem prout 1. Cor. 16.
cuiq; suppetebat, proposuerunt in subsidium mittere habitātibus in Iudæa fratribus: 2. Cor. 8. & 9.
quod & fecerunt, mittentes ad Seniores per manum Barnabæ ac Sauli. Eodem autem Actor. 12.
tempore iniecit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia. Occîdit autem Iacobum fratrem Ioannis, gladio: Matt. 4. 17.
videns autem quòd gratum esset Iudæis, 20. 26.

perrexit

perrexit comprehendere & Petrum.

Euangelium. Matth.xx.

Matt.10. TVnc acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi, cum filijs ſuis adorans,& petens aliquid ab eo. At ille dicit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam,& alter ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petitis. Poteſtis bibere poculum,quod ego bibiturus ſum? & baptiſmate quo ego baptizor,baptizari? Dicũt ei: Poſſumus. Ait illis: Poculum quidem meum bibetis, & baptiſmate quo ego baptizor,baptizabimini: ſedere autẽ ad dexteram meam & ſiniſtram meam, non eſt meum dare, ſed ijs continget quibus paratum eſt à patre meo. Et cùm audiſſent decem, indignati ſunt de duobus fratribus. Ieſus

Marc.9. & 10. Luc.19. & 22. autem vocauit eos ad ſe & ait: Scitis, quòd principes gentium dominentur illis:& qui magni ſunt, poteſtatem exerceant in eas. Nõ ita erit inter vos, ſed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter: & qui voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſeruus. Sicut filius hominis non venit vt ſibi miniſtraretur, ſed vt ipſe miniſtraret:vtq; daret animam ſuam,redemptionem pro multis.

Die

Die S.Barthol. Apoſtoli.

Collecta.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti Apoſtolo tuo Bartholomæo, vt crederet Euangelio, illúdque doceret, da quæſumus eccleſiæ tuæ & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Epiſtola. Actor. v.

PEr manus autem apoſtolorum, ædebãtur ſigna ac prodigia multa in populo. Et erant vnanimiter omnes, in porticu Solomonis. Cæterorum autem nemo audebat ſe coniungere illis, ſed magnificabat eos populus. Magis autem accreſcebat credentium Domino multitudo virorũ ſimul ac mulierum, ita vt in plateas exportarent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabâtis, vt venientis Petri vel vmbra obumbraret aliquem illorum. Conueniebat autem & multitudo vicinarum ciuitatũ Hieroſolymam, afferens ægros ac vexatos à ſpiritibus immundis, qui ſanabantur omnes.

Matt.16. Act.2.3. & 4. 3.Reg.6. Ioan.10. Matt.4.8. & 15.

Euangelium. Luc. xxij.

FActa eſt autem & contentio inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit

Matt.20. Marc.9. & 18.

Luc.9. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eis : & qui poteſtatem habent ſuper
1.Pet.5. eas, benefici vocantur. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior: & qui princeps eſt, ſicut qui miniſtrat. Nam vter maior eſt, qui accumbit, an qui miniſtrat? nônne qui accumbit? At ego in medio veſtrûm ſum, vt qui miniſtrat. Vos autem eſtis qui permanſiſtis me-
Luc.12. cum in tentationibus. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ: vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in
Matt.19. regno meo: & ſedeatis ſuper thronos, iudi-
Apoc.3. cantes duodecim tribus Iſrael.

Die S. Matthæi Apoſt.

Collecta.

OMnipotens Deus, qui per filium tuum vocaſti beatũ Matthæum vt ex publicano Apoſtolus fieret & Euangeliſta, da nobis gratiam, vt ſtudium pecuniæ & opum amorem inordinatum, relinquamus, & ſequamur filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum.

Epiſtola.

Epiſtola. ij. Corin. iiij.

PRopterea cùm miniſterium hoc habeamus, vt noſtri miſertus eſt Deus, haud degeneramus: ſed reiecimus occultamenta dedecoris, non verſantes per aſtutiam, neque dolo tractantes verbum Dei: ſed manifeſtatione veritatis, commendantes noſipſos apud omnem conſcientiam hominũ, in conſpectu Dei. Quod ſi adhuc velatum eſt Euangelium noſtrum, in his qui pereunt velatum eſt. In quibus Deus huius ſeculi excæcauit ſenſus incredulorum, ne illuceſceret illis lumen Euãgelij glorię Chriſti, qui eſt imago Dei. Non enim noſipſos prædicamus, ſed Chriſtum Ieſum Dominum: nos autem ſeruos veſtros propter Ieſum. Quoniam Deus eſt, qui iuſſit è tenebris lucem illuceſcere, qui luxit in cordibus noſtris, ad illuminationẽ cognitionis gloriæ Dei, in facie Ieſu Chriſti.

Eſa. 6. Ioan. 12. Coloſ. 1. Phil. 2. Hebr. 1. Gen. 1. 2. Pet. 1.

Euangelium. Matth. ix.

ET præteriens Ieſus illinc, vidit hominem deſidentem ad telonium, Matthæum nomine, dixítq; ei: Sequere me. Atque is ſurgens, ſequutus eſt eum. Et factum eſt, vt Ieſus accumberęt in illius ædibus: & ecce multi publicani & peccatores, qui venerant,

Matt. 2. Luc. 5. & 15.

nerant, simul accubuerunt cum Iesu & discipulis illius. Cúmq; id vidissent Pharisæi, dixerunt discipulis eius: Cur cum publicanis & peccatoribus sumit cibum præceptor vester? At Iesus vbi audiuit, dixit illis: Non opus habent hi qui validi sunt, medico, sed qui male habent. Quin potiùs ite & discite

Ose.6. quid sit illud: Misericordiam volo, & non

Matt.12. sacrificium. Non enim veni ad vocandum

1.Tim.1. iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Die Michaelis, & omniũ Angelorũ.

Collecta.

DEus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominúmq; dispensas, cōcede propitius, vt à quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Epistola. Apoc. xij.

ET factum est prælium magnũ in cælo: Michaël & angeli eius præliabantũr cũ dracone: & draco pugnabat & angeli eius, & non valuerunt: neque locus inuentus est

Esa.14. eorum amplius in cælo. Et proiectus est

Luc.10. draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocabatur diabolus & Satanas, qui seducit

totum

totum terrarum orbem: & proiectus est in terram, & angeli eius cũ illo proiecti sunt. Et audiui vocem magnã dicentem: In cœlo nunc facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrũm nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte: & ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni, & propter sermonem testimonij sui: & non dilexerunt animam suam vsque ad mortem. Proptereà lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ habitatoribus terræ & maris, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet.

Euangelium. Matt. viij.

IN illo tempore accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Qui maximus est in regno cœlorum? Et accersitum ad se puerum Iesus, statuit in medio illorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum. Quisquis igitur demiserit semetipsum, sicut est puer iste, hic est ille maximus in regno cœlorum. Et qui receperit vnum pusillũ talem in nomine meo, me recipit. Qui autem offenderit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei,

Marc. 9. Luc. 9. 1. Pet. 2. Math. 9. Luc. 17.

vt ſuſpendatur mola aſinaria in collũ eius,
ac demergatur in profundum maris. Væ
1.Cor.11. mundo ab offendiculis. Neceſſe eſt enim
vt veniant offendicula: veruntamen væ homini,
per quem offendiculum venit. Quòd
Matt.5. ſi manus tua vel pes tuus obſtaculo eſt tibi,
Marc.9. abſcide eum, & proijce abs te. Bonum eſt
tibi ad vitam ingredi claudũ aut mutilum,
potiùs quàm duas manus, vel duos pedes
habentem, mitti in ignem æternum. Et ſi
oculus tuus offendit te, erue eum, & proijce
abs te. Bonum eſt tibi, ut luſcus intres in vitam,
potiùs quàm vt duos oculos habens,
mittaris in gehennam ignis. Videte ne cõtemnatis
vnũ ex his puſillis. Dico enim vobis,
quòd Angeli eorum in cælis, ſemper vident
faciem Patris mei, qui in cœlis eſt.

Die S. Lucæ Euangeliſtæ.

Collecta.

OMnipotens Deus, qui Lucam medicũ, cuius laus eſt in Euangelio, vt animarum quoque curam ſuſciperet, ad te vocaſti, præſta quæſumus, vt ſalubribus eius doctrinæ medicinis, omnes animarum noſtrarum morbi ſanentur. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Epiſtola.

Epistola. ij. Timoth. iiij.

AT tu vigila in omnibus, obdura in afflictionibus, opus perage Euãgelistæ, ministerium tuum ad plenũ probatũ reddito. Nam ipse iam immolor, & tempus meæ resolutionis instat. Certamen bonum decertaui, cursum consummaui, fidem seruaui: quod superest, reposita est mihi iustitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illo die, qui est iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentũ ipsius. Da operam, vt venias ad me citò: nam Demas me dereliquit, amplexus præsens seculum, & profectus est Thessalonicam: Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam: Lucas mecum est solus. Marcum assumptum adducito vnà tecum: est enim mihi perutilis ad ministeriũ. Porrò Tychicum misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpũ, cùm venies, apporta, & libros, maximè autem membranas. Alexander, faber ærarius, multis malis nos affecit, reddat illi Dominus iuxta facta ipsius: quem & tu caue. Vehementer enim restitit sermonibus nostris.

2.Pet.1. 1.Cor.9. 1.Pet.5. Colos.4. Phil.1. Colos.1. 1.Tim.1.

Euangelium. Luc. x.

POst hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta, misitque illos binos

ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus: dicebat ergo

Matt.9. illis: Messis quidem multa, sed operarij pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt

Matt.10. extrudat operarios in messem suã. Ite, ecce

Marc.6. ego mitto vos sicut agnos inter lupos. No-

Luc.9. lite portare sacculum, neque peram, neque

Luc.10. calceamenta: & neminem per viam salutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui. & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin minus, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quę dantur ab illis. Dignus est enim operarius mercede sua.

Die Simonis & Iudæ Apost.

Collecta.

OMnipotens Deus, qui Ecclesiam super fundamento prophetarum & Apostolorũ in ipso summo angulari lapide Christo Iesu ædificasti, da nobis vt per eorum doctrinã in vnitate spiritus cõiungamur, vt simus tibi semper templũ acceptabile. Per eundem Iesum Christũ Dominũ nostrum.

Epistola. Iudæ.i.

IVdas Iesu Christi seruus, frater Iacobi, ijs qui in Deo patre sanctificati sunt, quiq;

Iesu Christo seruati sunt, vocatis: Misericordia vobis, & pax, & charitas multiplicetur. Dilecti, tantũ mihi studium fuit scribendi ad vos, de communi salute, vt non potuerim non scribere vobis, obsecrans, vt vestris laboribus adiumento sitis fidei, quæ semel data est sanctis. Obiter enim 1.Pet.2. subierunt quidam homines impij, qui prius descripti fuerant in hoc iudicium, qui Dei nostri gratiam transferunt ad lasciuiam, ac Deum qui solus est herus, ac Dominum nostrum Iesum Christum, negãt. Volo autem vos commonefacere, cùm sciatis semel illud, quòd Dominus, posteà quàm populum ex Ægypto saluum eduxerat, rursus Num.14. eos qui non credebant, perdidit: quódque Esa.14. Angelos, qui non seruauerant suam originem, sed reliquerant suum domicilium, ad iudicium magni illius diei vinculis æternis sub caligine seruauit. Sicut Sodoma & Go- Gen.19. morrha, & his finitimæ ciuitates, quæ ad consimilem modum cum illis stupris inquinatæ fuerãt, ac sequutæ fuerant carnem alienam, propositæ sunt exemplo, ignis æterni pœnam sustinentes. Similiter sanè & hi delusi in somnijs, carnem quidẽ polluũt, dominos verò spernunt, in potestate præditos, maledicta congerunt.

Euangelium. Ioan. xv.

Ioan.13. HOc est præceptum meum, vt diligatis
Ioan.3. vos inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem
hac dilectionem nemo habet, vt quis animam
suam ponat pro amicis suis. Vos a-
Matt.12. mici mei estis, si feceritis quæcunque ego
præcipio vobis. Non posthac vos dico seruos;
quia seruus nescit quid faciat dominus
eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia
quæ audiui à patre meo, nota feci vobis.
Ephes.1. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &
Colos.1. constitui vos, vt eatis & fructum afferatis, &
fructus vester maneat: vt quicquid petieritis
patrem nomine meo, det vobis. Hæc
præcipio vobis, vt diligatis vos mutuò. Si
mundus vos odit, scitis quòd me prius quã
vos odio habuerit. Si de mundo fuissetis,
mundus quod suum est, diligeret. Quia verò
de mundo nõ estis, sed ego elegi vos de
mũdo, propterea odit vos mundus. Memẽtote
sermonis, quem ego dixi vobis: Non
Marc.10. est seruus maior domino suo. Si me persequuti
sunt, & vos persequentur. Si sermoné
Ioan.16. meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.
Sed hęc omnia faciẽt vobis propter nomen
meum, quia non nouerunt eum qui misit
me. Si non venissem, & loquutus fuissem
eis, peccatum non haberent. Nunc autem
non habent quod prætexant peccato suo.

Qui

Qui me odit,is & patrem meum odit. Si opera non fecissem inter eos, quæ nemo alius fecit,peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt & oderunt, non solùm me, verumetiam patrem meum. Sed hoc accidit,vt compleatur sermo,qui in lege eorum scriptus est: Odio habuerunt me gratis. Cũ autem venerit paracletus, quem ego mittã vobis à patre, spiritus veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Quin & vos testes estis, quia ab initio mecum estis.

Ioan.9. & 15. Psal.24. & 68. Ioan.14. & 16 Actor.2.

Die omnium Sanctorum.

Collecta.

OMnipotens Deus,qui coniunxisti electos tuos in vna communione & societate mystici corporis filij tui Domini nostri Iesu Christi, da vt sanctos tuos in omnibus virtutibus & bonis operibus imitemur, vt ad ineffabile gaudium quod præparasti ijs, qui verè te diligũt,perueniamus. Per Iesum Christum Dominum nostrum.

Epistola. Apocalypsis.vij.

ECce ego Ioannes vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis,habentem sigillum Dei viui, & clamauit voce magna, quatuor Angelis, quibus datum

eſt nocere terræ & mari, dicens: Nolite no-
Apoc.9. cere terræ, neque mari, neque arboribus, quoaduſque ſignemus ſeruos Dei noſtri, in frontibus ſuis. Et audiui numerum ſignatorum, centū quadraginta quatuor millia ſignati, ex omni tribu filiorum Iſrael. Ex tribu Iuda, duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben, duodecim millia ſignati. Ex tribu Gad, duodecim millia ſignati. Ex tribu Aſer, duodecim millia ſignati. Ex tribu Neptalim, duodecim millia ſignati. Ex tribu Manaſſe, duodecim millia ſignati. Ex tribu Simeon, duodecim millia ſignati. Ex tribu Leui, duodecim millia ſignati. Ex tribu Iſachar, duodecim millia ſignati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia ſignati. Ex tribu Ioſeph, duodecim millia ſignati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia ſignati. Poſt hæc vidi, & ecce turba multa, quam di-
Eccleſ.2. numerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & populis, & tribubus, & linguis, ſtā-tes ante thronum, & in cōſpectu agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus ei, qui ſedet ſuper thronum Dei noſtri, & agno. Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum & quatuor animalium, & procubuerunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes;

Amen.

Amen. Benedictio,& claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro,in secula seculorũ. Amen.

Euangelium. Matth. v.

CVm autem vidisset Iesus turbas, ascendit in montẽ : & quum consedisset,accesserunt ad illum discipuli eius: & postquã aperuisset os suum, docebat illos, dicens : Beati pauperes spiritu,quoniam illorum est Luc. 6. regnum cœlorum.Beati qui lugent,quoniã Esa.61. ipsi consolationem accipient. Beati mites, & 66. quoniã ipsi hęreditatẽ accipient terrę.Beati Ierem.3. qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabuntur. Beati misericordes,quoniam ipsi misericordiã consequentur. Beati mundo corde,quoniã ipsi Deum videbunt.Beati pacifici, quoniam ij filij Dei vocabuntur. Beati qui persequutionẽ patiuntur propter iustitiã,quoniã illorum est regnũ cœlorum. Beati estis, cùm probra iecerint in vos & insectati fuerint,& dixerint omne malum verbum,aduersus vos mentientes,propter me. 1.Pet.4. Gaudete & exultate, quoniã merces vestra Actor.5. multa est in cœlis. Sic enim persequuti fuerunt prophetas,qui fuerunt ante vos.

Finis Collectarum, Epistolarum, & Euangeliorum totius anni.

Ordo

Ordo adminiſtrandi Cœnam Domini, ſiue Sacram Communionem.

QVotquot cupiunt participes fieri ſacræ Communionis, indicabunt nomina ſua Paſtori, pridie aut manè; priuſquam inchoentur Matutina, vel immediatè poſt principium Matutinarum precum.

Si quis autem eorum fuerit manifeſtè crimino-ſus, ita vt Eccleſia per eum ſit offenſa, vel affecit proximum iniuria, verbis aut facto, Si Paſtor hoc intellexerit vocabit eum, & commonefaciet, ne vllo modo audeat accedere ad menſam Domini, donec præbuerit clara indicia ſuæ reſipiſcentiæ, & ſatisfecerit Eccleſiæ, ac illis quos affecit iniuria: vel ad minimum, promittat ſe illis ſatisfacturum, quam primùm commodè fieri poteſt.

Eodem ordine, admonebit paſtor eos, inter quos intelligit eſſe ſimultates, ac odia, nec permittet eos communicare menſæ Domini, donec certior redditus fuerit de eorum reconciliatione. Quod ſi altera pars litigantium dixerit ſe velle ex animo alteri ignoſcere, & ei etiam ſatisfacere, & altera noluerit accipere ſatisfactionem, aut deponere iram & odium, Paſtor admittet pœnitentem, at non pertinacem.

Cùm Cœna Dominica celebrabitur, menſa mundo panno lineo operta ſtabit in medio vel

Templi, vel Chori, vbi Matutinæ & Vespertinæ preces dicendæ sunt: ad cuius mensæ septentrionalem partem minister stans, orabit Precationem Dominicam.

PAter noster qui es in cœlis. &c.

Cum Collecta sequente.

OMnipotens Deus, cui omne cor patet, & cui omnes affectus animorum cogniti sunt, & quem nihil latet, purifica cogitationes cordium nostrorum, per inspirationem sancti Spiritus, vt te ex animo amemus, & debita veneratione celebremus nomen tuum sanctum. Per Iesum Christum Dominum nostrum.

Tunc recitabit Sacerdos clarè Decem præcepta: & vniuersus populus post singula mandata, genibus flexis, misericordiam Dei implorabit, pro violatione illorum, in hunc qui sequitur modum.

Minister.

LOquutus est Deus verba ista dicendo: Ego sum Dominus Deus tuus. Deos nullos alios habebis præter me. Exod.20. Deut.5.

Populus.

Domine, miserere nostri, & dirige corda nostra ad seruandam hanc legem.

Minister.

Minister.

Non facies tibi ſculptile, neque vllam ſimilitudinem vllius rei quæ eſt ſupra in cœlo, aut infra in terra, aut in aquis ſub terra: non adorabis ea nec coles. Ego enim Dominus Deus tuus, Deus zelotes ſum, viſitās iniquitates patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderũt me, & faciens miſericordiam in millia, hijs qui diligũt me, & cuſtodiunt præcepta mea.

Populus.

Domine, miſerere noſtri, &c.

Minister.

Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: non enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen eius in vanum.

Populus.

Domine, miſerere noſtri, &c.

Minister.

Memento vt diem Sabbati ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptimo autẽ die Sabbatum Domini Dei tui eſt, nullum in eo facies opus, tu & filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui eſt intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit die ſeptimo.

Idcircò

Idcirco benedixit Dominus diei Sabbati, & sanctificauit eum.

Populus.

Domine, miserere nostri, &c.

Minister.

Honora patrem tuum & matrem tuam, vt prolongetur dies tui super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi.

Populus.

Domine, miserere nostri, &c.

Minister.

Non occides.

Populus.

Domine, miserere nostri, &c.

Minister.

Non committes adulterium.

Populus.

Domine, miserere nostri, &c.

Minister.

Non furtum facies.

Populus.

Domine, miserere nostri, &c.

Minister.

Non loquêris contra proximum tuum falsum testimonium.

Populus.

Domine, miserere nostri, &c.

Minister.

Non concupisces domum proximi tui,

nec

nec concupiſces vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec quicquam eorum quæ illius ſunt.

Populus.

Domine, miſerere noſtri, & quæſumus haſce omnes leges tuas cordibus noſtris inſcribas.

Tunc per miniſtrum, ſtantem ad ſacram Menſam, legetur Collecta ſiue oratio diei aſſignata, vnà cum altera duarum Collectarum ſequentium, pro fœlici ſtatu Reginæ.

Oremus.

OMnipotens Deus, cuius regnum eſt æternum, & potentia infinita, miſerere vniuerſæ Eccleſiæ, & ſic dirige cor electæ famulæ tuæ Elizabethæ Reginæ ac gubernatricis noſtræ, vt ipſa (cuius miniſtra ſit ſciens) ante omnia quærat gloriam & honorem tuum: & vt nos ei ſubiecti agnoſcentes vt decet, eam à te habere imperium fideliter ei ſeruiamus, eam honoremus, & obſequamur ipſi cum omni ſubmiſſione, in te, & propter te, iuxta præceptum & ordinationem tuam. Per Ieſum Chriſtum filium tuum, Dominum noſtrum, qui tecũ vnà cum ſpiritu Sancto viuit & regnat ſemper, vnus Deus in ſecula ſeculorum. Amen.

Alia

Alia Collecta.

OMnipotens & æterne Deus, docemur ex sacrosancto verbo tuo corda Regũ in manu tua esse, téq; ea dirigere & inclinare, prout sapientiæ tuæ diuinæ optimè videbitur, suppliciter petimus cor Elizabethæ famulæ tuæ, Reginæ & gubernatricis nostrę ita inclines atque dirigas, vt in omni sua cogita tione, verbo, & opere, super omnia tuum qu ærat honorem & gloriam, & seruare studeat populo tuo sibi commisso prosperitatem & pacem cum pietate, hæc concede misericors pater, propter filium tuum dilectum Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Post has Collectas, sacerdos, seu quis alius Minister ad id deputatus, legat Epistolam, in loco ad id assignato, & sic incipiat.

Epistola sancti N. Apostoli, scripta ad N. capite. &c.

Epistola finita, legatur Euangelium.

Euangelium N. scriptum cap. N. &c.

Post Euangelium, sequetur Symbolum.

CRedo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, atque visibilium omnium & inuisibilium. Et in

vnum

vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, ex Patre natum ante omnia secula. Deum de Deo, Lumen de Lumine: Deum verum de Deo vero, genitum, nó factum: consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem, descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas, & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterùm venturus est cum gloria, iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et vnam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma, in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi. Amen.

Post symbolum sequatur Concio, siue legatur vna Homiliarum iam æditarum aut in posterum publica authoritate ædendarum.

Finita Homilia aut Sermone ad populum.

Pastor

Pastor indicabit festos ac ieiunos dies, si qui fuerint, sequenti septimana.

Inprimisq; hortabitur, vt pauperum meminerint, & eorum inopiam subleuent. Deinde cantentur vel recitentur vna vel plures ex sententijs sequentibus, prout ipsi videbitur.

SIc luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra opera bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Matt.5.

Ne reponatis vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea corrũpit, & vbi fures perfodiunt & furãtur, sed recondite vobis thesauros in cœlo, vbi neque erugo, neque tinea corrumpit, & vbi fures nõ perfodiunt, neque furantur. Matt.6.

Quæcunque volueritis vt faciant vobis homines, sic & vos facite illis. Hæc enim est lex & Prophetæ. Matt.7.

Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est. Matt.7.

Zachæus stans, dicebat ad Dominum, Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus, & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplum. Luc.19.

Quis militat suis stipendijs vnquã? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? 1.Cor.9.

Intereà ædiles seu alij, quibus illud munus assignabitur, colligent oblatam à populo eleemosynam, & in cistam ad pauperum vsum reponent. Singuli item consuetas oblationes & decimas, suo tempore Pastori persoluent.

Post hæc minister dicet.

Oremus pro statu vniuersalis Ecclesiæ, hîc in terra militantis.

1.Tim.2. Si nulla largiatur eleemosyna omittitur (*hæc munera atque.*)

OMnipotens æterne Deus, qui per Apostolū tuum iubes facere orationes, obsecrationes, deprecationes, & gratiarum actiones pro omnibus hominibus; humiliter te petimus, vt clementer accipias (*hæc munera, atque*) has preces nostras, quas offerimus diuinæ maiestati tuæ, supplicantes, vt perpetuò inspires & conserues vniuersę Ecclesiæ spiritum veritatis & cōcordiæ: præsta etiam, vt omnes qui confitentur nomen tuum sanctum, cōsentiant in fide, & vera doctrina Euangelij, & viuant inter se concordes in charitate, Precamur te pro omnibus Regibus Principibus ac gubernatoribus Christum profitentibus. Inprimis autem te oramus, vt serues & defendas famulam tuam Elizabetham Reginam nostram, vt sub ipsa quietam vitam degamus cum omni pietate & honestate. Da suis consiliarijs & vniuersis qui magistratum gerunt, vt veram

tam ſine perſonarum acceptione admini-ſtrent iuſtitiam, qua vitia & nequitiæ pu-niantur & corrigantur: pietas, religio, & virtus creſcant, & afficiantur dignis præ-mijs. Da gratiam, cœleſtis pater, omnibus Epiſcopis, paſtoribus, & his qui curam ge-runt animarum, vt tam vita quàm doctrina ornent miniſterium Euangelij, & admini-ſtrent ſacramenta, iuxta inſtitutionem filij tui. Tribue vniuerſo populo gratiam tuam, præſertim huic congregationi iſtic præſen-ti, vt humili animo, & qua decet reueren-tia, audiant & percipiant ſanctum verbum tuum, & tibi ſeruiant in ſanctitate & iuſti-tia, omnibus diebus vitæ ſuæ. Submiſsè e-tiam te petimus, propter bonitatem tuam Domine, vt conſoleris & ſuccurras omni-bus qui ſunt in anguſtijs, doloribus, infir-mitatibus, vel alijs aduerſitatibus conſtitu-ti. Hæc nobis largire ô pater, propter Ieſum Chriſtum Mediatorem noſtrum vnicum & Aduocatum. Amen.

Tunc ſequetur hæc exhortatio, certis tempori-bus, quando preſbyter videbit populum negligenter accedere ad ſacram Communionem.

CONuenimus hodie dilectiſſimi fratres, ad alendũ nos paſtu cœnæ Dominicæ,

 ad

ad quam in Domino iubeo vos omnes, qui ſaltem hic adeſtis, & item obſecro in Domino Ieſu Chriſto, vt non velitis recuſare accedere, præſertim tam amanter à Domino ipſo vocati ac inuitati. Scitis quàm grauiter & iniquo animo ferri ſolet, cùm quis apparauit opiparum conuiuium, & menſam conquiſitiſſimis epulis inſtruxit, adeò vt nihil deſit, niſi vt conuiuæ accumbant, ſi ij qui vocãtur, temerè & ingratè recuſent accedere. Quis è vobis, ſi ſecum eo pacto ageretur, non ſuccenſeret? Quis non opinaretur immenſam fieri ſibi iniuriam? Quamobrem dilectiſſimi in Chriſto, cauete ne ſubterducentes vos ab hac ſacratiſſima cœna, iram Dei in vos prouoceris. Facilè dici poteſt abs quouis homine, Nolo communicare, quoniam ſecus ſum impeditus mundanis negotijs: verùm huiuſmodi excuſationes, non tam facilè recipiuntur, & probantur coram Domino. Si quiſquam dixerit, Sum grauis peccator, & ideò non auſim accedere, cur quæſo non reſipiſcitis & vos ipſos corrigitis? Cùm Dominus vocat, an non turpe eſſe ducitis reſpõdere: Nolumus accedere? Quando conuerteremini ad Dominum, excuſabitis vos & dicetis, Non ſumus parati? Reputate diligenter apud vos, quàm non valebunt eiuſmodi

fictæ & simulatæ causationes coram Domino. Qui respuerant conuiuium in Euangelio, quia emerant villam, vel quia vellent experiri iuga boum quos comparauerant, vel quia contraxerant matrimonium, non excusabantur, sed habebantur cœlesti illo epulo indigni. Ego hîc adsum, ac pro meo officio inuito vos in Domino, admoneo in Christo, adhortor (si vestram ipsorum redemptionem amplecti libeat) vt sitis participes huius religiosissimæ communionis. Et quemadmodum filius Dei, non dedignabatur morte animam profundere in ara crucis pro salute vestra: sic vestrûm est, vnà participes esse Communionis, in recordationē mortis illius, prout ipse præcepit. Iam si recusare hanc cœnam, certum est vobis, saltem perpendite & reputate quàm immensam iniuriam facitis Deo omnipotenti, & quàm graue supplicium imminet ceruicibus vestris, ob cœnæ contemptionem. Et quoniam tam grauiter Dominum offenditis, vel ipsa sacrati epuli recusatione, admoneo, hortor ac obsecro vos, vt ad hanc ingratitudinem, aliud scelus non adiungatis: quod quidem fiet, si astiteritis tanquam spectatores, & admiratores illorum qui communicant, cùm sitis interim ipsi exortes. Quid etenim aliud duci poterit hoc Luc. 14.

præterquam accumulata quædam & amplificata contemptio & ingratitudo aduersus Deum? Equidem magnæ ingratitudinis est, denegare cum accerseris, multo verò maioris est cùm astas, interim nec edendo nec bibendo, degustare ex hac sacrosancta communione cum cæteris. Quæso an nó meritò duci poterit hæc acerba mysteriorum Christi Domini illusio? Sermo est latè patens, & ad omnes pertinens, Accipite & manducate, Accipite & bibite ex hoc omnes, Hoc facite in mei recordationem. Quo ore, imò quo vultu audietis hæc verba? An non est hæc neglectio, contemptio, & irrisio testamenti Dominici? Quamobrem, potius quàm hoc admittatis, discedite hinc, & date locum ijs, qui piè sunt affecti. Verum inter discedendum, precor à vobis, vt iterum atque iterum cogitetis, abs quo discedìtis. Discedìtis à mensa Domini, discedìtis à fratribus vestris, & ab epulo cœlestis pabuli. Has res si diligenter perpenderitis, ad meliorem & saniorem vitam (Deo bene iuuante) conuertemini. Quam rem vt cõsequamini, supplices preces immortali Deo, in hac participatione sacræ mensæ, fundemus.

Aliquando etiam dicetur hoc, pro arbitratu presbyteri.

DIlectiſſimi, quandoquidem noſtrũ eſt ex animo reddere omnipotenti Deo, cœleſti Patri noſtro, gratias, quia dedit Filium ſuum ſeruatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, non ſolùm vt moreretur pro nobis, verùm etiam vt eſſet noſtrum ſpirituale pabulum & alimentum, quemadmodũ proditum eſt nobis, cum verbo diuino, tum ſacramentis ſanctiſſimi corporis & ſanguinis ſui, tam ſalutaribus ijs qui dignè recipiunt, & tam tremendis è contrà ijs qui recipiunt indignè: meum eſt exhortari vos, vt diligẽter trutinetis amplitudinem & dignitatem huius ſancti myſterij, & ingens periculum indignæ receptionis eius, & non ſecus deſcẽdere in vos, & explorare cõſciẽtias veſtras, quàm ſi deberetis, ſancti ac impolluti adire diuiniſſimum & cœleſte epulum, ſic vt nullo modo adire liceat vobis, deſtitutis veſte illa nuptiali, quam Dominus poſcit in ſacra ſcriptura, dummodo recipi velitis vt digni conuiuæ huiuſmodi cœleſtis menſæ. Ratio autem & via ad hanc rem, hæc eſt quam ſubdo. Matt.22.

1 Primum oportet explorare vitam & mores veſtros ad normam mandatorum Dei,

& quicunq; intelligetis vos neutiquã satisfecisse, voluntate, dicto, vel opere, in eo gemere & deplorare impiam vestram vitam, confitentes vos omnipotenti Deo, cum firmo & constanti proposito resipiscendi.

Quòd si depreheñderitis vestra iniquè facta eius farinæ esse, vt non solùm in Deum, sed in proximos etiam commissa sint, tum illis quidem conciliabitis vosipsi, parati ad satisfaciendum pro virili, in omnes iniurias & iniustitias, illis per vos illatas: nec minus parati ad condonandum omnibus in vos iniquè patratis, similiter ac veniam erratorum consequi velletis ipsi à Domino. Nam absq; hoc, receptio huius sacræ Communionis, non solùm nõ conducit, sed adauget potiùs vestram condemnationem. Et propterea quòd non est fas quenquam accedere ad hæc mysteria, nisi solida fiducia misericordiæ diuinæ, & sedata ac tranquilla conscientia eò incitatum: idcircò si quisquã è vobis sit, qui superioribus rationibus nõ possit pacare suam conscientiam, verùm eget ampliore consolatione, tum me petat, aut aliquem alium consultum & eruditũ ministrũ verbi diuini, & nudet vulnus, vt possit recipere spirituale consiliũ, admonitionẽ, & solatium, vt conscientiæ leuetur onus, & vt ministerio verbi diuini consequatur

quatur fomẽtum & beneficium abſolutionis,ad pacificationem conſcientiæ, & amotionem omnis ſcrupuli ac hæſitationis.

Tunc Miniſter recitabit hanc exhortationem.

DIlecti in Domino, qui conſtituiſtis cõmunicare corpori & ſanguini Domini noſtri Ieſu Chriſti, neceſſe eſt vt ad memoriam reuocetis, quid ſcripſerit ſanctus Paulus Corinthijs,& quomodo exhortetur eos,vt quilibet ſeipſum probet,& ſic de pane illo edat,& de calice bibat. Nã ſicut magnum beneficium eſt ſpiritualiter manducare corpus, & bibere ſanguinem Chriſti, manere in Chriſto,& habere Chriſtum in ſe habitantẽ,ac vnũ effici cũ ipſo,quod cõtigit illis qui dignè accedũt,id eſt,corde contrito & humiliato, cum vera fide ac fiducia certa miſericordiæ promiſſæ per Chriſtũ. Ita pręſens periculũ eſt,ſi indignè accedamus,quia efficimur rei corporis & ſanguinis Chriſti ſeruatoris noſtri, & ad iudicium & cõdemnationem manducamus, propterea quòd non diſcernimus corpus Domini. Sed ipſius iram & indignationem nobis accerſimus, ac prouocamus eum, vt nos puniat diuerſis plagis,morbis, & morte. Quare ſi quis blaſphemus verbi Dei hoſtis, adulter, flagrans

1.Cor.11.

vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, ex Patre natum ante omnia secula. Deum de Deo, Lumen de Lumine: Deum verum de Deo vero, genitum, nó factum: consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem, descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas, & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterùm venturus est cum gloria, iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et vnam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma, in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi. Amen.

Post symbolum sequatur Concio, siue legatur vna Homiliarum iam æditarum aut in posterum publica authoritate ædendarum.

Finita Homilia aut Sermone ad populum.

Pastor

Pastor indicabit festos ac ieiunos dies, si qui fuerint, sequenti septimana.

Inprimisq; hortabitur, vt pauperum meminerint, & eorum inopiam subleuent. Deinde cantentur vel recitentur vna vel plures ex sententijs sequentibus, prout ipsi videbitur.

SIc luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra opera bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Matt.5.

Ne reponatis vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea corrũpit, & vbi fures perfodiunt & furãtur, sed recondite vobis thesauros in cœlo, vbi neque erugo, neque tinea corrumpit, & vbi fures nõ perfodiunt, neque furantur. Matt.6.

Quæcunque volueritis vt faciant vobis homines, sic & vos facite illis. Hæc enim est lex & Prophetæ. Matt.7.

Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est. Matt.7.

Zachæus stans, dicebat ad Dominum, Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus, & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplum. Luc.19.

Quis militat suis stipendijs vnquã? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? 1.Cor.9.

Aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit?

1.Cor.9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos vestra carnalia messuerimus?

1.Cor.9. An nescitis quod ij qui in sacris operantur, ex sacrificijs viuant? Qui sacrario assistunt, vna cum sacrario partem accipiunt? Sic & Dominus ordinauit, vt qui Euangelium annunciant, ex Euangelio viuant.

2.Cor.9. Qui sementem facit parcè, is parcè messurus est. Et qui sementem facit libenter ac benignè largiendo, copiosè messurus est, vnusquisq; secundum propositum cordis, non ex molestia aut necessitate: nam hilarem datorem diligit Deus.

Galat.6. Communicet qui catechizatur sermone, ei qui se catechizat, omnibus bonis. Ne erretis, Deus non irridetur. Quicquid enim seminauerit homo, hoc & metet.

1.Tim.6. Cùm tempus habemus, operemur bonũ erga omnes, maximè autem ad domesticos fidei.

1.Tim.6. Est autem quæstus magnus, pietas cum animo sua sorte contento. Nihil enim intulimus in mundũ, videlicet nec efferre quicquam possumus.

1.Tim.6. Præcipe hijs qui diuites sunt, vt prompti sint ad largiendum & distribuendum, the-

sauri-

ſaurizantes ſibi ipſis theſaurum, fundamẽtum bonum in poſterum, vt apprehendant æternam vitam.

Non eſt Deus iniuſtus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & laboris ex charitate ſuſcepti, quam exhibuiſtis erga nomen illius, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis. Hebr.6.

Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuiſci: talibus enim victimis placetur Deo. Hebr.13.

Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum egêre, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? 1.Ioan.3.

Fac eleemoſynam ex ſubſtantia tua, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Tob.4.

Quo modo potueris, ita eſto miſericors. Si multum tibi fuerit, abundãter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libẽter impartiri ſtude. Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis. Tob.4.

Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei. Prou.13.

Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Pſal.41.

Intereà ædiles seu alij, quibus illud munus assignabitur, colligent oblatam à populo eleemosynam, & in cistam ad pauperum vsum reponent. Singuli item consuetas oblationes & decimas, suo tempore Pastori persoluent.

Post hæc minister dicet.

Oremus pro statu vniuersalis Ecclesiæ, hîc in terra militantis.

1.Tim.2. Si nulla largiatur eleemosyna omittatur *(hæc munera atque.)*

OMnipotens æternę Deus, qui per Apostolū tuum iubes facere orationes, obsecrationes, deprecationes, & gratiarum actiones pro omnibus hominibus, humiliter te petimus, vt clementer accipias *(hæc munera, atque)* has preces nostras, quas offerimus diuinæ maiestati tuæ, supplicantes, vt perpetuò inspires & conserues vniuersę Ecclesiæ spiritum veritatis & cōcordiæ: præsta etiam, vt omnes qui confitentur nomen tuum sanctum, cōsentiant in fide, & vera doctrina Euangelij, & viuant inter se concordes in charitate, Precamur te pro omnibus Regibus Principibus ac gubernatoribus Christum profitentibus. Inprimis autem te oramus, vt serues & defendas famulam tuam Elizabetham Reginam nostram, vt sub ipsa quietam vitam degamus cum omni pietate & honestate. Da suis consiliarijs & vniuersis qui magistratum gerunt, vt veram

ram sine personarum acceptione administrent iustitiam, qua vitia & nequitiæ puniantur & corrigantur: pietas, religio, & virtus crescant, & afficiantur dignis præmijs. Da gratiam, cœlestis pater, omnibus Episcopis, pastoribus, & his qui curam gerunt animarum, vt tam vita quàm doctrina ornent ministerium Euangelij, & administrent sacramenta, iuxta institutionem filij tui. Tribue vniuerso populo gratiam tuam, præsertim huic congregationi istic præsenti, vt humili animo, & qua decet reuerentia, audiant & percipiant sanctum verbum tuum, & tibi seruiant in sanctitate & iustitia, omnibus diebus vitæ suæ. Submissè etiam te petimus, propter bonitatem tuam Domine, vt consoleris & succurras omnibus qui sunt in angustijs, doloribus, infirmitatibus, vel alijs aduersitatibus constituti. Hæc nobis largire ô pater, propter Iesum Christum Mediatorem nostrum vnicum & Aduocatum. Amen.

Tunc sequetur hæc exhortatio, certis temporibus, quando presbyter videbit populum negligenter accedere ad sacram Communionem.

CONuenimus hodie dilectissimi fratres, ad alendũ nos pastu cœnæ Dominicæ,

ad quam in Domino iubeo vos omnes, qui saltem hic adestis, & item obsecro in Domino Iesu Christo, vt non velitis recusare accedere, præsertim tam amanter à Domino ipso vocati ac inuitati. Scitis quàm grauiter & iniquo animo ferri solet, cùm quis apparauit opiparum conuiuium, & mensam conquisitissimis epulis instruxit, adeò vt nihil desit, nisi vt conuiuæ accumbant, si ij qui vocātur, temerè & ingratè recusent accedere. Quis è vobis, si secum eo pacto ageretur, non succenseret? Quis non opinaretur immensam fieri sibi iniuriam? Quamobrem dilectissimi in Christo, cauete ne subterducentes vos ab hac sacratissima cœna, iram Dei in vos prouocetis. Facilè dici potest abs quouis homine, Nolo communicare, quoniam secus sum impeditus mundanis negotijs: verùm huiusmodi excusationes, non tam facilè recipiuntur, & probantur coram Domino. Si quisquam dixerit, Sum grauis peccator, & ideò non ausim accedere, cur quæso non resipiscitis & vos ipsos corrigitis? Cùm Dominus vocat, an non turpe esse ducitis respōdere: Nolumus accedere? Quando conuertere-mini ad Dominum, excusabitis vos & dicetis, Non sumus parati? Reputate diligenter apud vos, quàm non valebunt eiusmodi

fictæ & simulatæ causationes coram Domino. Qui respuerant conuiuium in Euangelio, quia emerant villam, vel quia vellent experiri iuga boum quos comparauerant, vel quia contraxerant matrimonium, non excusabantur, sed habebantur cœlesti illo epulo indigni. Ego hîc adsum, ac pro meo officio inuito vos in Domino, admoneo in Christo, adhortor (si vestram ipsorum redemptionem amplecti libeat) vt sitis participes huius religiosissimæ communionis. Et quemadmodum filius Dei, non dedignabatur morte animam profundere in ara crucis pro salute vestra: sic vestrûm est, vnà participes esse Communionis, in recordationẽ mortis illius, prout ipse præcepit. Iam si recusare hanc cœnam, certum est vobis, saltem perpendite & reputate quàm immensam iniuriam facitis Deo omnipotenti, & quàm graue supplicium imminet ceruicibus vestris, ob cœnæ contemptionem. Et quoniam tam grauiter Dominum offenditis, vel ipsa sacrati epuli recusatione, admoneo, hortor ac obsecro vos, vt ad hanc ingratitudinem, aliud scelus non adiungatis: quod quidem fiet, si astiteritis tanquam spectatores, & admiratores illorum qui communicant, cùm sitis interim ipsi exortes. Quid etenim aliud duci poterit hoc

Luc. 14.

prӕterquam accumulata quædam & amplificata contemptio & ingratitudo aduersus Deum? Equidem magnæ ingratitudinis est, denegare cum accerseris, multo verò maioris est cùm astas, interim nec edendo nec bibendo, degustare ex hac sacrosancta communione cum cæteris. Quæso an nó meritò duci poterit hæc acerba mysteriorum Christi Domini illusio? Sermo est latè patens, & ad omnes pertinens, Accipite & manducate, Accipite & bibite ex hoc omnes, Hoc facite in mei recordationem. Quo ore, imò quo vultu audietis hæc verba? An non est hæc neglectio, contemptio, & irrisio testamenti Dominici? Quamobrem, potius quàm hoc admittatis, discedite hinc, & date locum ijs, qui piè sunt affecti. Verum inter discedendum, precor à vobis, vt iterum atque iterum cogitetis, abs quo disceditis. Disceditis à mensa Domini, disceditis à fratribus vestris, & ab epulo cœlestis pabuli. Has res si diligenter perpenderitis, ad meliorem & saniorem vitam (Deo bene iuuante) conuertemini. Quam rem vt cõsequamini, supplices preces immortali Deo, in hac participatione sacræ mensæ, fundemus.

Aliquando

Aliquando etiam dicetur hoc, pro arbitratu preſbyteri.

DIlectiſſimi, quandoquidem noſtrũ eſt ex animo reddere omnipotenti Deo, cœleſti Patri noſtro, gratias, quia dedit Filium ſuum ſeruatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, non ſolùm vt moreretur pro nobis, verùm etiam vt eſſet noſtrum ſpirituale pabulum & alimentum, quemadmodũ proditum eſt nobis, cum verbo diuino, tum ſacramentis ſanctiſſimi corporis & ſanguinis ſui, tam ſalutaribus ijs qui dignè recipiunt, & tam tremendis è contrà ijs qui recipiunt indignè : meum eſt exhortari vos, vt diligẽter trutinetis amplitudinem & dignitatem huius ſancti myſterij, & ingens periculum indignæ receptionis eius, & non ſecus deſcẽdere in vos, & explorare cõſciẽtias veſtras, quàm ſi deberetis, ſancti ac impolluti adire diuiniſſimum & cœleſte epulum, ſic vt nullo modo adire liceat vobis, deſtitutis veſte illa nuptiali, quam Dominus poſcit in ſacra ſcriptura, dummodo recipi velitis vt digni conuiuæ huiuſmodi cœleſtis menſæ. Ratio autem & via ad hanc rem, hæc eſt quam ſubdo. Matt.22.

1 Primum oportet explorare vitam & mores veſtros ad normam mandatorum Dei,

&

& quicunq; intelligetis vos neutiquã satisfecisse, voluntate, dicto, vel opere, in eo gemere & deplorare impiam vestram vitam, confitentes vos omnipotenti Deo, cum firmo & constanti proposito resipiscendi.

Quòd si deprehẽderitis vestra iniquè facta eius farinæ esse, vt non solùm in Deum, sed in proximos etiam commissa sint, tum illis quidem conciliabitis vosipsi, parati ad satisfaciendum pro virili, in omnes iniurias & iniustitias, illis per vos illatas: nec minus parati ad condonandum omnibus in vos iniquè patratis, similiter ac veniam erratorum consequi velletis ipsi à Domino. Nam absq; hoc, receptio huius sacræ Communionis, non solùm nõ conducit, sed adauget potiùs vestram condemnationem. Et propter eà quòd non est fas quenquam accedere ad hæc mysteria, nisi solida fiducia misericordiæ diuinæ, & sedata ac tranquilla conscientia eò incitatum: idcircò si quisquã è vobis sit, qui superioribus rationibus nõ possit pacare suam conscientiam, verùm eget ampliore consolatione, tum me petat, aut aliquem alium consultum & eruditũ ministrũ verbi diuini, & nudet vulnus, vt possit recipere spirituale consiliũ, admonitionẽ, & solatium, vt conscientiæ leuetur onus, & vt ministerio verbi diuini conse-

quatur

quatur fomẽtum & beneficium absolutionis, ad pacificationem conscientiæ, & amotionem omnis scrupuli ac hæsitationis.

Tunc Minister recitabit hanc exhortationem.

DIlecti in Domino, qui cõstituistis cõmunicare corpori & sanguini Domini nostri Iesu Christi, necesse est vt ad memoriam reuocetis, quid scripserit sanctus Paulus Corinthijs, & quomodo exhortetur eos, vt quilibet seipsum probet, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Nã sicut magnum beneficium est spiritualiter manducare corpus, & bibere sanguinem Christi, manere in Christo, & habere Christum in se habitantẽ, ac vnũ effici cũ ipso, quod cõtigit illis qui dignè accedũt, id est, corde contrito & humiliato, cum vera fide ac fiducia certa misericordiæ promissæ per Christũ. Ita præsens periculũ est, si indignè accedamus, quia efficimur rei corporis & sanguinis Christi seruatoris nostri, & ad iudicium & cõdemnationem manducamus, propterea quòd non discernimus corpus Domini. Sed ipsius iram & indignationem nobis accersimus, ac prouocamus eum, vt nos puniat diuersis plagis, morbis, & morte. Quare si quis blasphemus verbi Dei hostis, adulter, 1.Cor.11.

flagrans

flagrans ira, odio, aut reus alterius criminis sit, is nō audeat accedere ad mēsam Domini. Sed antè defleat peccata sua, quā accedat, ne post acceptū illud salutare sacramētū, simul intret in eū Satanas, sicut in Iudā, vt eū repleat omni iniquitate, & perducat ad exitium corporis & animæ. Quare fratres, vosipsos iudicate, ne à Domino iudicemini: pœniteat vos serio præteritorum peccatorū, toto pectore confidite seruatori nostro Christo. Emendate vitam, & diligite omnes homines ex animo, ita enim efficiemini verè participes horum mysteriorum. Sed ante omnia necesse est, vt maxima cum humilitate, & ex corde agamus gratias Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, quòd redemit mundū per passionem & mortem seruatoris nostri Iesu Christi, veri Dei & veri hominis, qui se humiliauit vsque ad mortē, mortem autē crucis, pro nobis miseris peccatoribus, habitātibus in tenebris & vmbra mortis, vt nos efficeret filios Dei, & hæredes vitæ æternæ. Ad hunc enim finem institutum est sacramentum, vt semper memores essemus infiniti amoris, magistri & vnici mediatoris nostri Iesu Christi hoc pacto pro nobis morientis, & innumerabilium beneficiorum, quæ per effusionē pretiosi sui sanguinis nobis obtinuit, &

instituit & ordinauit sacra mysteria, quasi pignus amoris & perpetuum monumẽtum mortis suæ, ad magnam & æternam consolationem nostri. Ei autem vnà cum patre & spiritu sancto agàmus gratias, vt meritò debemus, & humiliemus nosmetipsos, ac subijciamus eius sanctissimæ voluntati, & studeamus ei obsequi in vera sanctitate & iustitia, omnibus diebus vitæ nostræ.

Deinde minister alloquetur communicaturos hijs verbis.

VOs quos verè & seriò pœnitet de peccatis vestris coram Deo, & reconciliati estis proximis, ac diligitis omnes homines ex animo, & constituistis posthac ducere vitam nouam iuxta præcepta Dei, & deinceps soliciti estis ambulare in vijs eius sanctis: accedite propius, vt percipiatis hoc salutare sacramentũ ad vestram cõsolationem, confitemini humiliter peccata vestra Deo & Ecclesiæ, hîc congregatæ in nomine ipsius, suppliciter flectentes genua.

Tunc fiat hæc generalis confessio, nomine eorum qui communicaturi sunt, vel per eorum aliquem, vel per vnum ex Ministris; aut per ipsum Sacerdotem, omnibus submissè genua flectentibus.

Omnipo-

OMnipotens Deus, pater Domini nostri Iesu Christi, conditor omnium rerum, iudex vniuersorum mortalium, nos confitemur & deploramus nostra multiplicia peccata, & iniquitates, quas subinde per omnem vitam contumaciter designauimus, cogitatione, verbis, facto, contra diuinam maiestatem tuam, prouocantes iustissimam iram & indignationem tuam aduersus nos: verè enim ex animo dolemus, & seriò nos pœnitet de peccatis nostris: eorum commemoratio est nobis acerbissima, illorum grauitatem ferre non possumus. Miserere nostri, miserere nostri, misericordissime Pater, propter filium tuum Dominum nostrũ Iesum Christũ. Condona nobis peccata præterita, & cõcede, vt semper post hac seruiamus & placeamus tibi in nouitate vitæ, ad laudem & gloriam nominis tui. Per Iesum Christum Dominum nostrum.

Deinde eriget se Sacerdos, (aut Episcopus si adsit) & conuersus ad populum sic loquetur.

OMnipotens Deus Pater noster cœlestis, qui pro immensa sua misericordia pollicitus est omnibus seriò pœnitentibus & vera fide ad illum conuersis, peccatorum

suorum

ſuorum remiſſionem, miſereatur veſtri, remittat & condonet vobis omnia peccata veſtra, confirmet & corroboret vos in omni opere bono, & perducat vos ad vitam æternam. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Sic Miniſter etiam dicet.

AVdite quomodo Chriſtus ad ſe inuitat peccatores, & eos cõſoletur verbis omni conſolatione pleniſſimis.

Venite (inquit) ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos reficiam.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum: non pereat, ſed habeat vitam æternam.

Audite etiam quid Sanctus Paulus dicat.

Fidelis ſermo, & omni obſeruatione digniſſimus, Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, vt ſaluos faceret peccatores.

Audite etiam quid Diuus Ioannes dicat.

Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtũ, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.

Quo finito, Minister procedendo dicet,

Surſum corda.

Reſponſio.

Habemus ad Dominum.

Miniſter.

Gratias agamus Domino Deo noſtro.

Reſponſio.

Dignum & iuſtum eſt.

Miniſter.

Verè dignum & iuſtum eſt, quódq; iure debemus, nos tibi ſemper & vbique gratias agere, Domine, ſancte pater, omnipotens, æterne Deus.

Sequetur propria præfatio, ſi qua ſit aſſignata, alioqui ſtatim ſubiungetur,

Ideò cum Angelis.&c.

Propriæ Præfationes.

Die natiuitatis & ſeptem diebus ſequentibus.

QVia dediſti nobis vnicum filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem hodierna die pro nobis naſci voluiſti. Et per operationem ſancti Spiritus fieri verum hominem ex virgine Maria matre ſua, ſine labe peccati, vt nos ab omni peccato

peccato mundaret. Ideò cum Angelis & Archangelis,&c.

Die Paſcha, & ſeptem diebus ſequentibus.

IN primis autẽ, laudamus te propter glorioſam filij tui Ieſu Chriſti Domini noſtri reſurrectionem. Ipſe enim verè paſchalis eſt agnus, pró nobis oblatus, qui abſtulit peccatum mundi: qui mortem moriendo deſtruxit, & reſurgendo nobis vitam æternam reparauit. Ideóque cum Angelis,&c.

Die Aſcenſionis, & ſeptem diebus ſequentibus.

PEr dilectiſſimum filium tuum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui poſt glorioſam reſurrectionem ſuam omnibus diſcipulis ſuis manifeſtus apparuit, & ipſis cernentibus eleuatus eſt in cælum, vt nobis præparet locum: & vbi ipſe eſſet, iſtic nos aſcẽdamus, & cum eo regnemus in gloria. Ideò cum Angelis,&c.

Die Pentecoſtes, & ſex diebus ſequentibus.

PEr Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, iuxta cuius certiſſimam promiſſionem Spiritus Sanctus hodierna die cum ſubito & vehementi ſonitu de cœlo deſcendit, & ſuper Apoſtolos in figura linguarum ardẽ-

tium resedit, vt eos doceret, atque induceret in omnem veritatem: contulítque eis donum linguarum, & fortitudinem confitendi, ac prædicandi Euangelium omni nationi, vt ex tenebris erroris ad veram lucem, & ad cognoscendum te Iesúmque Christum filium tuum ritè perveniremus. Ideò cum Angelis, &c.

In festo Trinitatis tantùm.

VEre dignum & iustum, (vt supra) qui vnus es Deus, vnus es Dominus, nō in vnius singularitate personę, sed cum Trinitate personarū, in vnitate substantiæ. Quod enim de gloria Patris credimus, hoc de filio tuo, hoc de Spiritu sancto, sine differētia discretionis sentimus: Ideò cum Angelis, &c.

Post quas præfationes sequetur immediatè.

IDeò cum Angelis & Archangelis, cúmq; omni militia cœlestis exercitus, hymnum glorioso nomini tuo canimus, te sine fine laudantes ac dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloria tua, Osanna in excelsis.

Tunc sacerdos apud dominicam mensam nomine eorum, qui communicare volunt, sic orabit genibus flexis.

NOn accedimus ad hanc mēsam tuam, ô misericors Domine, fiducia iustitiæ nostræ,

noſtræ, ſed in multitudine miſerationum tuarum. Neque enim ſumus digni, vt colligamus micas de menſa tua. Sed tu es idem Dominus, cuius ſemper proprium eſt miſereri. Concede igitur miſericors Domine, vt ſic edamus carnem dilecti filij tui Ieſu Chriſti, & bibamus eius ſanguinem, vt noſtra corpora peccatis inquinata, munda fiant, perceptione ſacratiſſimi corporis ſui, & noſtræ animæ lauentur in precioſo ſanguine ſuo: vt perpetuò habitemus in eo, & ipſe in nobis. Amen.

Poſteà Sacerdos erigens ſe, dicet.

O Deus omnipotens, Pater noſter cœleſtis, qui ex immenſa tua miſericordia, dediſti nobis vnicum filium tuum Ieſum Chriſtum, pro noſtra redemptione mortem in cruce pati, ibique vnica illa oblatione qua ſeſe ſemel obtulit, perfectum, plenum, & ſufficiens ſacrificium, hoſtiam & ſatisfactionem integram faceret pro peccatis totius mundi: quique inſtituit, ac in ſuo ſacroſancto Euangelio præcepit, perpetuam memoriam precioſæ ſuæ mortis celebrare, vſque dum rediret. Exaudi nos quæſumus miſericors pater, & concede, vt nos ſumentes has tuas creaturas panis & vini, iuxta ſacroſanctam inſtitutionem Filij tui, ſerua-

toris noſtri Ieſu Chriſti, in memoriam eius mortis & paſsionis, participes ſimus ſan-
Matt.26. ctiſſimi corporis & ſanguinis eius. Qui ea-
Marc.14. dem nocte qua tradebatur, accepit panem,
Luc.22. & gratias agens, fregit, ac dedit diſcipulis ſuis, dicens: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Simili modo, poſtquam cœnatum eſt, accepit calicem, & gratias agens, dedit illis, dicens: Bibite ex eo omnes: hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro vobis & pro multis effunditur, in remiſsionem peccatorum. Hoc facite quotiescunque biberitis, in meam commemorationem.

Tunc Miniſter ipſe primo recipiet Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, proximo loco tradet idem reliquis Miniſtris, ſi qui adſint, vt præcipuum miniſtrum adiuuent.

Deinde Miniſter tradet Euchariſtiam populo in manus, genibus flexis, & cùm exhibet panem, dicet.

Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod pro te traditum eſt, cõſeruet corpus tuum, & animam tuam in vitam æternam.

Et, Accipe & ede hoc, in memoriam quod Chriſtus mortuus ſit pro te: fide illum ede, in corde tuo, cum gratiarum actione.

Mini-

Minister cùm exhibet poculum, dicet,

Sanguis Domini nostri Iesu Christi, qui pro te effusus est, conseruet corpus tuum, & animam tuam in vitam æternam.

Et, Bibe hoc, in memoriam Christi sanguinem pro te effusum esse,& gratias age.

Tunc Minister dicet orationem Dominicam, Et populus recitabit post illum singulas petitiones.

Deinde dicetur oratio sequens.

O Domine cælestis pater, nos humiles serui tui supplices rogamus paternam tuam bonitatem, vt hoc nostrum sacrificiũ laudis & gratiarum actionis, benignè accipias: humiliter supplicantes, vt propter merita & mortem filij tui Iesu Christi, & per fidem in illius sanguinem, concedas, vt nos cum vniuersa Ecclesia, remissionem peccatorum, cæteráque beneficia passionis illius consequamur. Atque hîc etiam offerimus, & præsentamus tibi Domine, nosipsos, animas nostras, & corpora nostra, hostiam rationalem, sanctam, & viuam: te humiliter obsecrantes, vt quotquot participes sumus huius sacrosanctæ Cõmunionis, tua gratia & cœlesti benedictione repleamur. Et quãquam indigni sumus, propter multitudinẽ peccatorum nostrorum, qui tibi vllum sa-

crificium offeramus, tamen supplicamus, vt acceptam habeas hanc nostram seruitutem & debitum obsequium, non intuendo nostra merita, sed condonando nostra peccata. Per Iesum Christum Dominum nostrum, per quem, & cum quo, in vnitate sancti Spiritus, sit tibi omnipotens pater, omnis honor & gloria, in omnem æternitatem. Amen.

Vel ista Oratio.

OMnipotens æterne Deus, immortales tibi ex animo gratias agimus, quòd nos qui hæc sacrosancta mysteria ritè percepimus, pascere digneris spirituali cibo preciosissimi corporis & sanguinis Filij tui seruatoris nostri Iesu Christi, nósque certos reddis horum participatione, de tuo fauore ac gratia erga nos, & quòd sumus vera membra in corpore tuo mystico, incorporata, quod est sancta communio omnium fidelium, quódque hæredes sumus secundum spem vitæ æternæ, per merita preciosissimæ mortis & passionis dilectissimi filij tui. Nos ergo supplices rogamus, ô pater cœlestis, ita nobis tua gratia semper adsis, vt in hac sanctissima communione perseueremus, & omnia huiusmodi opera bona faciamus, quæ tu præparasti vt in eis ambulemus,

lemus, per Iesum Christum Dominum nostrum, cui cum Spiritu sancto, tibi sit omnis honor & gloria in omnem æternitatem. Amen.

Deinde dicatur aut canatur.

GLoria in excelsis Deo. Et in terra pax, hominibus bonæ volũtatis. Laudamus te, Benedicimus te, Adoramus te, glorificamus te. Gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuã. Domine Deus rex cœlestis, Deus pater omnipotens, Domine fili vnigenite, Iesu Christe. Domine Deus agnus Dei, filius Patris, Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Dei patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus, Iesu Christe. Cũ sancto spiritu, in gloria Dei patris. Amẽ.

Postremò Sacerdos vel Episcopus, si adsit, dimittet eos, hac benedictione.

PAx Dei, quæ superat omnem intellectum, conseruet corda vestra & mentes vestras, in cognitione & amore Dei, & filij eius Iesu Christi, Domini nostri: & fauor omnipotentis Dei, Patris, Filij, & Spiritus sancti, vobis adsit, semperque vobiscum maneat.

Sequuntur Collectæ dicendæ post offertorium, quando non adsunt communicantes, quolibet tali die vna, quoties occasio datur, post collectas matutinarum & vespertinarum precum, vel Letaniæ, quæ etiam dici possunt pro arbitrio ministri.

ADesto supplicationibus nostris misericors Deus, & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, vt inter omnes huius vitæ varietates & casus, tuo semper protegantur beneficentissimo & prompto auxilio. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

DIrigere & sanctificare, & regere dignare, Domine sancte pater omnipotens æterne Deus, corda & corpora nostra in lege tua, & operibus mandatorum tuorum, vt hîc & in æternū, te auxiliante, semper sani corpore, salui animo simus. Per Iesum Christum Dominum nostrum.

LArgire quæsumus omnipotens Deus, vt verba quæ externis auribus hodie percepimus, ita cordibus nostris per tuam gratiam intus inserantur, vt fructum bonæ vitæ semper in nobis proferant, ad laudē & gloriam tui nominis. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Actio-

ACtiones noſtras quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere, vt in omnibus noſtris actiónibus incœptis, continuatis & in te finitis, ſacroſanctum nomen tuum glorificemus, & tandẽ tua benignitate gaudijs perfruamur æternis. Per Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrum.

OMnipotens Deus, fons omnis ſapientiæ, qui non ſolùm quibus rebus opus nobis ſit, antequam quicquã petimus, noueris, ſed etiam noſtram in petendo ignorantiam vides: rogamus tuam clementiam, miſereſcat te noſtrarũ infirmitatum, & quæ vel propter indignitatem noſtram non audemus, vel propter cæcitatem noſtram petere non poſſumus, tu ea nobis largiri digneris, per merita filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui tecum viuit & regnat Deus, in omnem æternitatem. Amen.

OMnipotens Deus, qui promiſiſti te auditurum preces eorum, qui in nomine filij tui poſtulant: aures tuas clemẽter precibus noſtris accommoda, & præſta, vt quæ pro voluntate tua fideliter à te petimus, efficaciter conſequamur, ad noſtram neceſſitatem ſubleuandam, & gloriam tuam promouendam. Per Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum. Amen.

Diebus

Diebus festis, si non adsint communicantes, dicentur tamen omnia quæ præscripta sunt, vsque ad finem homiliæ, addendo orationem illam generalem pro vniuersali statu totius militantis Ecclesiæ, atque vnam aut alteram è Collectis præcedentibus, vt occasio erit.

Ac ipsa quidem Cœna Domini nunquam celebrabitur, nisi iustus sit hominum numerus, qui cum ministro communicent, pro vt ipsi videbitur.

Quòd si non sint plures in Parœcia, quàm viginti maturæ ad communicandum discretionis, nulla tamen Communio erit, nisi quatuor, vel minimum tres cum ministro communicent.

In Ecclesiis verò cathedralibus & collegiatis, in quibus plures existant ministri ac diaconi, omnes singulo die dominico, ad minimum cœnam vnà cum ministro, nisi legitima excusatio intercedat, participabunt.

Ad tollendam autem superstitionem, quam quiuis in pane vel vino collocare poterit, sufficiet eiusmodi esse panem, qui ad mensam cum reliquis cibis sumi solet, sed tamen optimus ac purissimus, qui è tritico confectus commodè parari possit. Si verò quicquam panis vel vini superfuerit, minister sibi ad suos vsus capiet. Panis autem ac vinum in Communionem præparatum, per ministrum atque editnos, Parœciæ

sumpti-

ſumptibus parabuntur, ipſáque Parœcia eiuſmodi pecuniarum ſummis; reliquíſque impenſis quàs domatim hactenus ſingulis diebus dominicis pro eiſdem erogarunt, liberabitur.

Atque hîc obſerua, vnumquemque è Parœcia ter ad minimum ſingulis annis communicare oportere, nominatim verò ad Paſcha, ac ſacramenta cæteróſque ritus, iuxtà huius libri formam percipere. Vnuſquiſque porrò ad Paſcha rationem cum ſuo rectore, vicario, vel miniſtro, eiúſque vel eorum deputatis annuatim conferet, eiſdémque omnia eccleſiaſtica debita, eo tempore ſolita numerari, perſoluet.

Hîc ſequatur ordo baptiſmi publici.

Ordo Baptiſmi tenendus in Eccleſia.

EX vetuſtis ſcriptoribus apparet Sacramentum Baptiſmi apud veteres, duobus tantum anni temporibus, Paſchatis ſcilicet, & Pentecoſtes, vulgo miniſtrari ſolitum. Quibus quidem temporibus publicè celebrabatur in præſentia totius Eccleſiæ. Hanc conſuetudinem, iam quidem exoletam, quamuis propter multas cauſas non poſſit commodè reſtitui, viſum eſt tamen quàm proximè poterimus ſequi. Quamobrem admonendus eſt Populus commodiſſimum eſſe vt Baptiſ-

mus

mus Dominicis tantum & reliquis Festis diebus administretur, cum maxima Populi frequentia confluxerit: tum vt congregatio praesens recens baptisatos testetur recipi in numerum Ecclesiae Christi: tum vt omnes qui adfuerint ex infantium tinctione propriae professionis in Baptismo factae admoneantur. Quibus etiam de causis aptissimum videtur, vt Baptismus Anglico Idiomate administretur. Quod si tamen necessitas vrgere videbitur nihil prohibet quominus domi infantes baptisentur. Cum die Dominico aut aliquo Festo infantes fuerint baptisandi, Parentes eorum vel praecedenti vesperi vel mane ante initium Matutinarum precum Ministrum eius rei admonebunt, & deinde susceptores vnà cum populo & infantibus ad baptisterium parati sint, statim à finita posteriori lectione vel Matutinarum, vel si commodius Ministro videbitur, Vespertinarum precum. Quo in loco cùm adfuerint, Minister interrogabit vtrum infantes baptisati sint necne. Quod si respondeant non esse baptisatos: Addet.

QVoniam, dilectissimi fratres, omnes homines in peccatis concepti sint & nati, & seruator noster Christus dicat neminem ingredi posse in regnum Dei, nisi renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto: obsecro

obſecro vos vt Deum Patrem per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum inuocetis, vt pro benigna ſua miſericordia dignetur iſtis infantibus concedere,quod à ſua natura habere non poſſunt, hoc, ſcilicet, eſt, vt baptiſati aqua & Spiritu ſancto recipiantur in ſanctam Chriſti Eccleſiam, & eiuſdem viua & vera membra efficiantur.

Tunc dicet Miniſter. Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui pro ingenti miſericordia tua ex aquarum periculo Noha & familiam eius Arca liberaſti, & Iſraelem populum tuum per mare rubrum traduxiſti incolumem, effigiem ea re præbens ſacri baptiſmatis, & per Baptiſmum dilecti filij tui Ieſu Chriſti ad myſticam ablutionem peccatorum Iordanis fluuium & reliquas omnes aquas ſanctificaſti, te ſuppliciter quæſumus pro infinita miſericordia tua, vt benigniter hos infantes reſpicias, ſanctifices, abluas tuo ſancto ſpiritu, vt hoc pacto ab ira tua liberati, in arcam eccleſiæ Chriſti recipiantur: & fide firmi, ſpe læti, charitate radicati, ita fluctus huius turbulentiſſimi ſeculi tranſeant, vt tandem perueniant ad terram vitæ perennis, ibi tecum perpetuò regnaturi, per Domi-

Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

OMnipotens immortalis Deus, auxilium indigentium, patrocinium ad te confugientium, vita credentium, resurrectio mortuorum, te oramus pro hijs infantibus, vt accedentes ad sacrum Baptisma tuum per spiritualem regenerationem peccatorum remissionem consequantur. Recipe eos (Domine) prout promisisti per dilectum filium tuum, dicentem: Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Da igitur nobis nunc petentibus, inueniamus quærentes, aperiatur pulsantibus, vt isti infantes benedictionem cœlestis ablutionis consequantur, & ad æternum regnum tuum perueniant, quod promisisti. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Tunc dicet Minister.

Audite verba Euangelij scripti per diuum Marcum, capite Decimo.

QVodam tempore attulerunt ad illum Pueros, vt tangeret illos: discipuli verò increpabant eos qui adducebant. Cùm vidisset autem Iesus, indignatus est, & dixit illis: Sinite pueros venire ad me, ne prohibete

hibete illos, talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis, quicunque non acceperit regnum Dei tanquam puer, haud quaquam ingredietur in illud. Et cùm cepisset eos in vlnas suas, impositis manibus super illos, benedixit eis.

Perlectó Euangelio, hac breui exhortatione vtetur Minister super verbis Euangelij.

AVditis, charissimi, in hoc Euangelio verba seruatoris Christi, quòd præceperit pueros ad se adduci, quomodo discipulos reprehenderit, qui voluissent eos à se prohibere, quemadmodum omnes exhortatus sit, vt eorum imitarentur innocentiam. Intelligitis vt externo gestu, & facto suo benignam animi propensionem in ipsos declarauit, vlnis complexus est. Manus super eos imposuit, & benedixit. Nolite igitur dubitare, sed confidite potius illum pari benignitate, & hos infantes comprehensurum, vlnis misericordiæ suæ complexurum, benedictione vitæ cœlestis donaturum, & immortalis regni participes redditurum. Quamobrē nos hunc in modum persuasi de benigna voluntate cœlestis patris erga hos infantes, per filium suum Christum Iesum, nec quicquam dubitantes

tantes hoc pietatis noſtræ officium illi gratum fore, ſumma cum fide & pietate gratias agamus, dicentes.

OMnipotens æterne Deus, cœleſtis pater, ſuppliciter tibi gratias agimus, quòd nos dignatus ſis ad fidem in te, & cognitionem gratiæ tuæ vocare, augẽ quæſumus & hanc in nobis fidem, & cognitionem in perpetuo confirma. Spiritum ſanctum tuum his infantibus concede, vt renati æternæ ſalutis hæredes fiant, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui tecum viuit & regnat, vnà cum ſancto Spiritu, nunc & in æternum. Amen.

Tunc miniſter hac oratione ad ſuſceptores, vtetur.

HOs infantes (dilectiſſimi) baptiſandos adduxiſtis, oraſtis vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus dignaretur eos recipere, manus ſuper eos imponere, benedicere, à peccatis abſoluere, regnum cæleſte & vitam æternã condonare. Audiſtis prætereà Dominum Ieſum Chriſtũ in Euãgelio promiſiſſe hæc omnia pro quibus oraſtis ſe cõceſſurũ. Quod ille quidem pro ſe proculdubio præſtabit. Itaq; cum hac promiſſione Chriſtus ſe obſtrinxerit, infantes etiam iſtos oportet per vos vades, & fideiuſſores ſuos polliceri,

renun-

renuntiaturos se Diabolo & omnibus operibus eius, constanter fidem habituros sacro Dei verbo, obedienterq; eius mandata obseruaturos.

Tunc Minister, vt sequitur, susceptores interrogabit.

Renuntiásne Diabolo, & omnibus operibus eius, inani pompæ & gloriæ huius seculi, cum omnibus ejusdē avaris desiderijs & carnis concupiscentijs, vt nec sequi eas volueris, nec te ab illis abduci sinêris.

Responsum.

Illis ego omnibus renuntio.

Minister.

Credis ne in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, & in Iesum Christum filium eius vnicum Dominū nostrum, conceptum ex Spiritu sancto, natum ex Maria virgine? Credis eundem passum fuisse sub Pontio Pilato, crucifixum, mortuum, sepultum, ac descendisse ad inferos, & tertia die resurrexisse à mortuis? Credis eum ascendisse in cœlum, & sedere ad dexteram Dei Patris omnipotētis, & illinc iterum venturum esse, in fine seculi, ad iudicādum viuos & mortuos? Credis item in Spiritum sanctum? Credis sanctam catholicam Ecclesiam, sanctorum communionem, re-

miſsionem peccatorum, carnis reſurrectionem,& æternam vitam poſt mortem.

Reſponſum.

Omnia hæc firmiter credo.

Miniſter.

Cupíſne in hanc fidem baptizari?

Reſponſum.

Cupio.

Tunc Miniſter dicet.

CОncede quæſumus miſericors Deus,vt vetus Adam ita in iſtis infantibus ſepeliatur, vt nouus homo in eiſdem excitetur.Amen.

Concede, vt omnes carnales affectiones in ipſis moriantur, & omnia ſpiritualia viuant & creſcant.Amen.

Concede illis vim & poteſtatem vincendi & triumphandi de Satana,mundo & carne. Amen.

Concede, vt quicunque hîc per noſtrum officium & miniſterium tibi dicatus ſit, donetur etiam cœleſtibus virtutibus & æterno præmio, per tuam miſericordiam, benigniſſime Deus, qui viuis & regnas in omne æuum. Amen.

OMnipotés immortalis Deus,cuius chariſſimus filius Ieſus Chriſtus, ex pretioſo

tioſo latere aquam ſimul & ſanguinem profudit, in remiſſionem peccatorum noſtrorum, & diſcipulis præcepit, vt euntes docerent omnes gentes, baptiſantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti: reſpice quæſumus preces eccleſiæ tuæ, & concede vt omnes ſerui tui in hac aqua baptiſandi, accipiant plenitudinem gratiæ tuæ, & ſemper maneant in numero fidelium & electorum filiorum tuorum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

Tunc Miniſter infantem in manus accipiens, nomen interrogabit, & ipſum nomine compellans in aquam caute, & circumſpectè immerget, dicens:

N. Ego baptiſo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Quod ſi infans infirmus ſit, ſatis fuerit aquam illi leniter infudiſſe, dicens, vt ſuprà,

N. Ego baptiſo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Deinde Miniſter facto crucis ſigno in fronte infantis, dicet:

Nos recepimus hũc infantem in cœtũ gre-

gis Christi, & illum notamus signo crucis, in testimonium quod ipsum posthac non pudebit confiteri fidem in Christum crucifixum, & sub eius signo contra peccatum, mundum, & Satanam viriliter pugnare, fidelémq; eius ministrum & militem ad vitæ finem vsque permanere. Amen.

Tum Minister dicet.

CVm iam (charissimi) isti infantes renati sint & insiti in corpus ecclesiæ Christi, gratias agamus Deo pro istis beneficijs, & vnanimi consensu Deum omnipotentem comprecemur, vt secundùm hoc initium, in vniuersa reliqua vita dirigantur.

Tunc dicetur.

Pater noster qui es. &c.

Minister autem addet.

INgentes tibi gratias agimus (misericors Pater) quòd dignatus sis tuo sancto spiritu hunc infantem regignere, in filiū tuum adoptiuum admittere, & ad Ecclesiam tuam aggregare, supplieiter rogantes, concedas vt ipse peccato mortuus, viuens iustitiæ, & cū Christo sepultus in mortem, crucifigat veterem hominē, & penitùs aboleat corpus peccati, vt quemadmodū mortis

filij

filij tui, ita etiam & resurrectionis fiat particeps, vt tandem cum reliqua Ecclesia æterni regni tui hæreditatem consequatur. Per Christum Dominum nostrũ. Amen.

Denique susceptoribus conuocatis, Minister hanc admonitionem addet.

QVoniam infántes isti per vos promiserint, renuntiaturos se Diabolo & omnibus eius operibus, in Deum autem credituros,& illi soli seruituros, meminisse vos oportet vestri muneris esse & officij diligenter videre, vt quàm primùm per ætatem poterint, instituantur quàm solenne votũ, quàm sanctam professionem per vos fecerint, quóque ista melius cognoscant, sæpè commonebitis, vt sacras conciones audiãt. Inprimis verò curabitis, vt Anglico sermone discãt articulos fidei, orationẽ Dominicã,& decem præcepta Decalogi, cæteráque omnia quæ ad animæ salutem Christianum decet cognoscere. Prospicietis deniq;, vt ad piam & christianã vitã studiosè educentur, semper memores Baptismũ effigiem nobis ob oculos proponere professionis nostræ: vt scilicet, Christi seruatoris exemplũ imitemur,& ad eius similitudinẽ conformemur, vt quemadmodum ille pro nobis mortuus

eſt, & reſurrexit, ita nos etiam, qui baptiſamur, peccato quidem moriamur, reſurgamus autem ad vitæ nouitatem & rectitudinem, ſemper mortificantes prauas & corruptas carnis concupiſcentias, eximióſque progreſſus facientes in omni virtute & pietate.

Mandabit etiam miniſter, vt pueri ad Epiſcopum adducantur confirmandi, quamprimum edidicerint articulos fidei, orationem Dominicam, & præcepta Decalogi, & in Catechiſmo eum in finem promulgato, pleniùs aliquantum inſtituantur: prout in eodem præſcriptum eſt.

De his qui premente neceſſitate, *domi in priuatis ædibus baptizantur.*

Eccleſiarum Paſtores & Miniſtri ſubinde populum admonebunt, ne baptiſmum filiorum longiùs differant, quàm in diem Dominicam, aut feſtum diem proximè ſequentem natales infantium, niſi grauis admodum cauſa per miniſtrum approbata coëgerit.

Commonefaciant etiam, vt ſine graui & neceſſaria cauſa domi intra priuatos parietes infantes non baptiſent. Cùm autem magna illos & dura neceſſitas vrgebit, hunc in modum facient.

Primùm, qui præſentes fuerint, Dei gratiam &

& auxilium inuocabunt, dicentes Orationem Dominicam, si temporis angustia permiserit. Deinde verò vnus nomine ipsum compellans, vel in aquam immerget, vel aqua perfundet, dicens.

N. Ego baptiſo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Ne dubitent autem, quin puer hunc in modum legitimè & plenè baptiſatus ſit: nec debet posteà in Eccleſia baptiſmus repeti, quòd ſi tamen infans ad hanc rationem baptiſatus vixerit, vehementer expedit, vt in Eccleſiam adducatur, quo Minister experiatur & probet, num legitimè domi baptiſatus ſit. Quòd ſi illi qui infantem ſistent, reſpondebunt iam baptiſatum eſſe, vlterius interrogabit,

Per quem ſit baptiſatus?
Qui præſentes fuerint cùm baptiſaretur?
Vtrum Dei gratiam & auxilium in illa anguſtia inuocauerint?
Quo liquore illum baptiſarint?
Quibus verbis baptiſatus ſit?
Vtrum credant infantem legitimè & plenè baptiſatum?

Quòd ſi Miniſter ex reſponſionibus adferentium infantem intelligit omnia ritè & legitimè

facta, baptiſmum non repetet, ſed aſſumet illum in gregem & populum Chriſtianum, dicens,

EGo vos certiores facio, quòd rectè præſtitiſtis veſtrum officium hac in re, iuſtumque ordinem retinuiſtis in baptiſmo huius infantis, qui natus in originali peccato, & ſub ira diuina, nunc eſt per Lauacrum regenerationis in Baptiſmo, in numerum filiorum Dei relatus, & hæres factus æternæ vitæ. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus gratiam ſuam huiuſmodi infantibus adeò non denegat, vt eos amanter & benignè inuitet, quemadmodum in ſacroſancto Euangelio, cum ingenti noſtra conſolatione habetur.

Euangelium. Marc. x.

Quodam tempore attulerunt ad illum pueros vt tangeret illos. &c.

Vt ſupra in publico baptiſmate.

Sequetur etiam exhortatiuncula ſuperius præſcripta, donec peruentum fuerit ad poſtremam ſententiam, quæ ſic ſe habebit.

Quamobrem nos minimè neſcij fauoris, quē cœleſtis noſter pater gerit in hos infātes, illuſtrati ac patefacti per filium eius Ieſum Chriſtum, agamus illi gratias per fidē

&

& pium affectum, & dicamus orationem quam Dominus ipse docuit, & ad testificationem fidei nostræ, recitemus articulos, comprehensos in Symbolo.

Hic Minister cum susceptoribus dicet:

Pater noster qui es in cœlis.&c.

Deinde Minister quod sit nomen infantis interrogabit, quod, cùm susceptores pronuntiauerint, Minister addet.

Túne istius infantis nomine, renuntias Diabolo, & omnibus eius operibus, inani pompę & glorię huius seculi, cum omnibus auaris eiusdem cupiditatibus & carnis concupiscentijs, vt nec sequi illa, nec ab eis abduci volueris?

Responsum.

Istis omnibus renuntio.

Minister.

Túne istius infantis nomine, hanc fidem profiteris? nempe te credere in Deum Patrem omnipotentem.&c.

Quæst. Ecquid, credis eius nomine in Spiritum sanctum? &c.

Responsum.

Hæc omnia ego constanter credo.

Tunc dicet Minister,

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus cœlestis Pater, supplices tibi gratias agimus, quod

quod dignatus sis nos ad fidem in te,& cognitionem gratiæ tuæ vocare: Auge quæsumus & hanc in nobis fidem & cognitionem in perpetuum confirma. Spiritum sanctum tuum huic infanti concede, vt is renatus, & hæres salutis æternæ factus, per Dominum nostrum Iesum Christum, tuus vsq; famulus perseueret, tuámq; promissionem consequatur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti, in omnem æternitatem. Amen.

Addetur etiam admonitio ad Susceptores, vt supra.

Quoniam infans iste, per vos promiserit renuntiaturum se diabolo. &c.
Vt suprà in publico Baptismo.

Quod si, vt aliquando contingit, infantem adferentes incertas responsiones fecerint: affirmauerintq; se nescire quid in tanta mentis consternatione cogitarint, fecerint, dixerint, tunc Minister ad rationem publici Baptismi superius præscriptam omnia peraget, nisi quod in immergendo infante, sic inquiet.

Quòd si anteà non sis baptisatus. N. Ego baptiso te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Confirmatio, in qua Catechiſmus ad Pueros inſtituendos continetur.

VT confirmatio maiore cum Puerorum ædificatione adminiſtretur, iuxta Pauli doctrinam, præcipientis vt omnia ad ædificationem in Eccleſia fiant, viſum eſt, neminem ad confirmationem admittendum, niſi qui materna lingua Fidei articulos, Orationem Dominicam, Decalogi præcepta expeditè poterit, & memoriter pronuntiare, & ad reliquas item quæſtiones breuis illius Catechiſmi reſpondere, quas Epiſcopus, vel pro illius arbitrio, alius quicunque propoſuerit, hæc autem ratio plurimis de cauſis obſeruatu commodiſſima videtur.

Primùm, quia cùm pueri ad maturiorem ætatem iam peruenerint & didicerint, quæ & quanta ſuſceptores ipſorum nomine in Baptiſmo promiſerint, ipſi proprio ore, proprio conſenſu, publicè in conſpectu Eccleſiæ eadem agnoſcant, & confirment, profiteantúrque ſe diuina gratia adiuuante conaturos ea omnia fideliter obſeruare, quibus iam ſuis verbis, ſua confeſſione aſſenſerint.

Secundò, quoniam confirmatio illis adhibetur qui iam Baptiſati ſunt, vt per impoſitionem manuum & orationem vires & defenſionem accipiant contra omnes inſultus peccati, mundi, & Diaboli, commodiſſimè adminiſtratur, cum

cum pueri eam ætatem attigerint, qua tum per ſuam carnis infirmitatem, tum per varios huius mundi & Diaboli inſultus, in maximo periculo conſtituuntur, ne in grauiſſima peccata prolabantur.

Tertio, quòd non alienum ſit à conſuetudine Primitiuæ Eccleſiæ, qua ſuſceptum erat, vt confirmatio adhiberetur illis, qui ad ætatem maturiorem perueniſſent, vt ipſi iam in religione Chriſtiana inſtituti ſuam ipſorum fidem publicè profiterentur, & promitterent ſe Diuinæ voluntati & mandatis eius obtemperaturos.

Ne quiſquam verò putet ex dilatione confirmationis quicquam detrimenti filijs ſuis acceſſurum, ſed apud animum conſtituat ex Dei verbo clarum & perſpicuum eſſe infantes baptiſatos omnia habere ad ſalutem neceſſaria, certóq; certius ſalutem conſequi.

Catechiſmus memoriter à pueris *ediſcendus antequam ad confirmationem adducantur.*

Quæſtio.

QVod tibi nomen eſt?

Reſponſum.

N. vel N.

Quæſtio.

Quis tibi hoc nomen tribuit?

Reſponſum.

Responsum.

Susceptores mei in Baptismo, in quo membrum Christi, filius Dei, & hæres regni cœlorum effectus sum.

Quæstio.

Quid tuo nomine tum susceptores fecerunt?

Responsum.

Tria promiserunt, primùm, renuntiaturum me Diabolo & omnibus operibus eius, pompis & voluptatibus huius seculi & prauis concupiscentijs carnis. Secundùm, crediturum me omnibus fidei articulis. Tertiùm, sanctam Dei voluntatem, & omnia eius præcepta obseruaturum, in eísq; per omnem vitam, perambulaturum.

Quæstio.

Putásne te coram Deo deuinctum esse & obstrictum, vt ea omnia credas & facias quæ tuo nomine illi susceperunt?

Responsum.

Equidem puto, Deóq; adiuuante ita faciam. Patri item cœlesti gratias ago immortales, quòd me dignatus sit per Dominum Iesum Christum ad hanc salutis viam vocare, ipsúmq; vehementer oro, vt me ita sua gratia confirmet, in eadem vt permaneam ad finem vsque vitæ meæ.

Quæstio.

Quæstio.

Recita fidei articulos.

Responsum.

Credo in Deum Patrem omnipotẽtem, creatorem cœli & terræ, & in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrũ. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad inferna. Tertia die resurrexit à mortuis, ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum. Sanctam Ecclesiam catholicam. Sanctorum communionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Et vitam æternam. Amen.

Quæstio.

In illis fidei articulis quid præcipuè discendum arbitraris?

Responsum.

Primùm, disco credendum mihi esse in Deum Patrem, qui & me & vniuersum hunc mundum condidit. Secundò in Deum filium, qui & me & totum genus humanum redemit. Tertiò, in Spiritum sanctum Deum, qui me & omnes Dei electos sanctificat.

Quæstio.

Quæſtio.

Dixeras ſuſceptores tuo nomine promiſiſſe, te mandata Dei obſeruaturum, dic igitur, quot ſunt illa?

Reſponſum.

Decem.

Quæſtio.

Quæ ſunt illa?

Reſponſum.

Quæ Deus ipſe prodidit capite vigeſimo Exodi, dicens: Ego ſum Deus tuus, qui te eduxi ex Ægypto ex domo ſeruitutis.

Non habebis Deos alienos coram me. 1

Non facies tibi ſimulachrũ vllius rei, quę 2
aut ſuprà in cœlo ſit, aut infrà in terra, aut in aquis infra terram. Non veneraberis ea neque coles. Nam ego ſum Dominus Deus tuus zelotypus, qui parentum iniquitatem etiã in liberis vindico, ad tertiã vſq; quartámq; progeniem oſorũ mei, clementiáq; vtor ad milleſimam vſque progeniem erga mei amantes, meáq; præcepta obſeruantes.

Nomen Domini Dei tui inaniter non v- 3
ſurpabis, neq; enim ſinet Deus impunitum, qui eius nomen inaniter adhibuerit.

Diem Sabbathi ſanctè tranſigere me- 4
mento, ſex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo verò die, quod eſt Domini Dei tui Sabbathum, nullum opus

facies,

Quæstio.

Recita fidei articulos.

Responsum.

Credo in Deum Patrem omnipotētem, creatorem cœli & terræ, & in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum noſtrū. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus, deſcendit ad inferna. Tertia die reſurrexit à mortuis, aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum. Sanctam Eccleſiam catholicam. Sanctorum communionem. Remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Et vitam æternam. Amen.

Quæstio.

In illis fidei articulis quid præcipuè diſcendum arbitraris?

Responsum.

Primùm, diſco credendum mihi eſſe in Deum Patrem, qui & me & vniuerſum hunc mundum condidit. Secundò in Deum filium, qui & me & totum genus humanum redemit. Tertiò, in Spiritum ſanctum Deum, qui me & omnes Dei electos ſanctificat.

Quæstio.

Quæstio.

Dixeras ſuſceptores tuo nomine promiſiſſe, te mandata Dei obſeruaturum, dic igitur, quot ſunt illa?

Reſponſum.

Decem.

Quæſtio.

Quæ ſunt illa?

Reſponſum.

Quæ Deus ipſe prodidit capite vigeſimo Exodi, dicens: Ego ſum Deus tuus, qui te eduxi ex Ægypto ex domo ſeruitutis.

Non habebis Deos alienos coram me. 1

Non facies tibi ſimulachrũ vllius rei, quę 2
aut ſuprà in cœlo ſit, aut infrà in terra, aut in aquis infra terram. Non veneraberis ea neque coles. Nam ego ſum Dominus Deus tuus zelotypus, qui parentum iniquitatem etiã in liberis vindico, ad tertiã vſq; quartámq; progeniem oſorũ mei, clementiáq; vtor ad milleſimam vſque progeniem erga mei amantes, meáq; præcepta obſeruantes.

Nomen Domini Dei tui inaniter non v- 3
ſurpabis, neq; enim ſinet Deus impunitum, qui eius nomen inaniter adhibuerit.

Diem Sabbathi ſanctè tranſigere me- 4
mento, ſex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo verò die, quod eſt Domini Dei tui Sabbathum, nullum opus

facies,

facta, baptiſmum non repetet, ſed aſſumet illu[m] in gregem & populum Chriſtianum, dicens,

EGo vos certiores facio, quòd rectè pr[æ]ſtitiſtis veſtrum officium hac in re, i[u]ſtumque ordinem retinuiſtis in baptiſm[o] huius infantis, qui natus in originali pecca[]to, & ſub ira diuina, nunc eſt per Lauacru[m] regenerationis in Baptiſmo, in numeru[m] filiorum Dei relatus, & hæres factus ætern[æ] vitæ. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtu[s] gratiam ſuam huiuſmodi infantibus adeo non denegat, vt eos amanter & benignite[r] inuitet, quemadmodum in ſacroſancto Euangelio, cum ingenti noſtra conſolatione habetur.

Euangelium. Marc.x.

Quodam tempore attulerunt ad illum pueros vt tangeret illos. &c.

Vt ſupra in publico baptiſmate.

Sequetur etiam exhortatiuncula ſuperius præſcripta, donec peruentum fuerit ad poſtremam ſententiam, quæ ſic ſe habebit.

Quamobrem nos minimè neſcij fauoris, quẽ cœleſtis noſter pater gerit in hos infãtes, illuſtrati ac patefacti per filium eius Ieſum Chriſtum, agamus illi gratias per fidẽ

&

& pium affectum, & dicamus orationem quam Dominus ipse docuit, & ad testificationem fidei nostræ, recitemus articulos, comprehensos in Symbolo.

Hîc Minister cum susceptoribus dicet:

Pater noster qui es in cœlis.&c.

Deinde Minister quod sit nomen infantis interrogabit, quod, cùm susceptores pronuntiauerint, Minister addet.

Túne istius infantis nomine, renuntias Diabolo, & omnibus eius operibus, inani pompę & glorię huius seculi,cum omnibus auaris eiusdem cupiditatibus & carnis concupiscentijs, vt nec sequi illa,nec ab eis abduci volueris?

Responsum.

Istis omnibus renuntio.

Minister.

Túne istius infantis nomine, hanc fidem profiteris? nempe te credere in Deum Patrem omnipotentem.&c.

Quæst. Ecquid, credis eius nomine in Spiritum sanctum? &c.

Responsum.

Hæc omnia ego constanter credo.

Tunc dicet Minister,

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus cœlestis Pater, supplices tibi gratias agimus, quod

quod dignatus ſis nos ad fidem in te,& cognitionem gratiæ tuæ vocare: Auge quæſumus & hanc in nobis fidem & cognitionem in perpetuum confirma.Spiritum ſanctum tuum huic infanti concede,vt is renatus, & hæres ſalutis æternæ factus, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, tuus vſq; famulus perſeueret, tuámq; promiſſionem conſequatur. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti,in omnem æternitatem.Amen.

Addetur etiam admonitio ad Suſceptores,vt ſupra.

Quoniam infans iſte, per vos promiſerit renuntiaturum ſe diabolo.&c.

Vt ſuprà in publico Baptiſmo.

Quod ſi, vt aliquando contingit, infantem adferentes incertas reſponſiones fecerint: affirmauerintq; ſe neſcire quid in tanta mentis conſternatione cogitarint, fecerint, dixerint,tunc Miniſter ad rationem publici Baptiſmi ſuperius præſcriptam omnia peraget, niſi quod in immergendo infante, ſic inquiet.

Quòd ſi anteà non ſis baptiſatus.N.Ego baptiſo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.Amen.

Confir-

Confirmatio, in qua Catechiſmus ad Pueros inſtituendos continetur.

VT confirmatio maiore cum Puerorum ædificatione adminiſtretur, iuxta Pauli doctrinam, præcipientis vt omnia ad ædificationem in Eccleſia fiant, viſum eſt, neminem ad confirmationem admittendum, niſi qui materna lingua Fidei articulos, Orationem Dominicam, Decalogi præcepta expeditè poterit, & memoriter pronuntiare, & ad reliquas item quæſtiones breuis illius Catechiſmi reſpondere, quas Epiſcopus, vel pro illius arbitrio, alius quicunque propoſuerit, hæc autem ratio plurimis de cauſis obſeruatu commodiſſima videtur.

Primùm, quia cùm pueri ad maturiorem ætatem iam peruenerint & didicerint, quæ & quanta ſuſceptores ipſorum nomine in Baptiſmo promiſerint, ipſi proprio ore, proprio conſenſu, publicè in conſpectu Eccleſiæ eadem agnoſcant, & confirment, profiteantúrque ſe diuina gratia adiuuante conaturos ea omnia fideliter obſeruare, quibus iam ſuis verbis, ſua confeſſione aſſenſerint.

Secundò, quoniam confirmatio illis adhibetur qui iam Baptiſati ſunt, vt per impoſitionem manuum & orationem vires & defenſionem accipiant contra omnes inſultus peccati, mundi, & Diaboli, commodiſſimè adminiſtratur, cum

cum pueri eam ætatem attigerint, qua tum per ſuam carnis infirmitatem, tum per varios huius mundi & Diaboli inſultus, in maximo periculo conſtituuntur, ne in grauiſſima peccata prolabantur.

Tertio, quòd non alienum ſit à conſuetudine Primitiuæ Eccleſiæ, qua ſuſceptum erat, vt confirmatio adhiberetur illis, qui ad ætatem maturiorem perueniſſent, vt ipſi iam in religione Chriſtiana inſtituti ſuam ipſorum fidem publicè profiterentur, & promitterent ſe Diuinæ voluntati & mandatis eius obtemperaturos.

Ne quiſquam verò putet ex dilatione confirmationis quicquam detrimenti filijs ſuis acceſſurum, ſed apud animum conſtituat ex Dei verbo clarum & perſpicuum eſſe infantes baptiſatos omnia habere ad ſalutem neceſſaria, certóq; certius ſalutem conſequi.

Catechiſmus memoriter à pueris *ediſcendus antequam ad confirmationem adducantur.*

Quæſtio.

QVod tibi nomen eſt?

Reſponſum.

N. vel N.

Quæſtio.

Quis tibi hoc nomen tribuit?

Reſponſum.

Responſum.

Suſceptores mei in Baptiſmo, in quo membrum Chriſti, filius Dei, & hæres regni cœlorum effectus ſum.

Quæſtio.

Quid tuo nomine tum ſuſceptores fecerunt?

Responſum.

Tria promiſerunt, primùm, renuntiaturum me Diabolo & omnibus operibus eius, pompis & voluptatibus huius ſeculi & prauis concupiſcentijs carnis. Secundùm, crediturum me omnibus fidei articulis. Tertiùm, ſanctam Dei voluntatem, & omnia eius præcepta obſeruaturum, in eíſq; per omnem vitam, perambulaturum.

Quæſtio.

Putáſne te coram Deo deuinctum eſſe & obſtrictum, vt ea omnia credas & facias quæ tuo nomine illi ſuſceperunt?

Responſum.

Equidem puto, Deóq; adiuuante ita faciam. Patri item cœleſti gratias ago immortales, quòd me dignatus ſit per Dominum Ieſum Chriſtum ad hanc ſalutis viam vocare, ipſúmq; vehementer oro, vt me ita ſua gratia confirmet, in eadem vt permaneam ad finem vſque vitæ meæ.

Quæſtio.

Quæstio.

Recita fidei articulos.

Responsum.

Credo in Deum Patrem omnipotẽtem, creatorem cœli & terræ, & in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum noſtrũ. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus, deſcendit ad inferna. Tertia die reſurrexit à mortuis, aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum. Sanctam Eccleſiam catholicam. Sanctorum communionem. Remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Et vitam æternam. Amen.

Quæstio.

In illis fidei articulis quid præcipuè diſcendum arbitraris?

Responsum.

Primùm, diſco credendum mihi eſſe in Deum Patrem, qui & me & vniuerſum hunc mundum condidit. Secundò in Deum filium, qui & me & totum genus humanum redemit. Tertiò, in Spiritum ſanctum Deum, qui me & omnes Dei electos ſanctificat.

Quæstio.

Quæstio.

Dixeras ſuſceptores tuo nomine promiſiſſe, te mandata Dei obſeruaturum, dic igitur, quot ſunt illa?

Reſponſum.

Decem.

Quæſtio.

Quæ ſunt illa?

Reſponſum.

Quæ Deus ipſe prodidit capite vigeſimo Exodi, dicens: Ego ſum Deus tuus, qui te eduxi ex Ægypto ex domo ſeruitutis.

Non habebis Deos alienos coram me. 1

Non facies tibi ſimulachrũ vllius rei, quę 2 aut ſuprà in cœlo ſit, aut infrà in terra, aut in aquis infra terram. Non veneraberis ea neque coles. Nam ego ſum Dominus Deus tuus zelotypus, qui parentum iniquitatem etiã in liberis vindico, ad tertiã vſq; quartámq; progeniem oſorũ mei, clementiáq; vtor ad milleſimam vſque progeniem erga mei amantes, meáq; præcepta obſeruantes.

Nomen Domini Dei tui inaniter non v- 3 ſurpabis, neq; enim ſinet Deus impunitum, qui eius nomen inaniter adhibuerit.

Diem Sabbathi ſanctè tranſigere me- 4 mento, ſex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo verò die, quod eſt Domini Dei tui Sabbathum, nullum opus facies,

facies, nec tu, nec filius tuus, nec filia tua, nec seruus tuus, nec ancilla tua, neque iumentum tuum, neque apud te degens peregrinus. Nam sex diebus perfecit Deus cœlum & terram, & mare, & quicquid in illis continetur, septimo quieuit. Itaque diem Sabbati sacrum sibíq; dicatum voluit.

5 Honora patrem & matrem, vt sis longæuus super terram, quã daturus est tibi Dominus Deus tuus.

6 Non occides.

7 Non adulteraberis.

8 Non furaberis.

9 Non dices falsum testimonium contra proximum tuum.

10 Non concupisces domum proximi tui, non vxorem, non seruum, non ancillam, nõ bouem, non asinum, nec quicquam omninò aliud quod alterius sit.

Quæstio.

Quid ex istis mandatis tibi præcipuè discendum arbitraris?

Responsum.

Equidem duo ex illis disco. Officium scilicet, primum in Deum, deinde etiam & in proximum.

Quæstio.

Quod est in Deum officium tuum?

Responsum.

Responsum.

Vt in illum credam, illum timeam, diligam ex toto corde, ex tota mente, ex totis viribus, vt illum colam, illi gratias agam, in illum solum fiduciam collocem, illum inuocem, illius nomen & sacrosanctum verbum adorem, illíque semper seruiam omnibus diebus vitæ meæ.

Quæstio.

Quod tuum est in proximum officium?

Responsum.

Vt illum æquè atque meipsum diligam: ita me erga alios geram, quemadmodum & illos erga me se gerere cupio. Parẽtes amore, veneratione, & subsidio complectar. Regalem maiestatem eiúsq; ministros honore & obedientia prosequar: erga omnes gubernatores, institutores, pastores spirituales, & magistros morigerum me & obedientem præbeam. Submissè me & reuerenter geram erga maiores. Neminem verbo aut facto lædam. In omnibus me iustum, fidelem & integrum ostendam. Odium intus in animo occultum non foueam. Manus à furto, linguam à mendacio, calumnia & obtrectatione cõtineam. Corpore me temperantem, sobrium, castum præbeã. Aliena denique vt bona non cõcupiscam, sed pro-

prio labore & industria studeam ad victum necessaria comparare, eíque vitę rationi satisfacere, ad quam me Diuina prouidentia vocarit.

Quæstio.

Hoc velim scias, optime fili, tuis te viribus ista præstare non posse, neque in Dei mandatis versari,& illi prout decet, seruire, nisi singulari eius gratia adiutum: quam etiam discere oportet te ardentissimis precibus semper ab illo contendere. Audiam igitur an memoriter teneas orationem Dominicam?

Responsum.

Pater noster qui es in cœlis,sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cœlo,& in terra. Panē nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Amen.

Quæstio.

In hac oratione quid à Deo petis?

Responsum.

Equidem contendo à Domino Deo Patre cœlesti, bonorum omnium largitore, ita me omnésque alios sua gratia velit augere & confirmare, vt illum colamus, illi seruia-

seruiamus, & pro eo atque decet in omnibus obtemperemus: peto etiam, vt omnia nobis largiatur tum ad corporis incolumitatem, tum ad animæ salutem necessaria, vt sua nos misericordia complectatur, nobísque nostra peccata condonet, dignetur nos ab omnibus periculis & animæ & corporis tueri, ab omníque peccati & sceleris contagione, ab hoste spirituali Satana, morte & damnatione æterna liberare. Quæ quidem omnia spero pro sua misericordia & benignitate faciet, per Dominum nostrum Iesum Christum. Ideóque in extrema clausula addo. Amen.

Quamprimùm pueri materna lingua memoriter teneant Articulos fidei, orationem Dominicam, & præcepta Decalogi, poterúntque respondere ad quæstiones istius Catechismi, vel ab Episcopo, vel ab alio quouis pro illius arbitrio proposito, tum vt testem habeant, confirmationis suæ per aliquem Susceptorem ad Episcopum confirmandi adducentur.

Episcopus autem hoc modo pueros confirmabit.

Confirmationis ratio.

Episcopus.

AVxilium nostrum in nomine Domini.

Responsum.

Qui fecit cœlum & terram.

Episcopus.

Sit nomen Domini benedictum.

Responsum.

Ab hoc præsenti tempore in omne vsque æuum.

Episcopus.

Domine, exaudi quæsumus orationem nostram.

Responsum.

Et clamor noster ad te perueniat.

Episcopus. Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui hos seruos tuos per aquam & spiritum sanctũ regenerare dignatus es, omniáque ijs peccata condonare, confirma eos quæsumus Domine, spiritu paracleto, muneráque diuinæ gratiæ tuæ in illis auge, Spiritum sapientiæ & intellectus, Spiritum consilij & fortitudinis, Spiritum scientiæ & veræ pietatis, denique spiritu sancti timoris tui animos eorum semper reple. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Tunc Episcopus manum in singulorum capita imponens, sic dicet.

DEfende, Domine, hunc puerum cœlesti gratia, tuus vt semper maneat, quotidiè

tidiéque magis tuo ſancto ſpiritu augeatur, donec ad æternum regnũ tuum perueniat. Amen.

Epiſcopus addet.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui & voluntatem nobis & facultatem addis ad ea facienda, quæ bona ſunt, & tuæ maieſtati grata, ſupplices tibi preces fundimus pro his pueris, ſuper quos ad exemplum ſanctorum Apoſtolorum tuorum manus impoſuimus, vt certiores eos hoc ſigno redderemus tuæ in ipſos benignæ voluntatis, paterna tua manus quęſumus ſemper eos protegat, & defendat ſpiritus ſanctus eos perpetuò, & ſic in ſcientiam & obedientiam verbi tui inducat, vt tãdem vitam æternam conſequantur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui tecum viuit & regnat verus Deus in omne æuum. Amen.

Epiſcopus tandem benedicet pueris, inquiens.

GRatia Dei omnipotentis, Patris, Filij, & Spiritus ſancti ſit ſuper vos, maneátque ſemper vobiſcum. Amen.

Cuiuſque parochiæ Miniſter, vel alius quiſpiam ab eo deſignatus, dominicis & feſtis die-

bus paulò ante vespertinas preces publicè in templo pueros eò missos, pro temporis ratione diligenter instituet & examinabit in aliqua parte istius catechismi, prout ipsi commodum & opportunum videbitur.

Parentes simul & Domini curabunt vt filij & serui nondum in catechismo instituti, tempore constituto ad templum veniant obedienter audituri, & etiam ministris obtemperaturi, donec in hoc libro præscripta memoriter didicerint.

Quoties Episcopus indicauerit pueros aliquo opportuno in loco ad confirmationem coràm se esse adducendos: tunc cuiusque parochiæ administer, omnium puerorum in sua parochia nomina, qui articulos fidei, orationem Dominicam, ac Decalogi præcepta recitare possunt, aut ipse afferet, aut per scripta ad Episcopum mittet: tum etiam significabit, quot eorum sint, qui cæteris quæstionibus hoc catechismo descriptis accommodatè possunt respondere.

Nemo autem ad sacrosanctam Communionem prius admittatur, quàm & catechismum didicerit, & confirmatus fuerit.

Forma solennizandi Matrimonium.

Primùm Banna edenda siue promulganda sunt

ſunt tribus diebus Dominicis vel Feſtiuis diuinorum officiorum tempore, populo præſente, iuxta antiquum morem. Quòd ſi perſonæ matrimonio coniugandæ in diuerſis degant Parochijs, banna promulgari in ſingulis debent. Nec præſumat Miniſter vnius Parochiæ, ſacram Matrimonij ceremoniam ſeu ſolennizationem peragere, niſi ab alterius Parochiæ Miniſtro, certior factus fuerit in ſcriptis, de bannis tribus vicibus promulgatis. Conſtituto nuptiarum die, in nauem Eccleſiæ, ſiue frequentiorem cœtum venient qui ſunt connubio copulandi, vnà cum amicis & vicinis: Ac ibidem tum Miniſter incipiet ſic.

CONVENIMVS in hunc locum (dilectiſſimi) coràm Deo atque in conſpectu Eccleſiæ eius, vt hunc virum mulierémque hanc ſacro ſociemus coniugio: quod viuendi genus honorabile, primùm ab ipſo Deo in Paradiſo (dum adhuc homo in innocentia perſiſteret) inſtitutum eſt, myſticam illam inter Chriſtum & eius Eccleſiam nobis præfigurans vnionem: Qui deinde ſacer ſtatus à Chriſto etiam ſua præſentia ſignoque illo primo, quod in Cana Galilææ fecerat adornatus atque condecoratus: eſt poſtremò à diuo Paulo hac nota commendatus, quod honorabilis ſit inter

omnes homines. Quapropter nec aggre-
diendum, nec suscipiendum est inconsul
tò, temerè, petulanter, ad satisfaciendum
carnalibus hominum concupiscentijs &
affectibus, (quod est animantium ratione
ac intelligentia carentium) verùm reue
renter, modestè, consultò, sobriè, inque
Dei timore, ipsis causis prius iustè mul-
túmque versatis, propter quas coniugium
fuerat ab initio decretum. Quarum pri
ma liberorum propagatio est, in timore
disciplináque Domini, & ad Dei laudem
educandorum. Secundò, Matrimonium in
stitutum fuit, vt esset contra peccatum, &
ad vitandam fornicationem remedium, v
qui continentiæ donum non accepissent
nuberent, atq; sese corporis Christi mem
bra incontaminata conseruarent. Tertiò
constitutum fuit, ad mutuam vitæ societa
tem auxilium, ac consolationem vtriusque
erga se in rebus cum prosperis tum aduer-
sis. Atque in hunc sacrum coniugij statum
vt consocientur, accesserunt huc isti duo
quos præsentes videtis. Quare si quisquam
sit, qui iustam causam proferre poterit, cur
legitimè isti coniungi nequeant, aut iam
palàm denuntiet, aut in futurum reticeat
perpetuò.

Atque

Atque personas coniungendas Matrimonio alloquens Minister, dicet.

MAndo præcipióq; vobis, ficut tremendo illo iudicij die (quum arcana omnium cordium referentur) rationem estis reddituri, vt si quis vtriusq; vestrûm impedimẽtũ aliquod sciat, quo minus matrimonio legitimè copulari queatis, vt illud modò cõfiteatur. Nam hoc vobis persuasissimũ sit, quotquot aliter cõiunguntur quam Dei verbũ approbat, nec à Deo illos copulari, nec eorum esse matrimonium legitimum.

Quo nuptiarum die, si quisquam allegabit & denuntiabit impedimentum quodcunque, quo minus isti nequeant ex Dei lege aut huius regni statutis matrimonio cõiungi, & seipsum vnà cum fideiussoribus idoneis obligare velit personis sic copulandis, vel sufficientem cautionem deponat, ad satisfaciendum plenè pro omnibus sumptibus, quos personæ copulandæ sint facturæ, se causam probaturum, tum solemnizatio proroganda est in illud tempus, dum rei veritas planè constet. Si nullum impedimentum denuntietur, tum Minister virum alloquetur.

N. Vis habere hanc mulierem in sponsam, vt cum illa in sacro coniugij statu iuxta Dei ordinationem simul viuas? vis eam diligere, consolari, honorare & tam infirmam

infirmam quàm ſanam conſeruare, atqu
repudiatis alijs omnibus, illi ſoli adhærer
quamdiu vita vtriuſq; veſtrûm durauerit?

Reſpondebit vir.

Volo.

Tum Miniſter mulierem alloquetur.

N. Vis habere hunc virum in ſpóſum, v
in ſacro coniugij ſtatu iuxta Dei or
dinationem ſimul viuas? vis ei obedire &
ſeruire, eum diligere, honorare, & tam in
firmum quam ſanum cuſtodire, atq; repu
diatis alijs omnibus illi ſoli adhærere, quã
diu vita vtriuſque veſtrûm durauerit?

Reſpondebit mulier.

Volo.

Tunc dicet Miniſter.

Quis hanc mulierem tradit, vt huic vir
nubat?

*Tum Miniſter mulierẽ de manu parentis ve
amicorum acceptans, admonebit virum vt dexte
ram mulieris prehendat, & ſic vterq; alteri mu
tuam fidem præſtabit, viro ſic dicente,*

Ego N. accipio te N. in vxorem mihi, v
te ab hoc tempore in futurum pręalijs me
lioribus ſiue deterioribus, ditioribus, ſiu
pauperioribus habeam, teneam, diligam &
foueam, tam ſanam quàm infirmam, done
mors nos diſiunxerit, iuxta Dei decretum
atque in huius rei confirmationem fidem
meam

meam tibi astringo.

Tunc manus dissoluent, & mulier rursum viri dexteram apprehendens, dicet.

Ego N. accipio te N. mihi in maritum, vt ab hoc tempore in futurum te tam sanum quàm infirmum præ alijs melioribus siue deterioribus, ditioribus siue pauperioribus habeam, teneam, diligam, colam atque obediam donec mors nos disiunxerit, iuxta Dei decretum, atque in huius rei confirmationem, fidem meam tibi astringo.

His rebus sic gestis, coniunctas manus relaxabunt, & maritus annulum vxori dandum libro imponet vnà cum pecunijs Ministro ac sibi seruienti debitis: & Minister acceptum annulum tradet marito vt eo digitum annularem sinistræ manus vxoris exornet, & vir à ministro instructus dicet.

Ego te hoc annulo mihi spódeo, te corpore meo honoro, & bonorum meorum omnium participem facio. In nomine patris & filij, & spiritus sancti. Amen.

Postquam annulum vir reliquerit in annulari digito, videlicet quarto sinistræ manus mulieris, dicet Minister.

Oremus.

ÆTerne Deus, creator cóseruatórq; totius generis humani, omnísq; gratiæ spiritu-

ſpiritualis largitor, & autor vitæ ætern
mitte deſuper benedictionem tuam ſup
hos famulos tuos,hunc virũ atq; hanc m
lierem, quos in tuo nomine benedicim
vt ſicut Iſaac & Rebecca ſumma fide in
ſe viuebant, ſic iſti duo firmius perſolua
cuſtodiántq; votum ac fœdus inter ſe ini
(cuius eſt annuli hæc datio acceptióq; a
gumentum & arrha) & vt in mutuo amo
ac pacis vinculo perſeuerent, atq; reliqua
vitam vniuerſam ad legum tuarum no
mam dirigant. Per Ieſum Chriſtum Dom
num noſtrum. Amen.

His dictis, Miniſter eorum dexteras iunget dicendo.

Quos Deus coniunxit, homo ne ſepar

Ad populum verò Miniſter loquetur ſic:

QVandoquidem N. & N. in ſacrum co
ſenſerint coniugium, idq; coram D
atque hac eccleſia ſint conteſtati, cumq
ad eius rei confirmationem mutuò ſibi
dem ſpoponderint, datóq; & accepto a
nulo, atq; dexteris coniungendis idem p
lam declararint: idcircò eos maritum vx
rémq; inter ſe eſſe pronuntio. In nomi
patris & filij & Spiritus ſancti. Amen.

Inſ

Insuper addet & hanc benedictionem Minister.

DEus pater, Deus filius, Deus Spiritus ſanctus vos benedicat, tueatur & protegat : miſericors Dominus ſuo vos fauore benignè reſpiciat,atq; omni vos benedictione ſpirituali ac gratia repleat, vt in hac præſenti vita, ſic mutuò diligatis,quò in futuro ſæculo, vita fruamini æterna.

*His ad hunc modum finitis, Ministri vel Clerici Dominicam menſam verſus procedentes, ſequentem Pſalmum, vel dicent, vel cantabunt. Pſal.*128.

BEati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut nouellæ Oliuarum, in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitę tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſraël.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui. &c.

Vel

Vel hunc Psalmum. Psal.67.

DEus misereatur nostri,& benedicat no-
bis : illuminet vultum suum super no
& misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam,
omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus, confit
antur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, quonia
iudicas populos in æquitate, & gentes
terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confit
antur tibi populi omnes : terra dedit fru
tum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, ben
dicat nos Deus : & metuant eum omn
fines terræ.

Gloria patri,& filio,& spiritui. &c.

*Finito Psalmo,& genuflectentibus viro ac mu-
liere ante mensam Dominicam, Mini-
ster etiam ad eandem stans, & in
eos respiciens, dicet.*

Kyrie eleyson.

Responsum.

Christe eleyson.

Minister.

Kyrie eleyson.

Pater noster qui es in cœlis, &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

Respo

Responsum.

Sed libera nos à malo. Amen.

Minister.

Domine, saluum fac seruum tuum, & ancillam tuam. *Responsum.*

Qui sperant in te.

Minister.

Mitte eis Domine, auxilium de sancto.

Responsum.

Et eos semper protege.

Minister.

Esto eis turris fortitudinis.

Responsum.

A facie inimici.

Minister.

Domine, exaudi preces nostras.

Responsum.

Et clamor noster ad te perueniat.

Minister.

DEus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob, benedic hos famulos tuos, & semina semẽ vitę ætернę in mentibus eorũ, vt quicquid è sacrosancto verbo tuo vtiliter didicerint, hoc ipsum opere compleãt. Respice Domine, propitius super eos de cœlesti habitaculo tuo, & eos benedic: & sicut super Abraham & Saram ad eos mirificè consolandos miseris benedictionem tuam: ita mittere digneris tuã benedictionem super

hos

hos famulos tuos, vt & illi voluntati tu
ſubiecti, atque de protectione tuā ſecuri, i
tui amoris dilectione (dum viuant) firmite
conſiſtant. Per Ieſum Chriſtum Dominu
noſtrum.

Sequens precatio omittetur, ſi mulier parere deſierit.

MIſericors Domine ac cœleſtis Pate
cuius munere gratioſo genus human
propagatur, proſequere (quęſumus) hos f
mulos tuos benedictione tua, vt & libero
procreatione ſint fœcundi, & ſancta dilec
one & honeſtate vitam prorogent, don
filios filiorū videant in tertiam & quartā
generationem, ad laudem & gloriam tuar
per Ieſum Chriſtū Dominū noſtrum. Am

DEus, qui poteſtate virtutis tuę de nihi
cuncta feciſti, quique etiam diſpoſit
vniuerſitatis exordijs, decreuiſti, vt de vi
ad imaginem & ſimilitudinē tuam creat
mulier ſumeret viuēdi principium, atq; e
copulando ſtatuiſti, nunquam licere ſep
rare, quos tu matrimonij lege vnum feciſ
Deus qui tam excellenti myſterio coniug
lem copulam conſecraſti, vt in ea ſpiritua
coniugium & vnionem Chriſti & Eccleſ
ſignificares ac repræſentares, reſpice pr
pitius ſuper hos famulos tuos, vt nō ſolū
h

hic vir iuxta verbum tuum vxorem diligat, ſicut Chriſtus Eccleſiam ſuam, qui ſeipſum pro ea tradidit amando atque fouendo vt ſuam ipſius carnem: verùm etiam hæc mulier viro ſuo ſit amans, vt Rachel, ſapiens vt Rebecca, fidelis & obediens vt Sara, atque in quietis, ſobrietatis, ac pacis ſtudio ſanctarum, piarúmque matronarum imitatrix permaneat. Benedic ambos Domine, & vitæ ęternæ hęreditatem illis tandem concede, per Chriſtum Dominũ noſtrum. Amen.

Tum dicet Miniſter.

OMnipotens Deus, qui in principio primos noſtros parentes Adam & Euam ſua virtute creauit, eos ſanctificauit, & matrimonio inter ſe copulauit, effundat ſuper vos diuitias gratiæ ſuæ, ſanctificet & benedicat, vt ei corpore pariter ac mente complacere,& in veræ dilectionis amore ad vitę vſque finem perſeuerare valeatis. Amen.

Incipiet poſteà Communio, & poſt lectum Euangelium concio ſequetur, in qua de more quoties nuptiæ erunt celebrandæ, mariti & vxoris officia debita explicabuntur, iuxta ſacras ſcripturas. Quòd ſi non ſit qui concionetur, ipſe miniſter populum alloquetur verbis ſequentibus.

QVicunque iam matrimonio iuncti e-
stis, vel qui sacrum coniugij statum
vobis suscipiendum proponitis, attendit
quid de maritorum in vxores,& vxorum in
maritos officijs debitis (vel obseruantia
sacrosancta edoceat scriptura. Diuus Pau
lus in eius ad Ephesios epist.cap.quinto, i
hunc modum maritis omnibus præcipit
Ephes.5. Viri diligite vxores vestras,sicut & Christu
dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposui
pro ea,vt illam sanctificaret, mundatam la
uacro aquæ per verbum, vt adhiberet ean
sibi ipsi gloriosam Ecclesiam, non haben
tem maculam aut rugam, aut quicquam e
iusmodi: sed vt esset sancta & irreprehen
sibilis. Sic debent viri diligere suas vxore
vt sua ipsorum corpora. Qui diligit suam
vxorem, seipsum diligit. Nullus enim vn
quã suam ipsius carnem odio habuit, im
enutrit,ac fouet eam,sicut & Dominus Ec
clesiam. Quoniã membra sumus corpori
eiusdem, ex carne eius & ex ossibus eju
Huius rei gratia relinquet homo patrem a
matrem, & adiungetur vxori suæ, atque
duobus fiet vna caro. Mysterium hoc mag
num est, verùm ego loquor de Christo & d
Ecclesia. Quanquam & vos singulatim hc
præstare, vt suam quisque vxorem dilig
tanquam seipsum.

Sim.

Similiter diuus Paulus ad Colossenses, scribēs, maritos omnes sic alloquitur. Viri, diligite vxores, & ne sitis amarulenti aduersus illas. Colos. 3.

Audite etiam, quid diuus Petrus Christi Apostolus, qui & ipse maritus fuerat, ad omnes maritos dixerit.

Viri similiter cohabitent secundum scientiam, velut infirmiori vasi muliebri, impartientes honorem, tanquam etiam cohæredes gratiæ vitæ, ne interrumpantur preces vestræ. 1. Pet. 5.

Hucusque maritorum in vxores officia accepistis, iam vicissim vxores attendite, & discite officia vestra erga maritos vestros, quemadmodum in Scripturis sacris planissimè exponitur.

Diuus Paulus, in prædicta epistola ad Ephesios docet sic: Vxores proprijs viris subditæ sitis, veluti Domino, quoniam vir est caput vxoris, quemadmodum Christus est caput Ecclesiæ, & idem est, qui salutem dat corpori. Itaque, quemadmodū Ecclesia subdita est Christo, sic & vxores suis viris subditæ sint in omnibus. Et iterum dicit, Vxor autē vt reuereatur virum. Diuus etiā Paulus in epistola ad Colossenses, sic vos breuiter exhortatur. Vxores subditæ estote proprijs viris, sicuti conuenit in Domino. Ephes. 5. Colos. 3.

Pet.3. Diuus etiam Petrus, vos admodum piè inſtruit, dicendo: Similiter vxores ſubditæ ſitis veſtris viris, vt etiam qui non obtemperant ſermoni, per vxorum conuerſationē abſque ſermone lucrifiant, dum conſiderāt cum reuerentia coniunctam caſtam conuerſationem veſtram: quarum ornatus ſit, non externus, qui ſitus eſt in plicatura capillorum & additione auri, aut in palliorū amictu, verùm occultus, qui eſt in corde homo, ſi is careat omni corruptela: ita vt ſpiritus placidus ſit & quietus, qui ſpiritus in oculis Dei, magnifica ac ſumptuoſa res eſt. Nam ad eum modum olim & ſanctæ illæ mulieres ſperantes in Deo comebant ſeſe, & ſubditæ erant ſuis viris, quemadmodum Sara obediuit Abrahæ, Dominum illum appellans: cuius factæ eſtis filiæ, dum benefacitis, & non terremini vllo pauore.

Qui ſacro coniugio copulantur, eodem nuptiarum die, debent ſacram Synaxim recipere.

Ordo viſitationis Infirmorum.

Ingrediens Sacerdos domum infirmi, dicat.

Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

Tunc accedens ad ægrotum, flexis genibus, dicat.

NE reminiſcaris Domine, iniquitates noſtras, vel peccata parentum noſtrorum. Parce nobis Domine, parce populo tuo, quē redemiſti precioſiſſimo ſanguine tuo, ne in æternum iraſcaris nobis.

Kyrie eleyſon.
Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon.

Pater noſter qui es in cœlis. &c.

Miniſter.

Et ne nos inducas in tentationem.

Reſponſum.

Sed libera nos à malo.

Miniſter.

Domine, ſaluum fac ſeruum tuum.

Reſponſum.

Qui ſuam fiduciam in te collocat.

Miniſter.

Mitte ei auxilium de ſanctuario tuo.

Reſponſum.

Et eum perpetuò potenter defende.

Miniſter.

Nihil præualeat inimicus in eum.

Reſponſum.

Et filius iniquitatis non noceat ei.

Minister.

Eſto ei Domine, turris fortitudinis.

Reſponſum.

A facie inimici eius.

Minister.

Domine, exaudi orationem noſtram.

Reſponſum.

Et clamor noſter ad te perueniat.

Oremus.

REſpice Domine, de cœlo, viſita & ſuccurre ſeruo tuo, reſpice eum oculis miſericordiæ tuæ, conſolare eum vt in te certò confidat: defende eum ab inſidijs inimici, & ſerua eum in pace perpetua & quiete. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

EXaudi nos omnipotens & miſericor Deus ac ſeruator, extende conſuetan miſericordiam tuam, ad hunc ſeruum tuur ægrotantem: viſita illum Domine, vt inu ſiſti ſocrum Petri, & ſeruum Centurionis ſic viſita & reſtitue hunc ægrum priſtinæ ſa nitati, ſi ita tibi viſum fuerit: vel fac eur ita perferre hanc affiictionem, vt poſt han ærumnoſam vitam tecum viuat in æte num. Amen.

Vtat

Vtatur autem Minister ista ad ægrotum exhortatione, vel consimili.

HOc scias charissime frater, omnipotentem Deum esse Dominũ vitæ & mortis, eorúmque omnium quæ ad eas pertinent, nempe iuuentutis, fortitudinis, sanitatis, senectutis, debilitatis, & infirmitatis. Quare persuasum tibi sit, quòd quicunque tuus fuerit morbus, is, Deo volente, & sciente tibi contingat, & quacunque tandem de causa, siue vt probet tuam patientiam, siue ad exemplum aliorum, vt fides tua in die Domini inueniatur, ad laudem, gloriam & honorem Dei, & augmentum fœlicitatis vitæ æternæ, siue etiam ad correctionem & castigationem de aliquo quod offendit oculos cœlestis patris. Noueris certò, quòd si verè te pœniteat peccati, & æquo animo feras hanc afflictionem, confisus in misericordia Dei, promissa propter filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, gratias agens pro hac paterna visitatione, & te humiliter subijcias diuinæ eius voluntati, tibi proderit ad salutem, & promouebit te in recta via, quæ ducit ad vitam æternam.

Si ægrotus fuerit admodum debilis, poterit Minister hic facere finem exhortationis.

Quare in optimam partem accipias han
correctionem Domini. Quem enim diligi
Dominus, hunc castigat. Imò vt D.Paulu
inquit: Flagellat omnem filium quem re
cipit. Item si fertis castigationem, offert se
metipsum vobis vt proprijs filijs. Quis enin
est filius, quem pater non castigat? Si no
estis subiecti correctioni, cuius omnes ge
mani filij sunt participes, nothi estis & spu
rij, non legitimi filij. Quare cùm patres no
stri carnales nos castigent, & nihilominu
obsequimur illis cum omni reuerentia, nũ
quid multo magis debemus obedire spir
tuali patri, vt viuamus? Et illi quidem pau
cis diebus nos correxerunt pro ipsorũ vo
luntate: Ipse verò nos castigat propter no
strã vtilitatẽ, vt participes simus suæ san
ctitatis. Hæc verba charissime frater, D
verba sunt, propter nostram consolation
& instructionẽ, scripta: vt patienter & cu
gratiarum actione, feramus cœlestis Patr
correctionem quancunque, & per quæcu
que aduersa placuerit illi nos visitare. Ne
enim maior consolatio Christiano esse de
bet, quàm vt similis fiat imaginis filij De
in perferundis ærumnis & aduersis, ac infi
mitatibus. Quemadmodum igitur Chr
stus ipse, non ante ingressus est in gloria
quàm pateretur, sed ante crucifixus est qu
glorif

glorificaretur: Ita profectò via ad gloriam, est patientia tribulationum: & transitus ad vitam est, libenter cum Christo mori, vt vnà cum ipso resurgamus à morte, & perfruamur vita æterna. Feras igitur tuam infirmitatem hoc modo tibi salutarem, æquo animo: adhortórq; in Domino, vt memineris professionis tuæ in baptismo. Cùm autem post hanc vitam reddenda sit ratio iusto Iudici, à quo omnes sine respectu personarũ oportet iudicari, exhortor te, vt examines teipsum, & quomodo cum Deo & cũ omnibus hominibus tecum conuenit, vt dum teipsum accusas & iudicas, pro peccatis tuis, inuenias misericordiam apud cœlestem patrem, propter Christum, & non accuseris aut damneris in tremendo iudicio. Recitabo igitur articulos fidei, vt noris vtrum verè credas illa, quæ Christianum credere oportet.

Hic Sacerdos recitabit articulos Symboli, dicens in hunc modum.

CRedis in Deum Patrem omnipotentẽ, creatorem cœli & terræ? &c.
Quemadmodum fit in baptismate.

Tunc examinabit illum Sacerdos, num sit in charitate cum omnibus hominibus, exhortans illum,

illum, vt ex toto corde condonet illis, à quibus iniuria affectus fuerit. Et si aliquos ipse offenderit, aut iniuria affecerit, precetur vt sibi condonent, & pro sua facultate illis satisfaciat.

Et si antè non condiderit Testamentum, tunc condat, & dicat quæ ei debentur, & vicissim quæ debeat, propter quietem posteritatis & amicorum. Sæpè autem in concionibus diuites & potentes moneat, de condendo testamento dum valent. Hæc verba superius repetita, antè enuntiari possunt quàm Minister precationem ordiatur, prout sibi visum fuerit.

Hic ne omittatur, quin Minister agat cum infirmo de eleemosyna danda pauperibus.

Si ægrotus sentit suam conscientiam grauatam esse aliqua in re, de illa Sacerdoti priuatim confiteatur: & finita confessione, Minister vtetur hac forma absolutionis.

DOminus noster Iesus Christus, qui dedit potestatem Ecclesiæ absoluendi à peccatis verè pœnitentes, & credentes in eum, ipse ex infinita misericordia indulgeat tibi peccata tua: ego verò autoritate ipsius mihi commissa, absoluo te ab omnibus peccatis, in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Deinde Minister recitabit subsequentem Collectam, dicens.

Oremus.

Oremus.

O Miſericordiſſime Domine, qui iuxta multitudinem miſericordiæ tuæ deles peccata pœnitentium, ita vt eorum amplius non memineris, aperi oculos miſericordiæ tuæ, ſuper hunc famulum tuum, qui petit miſericordiam & remiſſionem peccatorum ex toto pectore. Renoua amantiſſime pater, quicquid in eo ſubuerſum eſt, fraude & malitia Satanæ, vel carnali concupiſcentia, & fragilitate humana: conſerua & cuſtodi hoc ægrotum membrum in vnitate Eccleſiæ: vide contritionem eius, reſpice lachrymas, pœnáſque mitiga aut amoue, vt placet diuinæ voluntati tuæ. Et quia in tua miſericordia tantùm confidit, noli imputare ei priora peccata, ſed cum eo in gratiam redi, propter merita dilectiſſimi filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Tunc oret Miniſter hunc Pſalmum. xxi.

IN te Domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me, & eripe me.

Inclina ad me aurem tuam: & ſalua me.

Eſto mihi in Deum protectorem: & in locum munitum, & ſaluum me facias.

Quoniam firmamentum meum: & refugium meum es tu.

Deus

Deus meus, eripe me de manu peccatoris: & de manu contra legem agentis, & iniqui.

Quoniam tu es patientia mea Domine: Domine, ſpes mea à iuuentute mea.

In te confirmatus ſum ex vtero: de ventre matris meæ, tu es protector meus.

In te cantatio mea ſemper: tanquã prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.

Repleâtur os meum laude: vt cãtem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

Ne proijcias me in tempore ſenectutis: cũ defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui cuſtodiebãt animam meam, conſilium fecerunt in vnum.

Dicentes, Deus dereliquit eum, perſequimini & comprehendite eum: quia non eſt qui eripiat.

Deus, ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum reſpice.

Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confuſione & pudore, qui quærunt mala mihi.

Ego autem ſemper ſperabo: & adijciam ſuper omnem laudem tuam.

Os meum annuntiabit iuſtitiam tuam: tota die ſalutare tuum.

Quoniam non cognoui literaturam, introibo

troibo in potentias Domini: Domine, memorabor iustitiæ tuæ solius.

Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua.

Et vsque in senectam & senium: Deus ne derelinquas me.

Donec annuntiem brachium tuum: generationi omni quæ ventura est.

Potentiam tuam & iustitiā tuam Deus, vsq; in altissima quæ fecisti magnalia: Deus quis similis tibi?

Quātas ostēdisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me.

Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuersus, consolatus es me.

Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus: psallam tibi in cythara, sanctus Israel.

Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi: & anima mea, quam redemisti.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cùm confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Gloria Patri & Filio. &c.

Antiphona.

SAluator mundi, salua nos, Qui per crucem & pretiosum sanguinem redemisti

nos,

nos, adiuua nos, te rogamus ô Deus.

Collecta.

OMnipotens Deus, qui eſt fortitudo omnium in ſe ſperantium, cui omnia in cœlo & in terra, & ſubtus terram obediunt, nunc & ſemper ſit tibi protector, & faciat cognoſcere & ſentire, quòd non ſit aliud nomen datum ſub cœlo hominibus, in quo, & per quod tu recipias ſalutem & ſanitatem, præter nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

Communio infirmorum.

Cum omnes mortales ſubiecti ſint infinitis periculis, infirmitatibus, & ærumnis, & ſemper incerti ſint quando ex hac vita erit emigrandum: ideò vt ſemper ſint parati, & in expectatione mortis, quandocunq; Deus voluerit: Paſtor ſubinde; ſed præſertim peſtis tempore, admoneat parochianos, vt frequenter communicent ſacramento corporis & ſanguinis Domini. Sic enim cauebitur, ne cùm ſubitò fuerint correpti morbo, ſoliciti ſint pro ſacra Communione.

Verùm ſi infirmus non poterit venire in Eccleſiam, & petit ſibi dari Sacramentum in domo ſua, ſignificabit tum demùm poſtridie, aut

primo

primo mane parocho, quot cum ipso vnà velint communicare.

Nactusq; idoneum in ægrotantis domo locum, in quo reuerenter administrare queat, ac præsenti sufficienti hominum numero, qui cum ægro sacram Communionem (omnibus ad hæc necessariys) participare possint, ibidem administer sacrosanctam Communionem celebrabit.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, conditor humani generis, qui quos diligis corrigis, & castigas omnem filium quē recipis, quæsumus, vt miserearis huic seruo tuo infirmo, & præsta, vt patienter hanc infirmitatem ferat, & recuperet sanitatem, si ita tibi videbitur, & quandocunq; anima eius è corpore migrauerit, possit coram te sine labe repræsentari, per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Epistola. Heb. xij.

FIli mi, ne neglexeris correptionem Domini, neq; deficias cùm ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit.

Euangelium. Ioan. v.

AMen amen dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet

habet vitam æternam, & in condemnationem non veniet, ſed tranſiuit à morte in vitam.

Miniſter.

Dominus vobiſcum.

Reſponſum.

Et cum ſpiritu tuo.

Miniſter.

Surſum corda. &c.

Vſque ad finem, vt ſuprà dictum eſt.

Cùm venitur ad diſtributionem Sacramenti corporis & ſanguinis Chriſti, Sacerdos primò communicet, deinde alij cum ægroto, qui ſeſe ad hoc præpararunt. Verùm ſi quis, quòd periculoſiſſimè ægrotet, vel quòd miniſtrum ſuo tempore non admonuerit, vel quòd iuſto communicantium numero egeat, vel propter aliud quodcunque legitimum impedimentum, Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti non percipiat: tum eum miniſter ita inſtituet, vt ſi verè de peccatis reſipiſcat, & Ieſum Chriſtum in cruce mortem pro eo pertuliſſe, & propter eius redemptionem ſuum ſanguinem fudiſſe firmiter credat, beneficiorum ex eo acceptorum diligenter recolens, immortaléſq; gratias agens: eum corpus & ſanguinem ſeruatoris Chriſti (quantumuis ore ſacramentum non percipiat) ad ſuæ animæ ſalutem vtiliſſimè manducare & bibere.

Si

Si eodem tempore visitatur & recepturus sit sacram Communionem ægrotus, licebit sacerdoti (quò citius officium vtrunque absoluat) Visitationis finem facere, cùm ventũ fuerit ad Psalmum, In te Domine speraui. *atque mox inchoare officium Sacræ Communionis.*

Pestis, sudoris, vel similibus valetudinis & morborum infestis temporibus, cùm nemo parochianorum aut vicinorum propter contagionis metum ad communicandum vnà in ædibus ægroti adduci possint, minister (si æger id enixè petat) cum eo solo communicare poterit.

Sepultura.

Sacerdos procedet obuiam feretro, ad ingressum Cœmiterij & dicat, aut ministri & clerici qui cum eo sunt, canant, euntes vel ad templum, vel ad sepulchrum, has Antiphonas.

Ioannis xi.

EGo sum resurrectio, & vita, dicit Dominus. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.

Iob. xix.

SCio quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circumdabor pelle mea, & in car-

ne mea videbo Deum. Quem visurus sum ego ipse: & oculi mei conspecturi sunt, & non alius.

1.*Timoth. vi.*

Iob. 1. NIhil intulimus in mundum, videlicet nec efferre quicquam possumus. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.

Cùm ventum est ad sepulchrum, dum cadauer paratur imponendum, dicatur aut canatur.

Iob. xiiij.

HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.

Antiphona.

MEdia vita in morte sumus, quem quærimus adiutorem, nisi te Domine? qui pro peccatis nostris iustè irasceris. Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & misericors Saluator, amaræ morti ne tradas nos. Tu Domine, qui cognoscis occulta cordium nostrorum, noli claudere aures tuæ misericordiæ ad preces nostras, sed parce nobis Domine sanctissime, Deus fortis, miseri-

cors

cors saluator, & iudex æquissime, ne patiaris nos in extrema hora vllis mortis doloribus à te excidere.

Dum cadauer terra iniecta operitur, Sacerdos dicat.

CVm Deo visum sit ex immensa sua misericordia animã charissimi fratris nostri nunc defuncti, ad se suscipere, corpus suum sepulchro committendum curamus, terram terræ, cinerem cineribus, puluerem pulueribus, cum certa & constanti spe resurrectionis, ad vitam æternam. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui trãsformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, iuxta potẽtiam operationis suæ, qua potest sibi subijcere omnia.

Tum recitatur Antiphona.

AVdiui vocem de cœlo, dicentem mihi, Apoc.14.
Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur amodò. Etiam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.

Deinde legatur Lectio. i.Cor.xv.

CHristus surrexit ex mortuis: primitiæ Colos.1.
eorum qui dormierant, fuit. Postquam 2.Thes.4.
enim per hominem mors, etiam per homi-

nem reſurrectio mortuorum. Quemadmodum enim per Adam omnes moriuntur, ita & per Chriſtũ omnes viuificabuntur, vnuſquiſque autem in proprio ordine, primitiæ Chriſtus: deinde ij qui ſunt Chriſti in aduentu ipſius: mox finis, cùm tradiderit regnum Deo & patri: cùm aboleuerit omnem principatum, & omnem poteſtatem ac virtutem. Nam oportet eum regnare, donec poſuerit omnes inimicos ſub pedes ſuos.
ſal. 109. Nouiſſimus hoſtis aboletur mors. Nam
ebr.2. omnia ſubiecit ſub pedes illius. Atqui cùm dicat, quòd omnia ſubiecta ſint, palàm eſt, excipiendum eum, qui ſubiecit illi omnia. Cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia, tũc & ipſe filius ſubijcietur ei, qui illi ſubiecit omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus. Alioqui quid facient ij, qui baptizãtur pro mortuis, ſi omninò mortui non reſurgunt? Cur & baptizãtur pro mortuis? Quid & nos periclitamur omni tempore? Indies morior, per noſtram gloriationem, quam habeo in
.Cor.16. Chriſto Ieſu Domino noſtro, Si ſecundum
Aenander. hominem cum beſtijs depugnaui Epheſi,
ſa.22. quæ mihi vtilitas, ſi mortui non reſurgunt?
ap.2. Edamus & bibamus, cras enim morimur. Ne decipiamini. Mores bonos, colloquia corrumpunt mala. Expergiſcimini iuſtè, & ne peccetis. Nam ignorationem Dei nonnulli

nulli habent. Ad pudorem vobis loquor. At dicet aliquis: Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Stulte, Tu quod seminas, non viuificatur, nisi mortuum fuerit. Et hoc quod seminas, non corpus quod nascetur, seminas, sed nudum granum: exempli causa tritici, aut alicuius ex cæteris. Sed Deus illi dat corpus vt voluit, & vnicuique seminum suum corpus. Non omnis caro eadem caro: sed alia quidē caro hominum, alia verò caro pecorū, alia verò piscium, alia verò volucrium. Et sunt corpora cœlestia, & sunt corpora terrestria. Verùm alia quidem cœlestium gloria, alia verò terrestriū: alia gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarum. Stella siquidem à stella differt in gloria. Sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, resurgit in incorruptibilitate: seminatur in ignominia, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in potentia. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. Est corpus animale, & est corpus spirituale, quemadmodum & scriptum est. Factus est primus homo Adam in animam viuentem, extremus Adam in spiritum viuificantem. At nō primùm quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. Primus homo de terra, terrenus: secundus

Ioan.12

Matt.13

Gen.1.

homo ipse Dominus de cœlo. Qualis terrenus ille, tales & hi qui terreni sunt: & qualis ille cœlestis, tales & hi qui cœlestes sunt. Et quemadmodum gestauimus imaginem terreni, gestabimus & imaginem cœlestis. Hoc autem dico fratres, quòd caro & sanguis regni Dei hæreditatem consequi non possunt. Neque corruptio, incorruptibilitatis hæreditatem accipit. Ecce mysterium
Thes.4. vobis dico. Non omnes quidem dormie-
Phil.3. mus, omnes tamen immutabimur, in puncto temporis, in momento oculi, per extremam tubam. Canet enim, & mortui resurgent incorruptibiles, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere
Esa.25. immortalitatem. Cùm autem corruptibile
Ose.13. hoc induerit incorruptibilitatem, & mor-
Heb.2. tale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam. Vbi tuus mors aculeus? vbi tua inferne victoria? Aculeus autem mortis, peccatum: potentia verò peccati, lex.
Ioan.5. Sed Deo gratia, qui dedit nobis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti, stabiles sitis, immobiles, abundãtes in opere Domini semper, cùm sciatis quòd labor vester non est inanis in Domino.

Finita

Finita Epistola, Minister dicet,

Kyrie eleyson.
Christe eleyson.
Kyrie eleyson.
Pater noster qui es in cœlis,&c.

Minister.

Et ne nos inducas in tentationem.

Responsum.

Sed libera nos à malo.

Minister.

Oremus.

OMnipotens Deus, apud quem viuunt spiritus illorum, qui hinc decesserunt in Domino, & quo cum animæ electorum, postquam exuerunt onus huius carnis, lætitia & fœlicitate fruuntur: gratias agimus tibi immensas, propterea quòd expedire voluisti N. nostrum fratrem, ex ærumnis huius mundi impij, precantes vt placeat infinitæ tuę bonitati, breui explere numerum electorum tuorum, & maturare gloriam regni tui, vt nos vnà cum fratre nostro, & omnibus alijs vita defunctis, in vera fide & confessione nominis tui, consequamur perfectam absolutioné, & beatitudinem, tum corporis tũ animæ, in tua perpetua & sempiterna gloria. Amen.

Collecta.

MIsericors Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est resurrectio & vita, in quem quicunque crediderit, viuet, etiamsi moriatur : & quicunque viuit & credit in ipsum, in omnem æternitatem non morietur. Qui nos docuit etiam per sanctum Apostolum suum Paulum, vt non tristaremur, tanquam ij qui spem non habent, illorum causa qui dormiunt in ipso: supplices te petimus, ô Pater, vt nos suscites à morte peccati, ad vitam iustitiæ, vt quum decedimus ab hac vita, quiescamus in ipso, prout spes est nostrum fratrem quiescere, & vt in communi illa resurrectione extremi diei, reperiamur accepti coràm te, & recipiamus illam benedictionem, quam dilectus tuus filius enuntiabit, omnibus ijs, qui diligunt ac verentur te, dicens : Venite benedicti filij patris mei, recipite regnum illud, quod vobis paratum fuit ab origine mundi. Largire hoc, quæsumus te misericors Pater, per Iesum Christum mediatorem ac seruatorem nostrum. Amen.

Gratiarum actio, pro mulieribus post partum.

Accedet mulier in Ecclesiam, ibique in loco conuenienti genua flectet iuxta eum locum, in quo mensa Domini collocata est, & Minister mulieri propè astans, hæc verba dicet, vel similia, sicuti ipsa occasio postulabit.

QVandoquidem omnipotenti Deo ex sua bonitate visum sit, tibi saluam liberationem dedisse, inque magno partus periculo præseruasse, maximas propterea gratias Deo ages & orabis.

Deinde hunc Psalmum dicet Minister.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniat auxilium meum. Psal.121.

Auxilium meum venit à Domino: qui fecit cœlum & terram.

Non finet pedem tuum vacillare: neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit: neque dormiet, qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.

Per diem sol non vret te: neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiet introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc, & vsque in seculum.

Gloria Patri,& Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper,& in secula seculorum. Amen.

Kyrie eleyson.
Christe eleyson.
Kyrie eleyson.
Pater noster qui es in cœlis,&c.
Et ne nos inducas in tentationem.

Responsum.

Sed libera nos à malo. Amen.

Minister.

Psal.85. vers.2. Saluam fac Domine, hanc mulierem famulam tuam.

Responsum.

Quæ sperat in te.

Minister.

Psal.60. vers.3. Esto illi turris fortitudinis.

Responsum.

A facie inimici eius.

Minister.

Psal.101. a.1. Domine,exaudi preces nostras.

Responsum.

Et clamor noster ad te veniat.

Minister.

Minister.

Oremus.

OMnipotens Deus, qui liberaſti mulierem hanc famulam tuam à magna pœna, & in partus periculo, Concede quæſumus, (miſericordiſſime Pater) vt ipſa tuo auxilio & fideliter viuat, & ambulet in ſua vocatione, ſecundum voluntatem tuam in hac præſenti vita: ac etiam particeps fiat æternæ gloriæ in vita futura. Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Mulier quæ venit ad gratias agendas, ſolitas oblationes offerre debet: & ſi celebrata fuerit Communio, conuenit, vt ipſa ſanctam quoque Communionem recipiat.

Comminatio in peccatores, cum precibus quibuſdam, vtendis diuerſis anni temporibus.

Poſt matutinas preces, populo conuocato per campanæ pulſationem, & in eccleſiam conueniente, Litania Anglica iuxta morem aſſuetum dicenda erit: qua finita miniſter ſuggeſtum aſcendet, ac ſic dicet.

FRatres, in primitiua Eccleſia, pia erat diſciplina, vt in initio Quadrageſimæ, tales perſonæ, qui peccatores erāt manifeſti,

ad

ad publicam pœnitentiam eſſent coacti, & in mundo hoc correpti, quò eorum animæ fierent ſaluæ in die Domini: & vt eorum exemplo alij admoniti, magis extimeſcerent peccare. In cuius loco (donec eadem diſciplina iterùm reſtitui poſſit, quod maximè eſt optandũ) viſum eſt, vt hoc tẽpore coram vobis legerentur generales Maledictionis Dei ſententiæ, aduerſus impœnitentes peccatores, collectæ ex viceſimo ſeptimo capite Deuteronomij, aliíſq; Scripturæ locis: & vt vos ad ſingulam quanq; ſententiam reſpondeatis Amen: in hunc finem, vt vos admoniti magnæ Dei indignationis in peccatores, citiùs vocemini ad ſeriam atq; veram pœnitentiam, & cautius ambuletis in hiſce periculoſis diebus, fugientes ab huiuſmodi vitijs, quibus Dei maledictionem eſſe debitam ore veſtro affirmatis.

Deut.27. c.15. MAledictus homo, qui aliquam facit ſculptilem & conflatilem imaginem, abominationem Domino, opus manuum artificum, ponétque illam in abſcondito, vt eam adoret.

Et reſpondebit Populus ac dicet,

Exod.21. c.16. Leuit.20. b.9. Amen. *Miniſter.*

Maledictus is eſt, qui patri ſuo & matri maledicit.

Reſpon-

Responsum.

Amen.

Minister.

Maledictus, qui trãsfert terminos proximi sui. Deut.27. c.17.

Responsum.

Amen.

Minister.

Maledictus, qui errare facit cæcum in itinere. Deut.27. c.18.

Responsum.

Amen.

Minister.

Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ. Deut.27. c.19.

Responsum.

Amen.

Minister.

Maledictus, qui clàm percusserit proximum suum. Deut.27. d.24.

Responsum.

Amen.

Minister.

Maledictus, qui dormit cum vxore proximi sui. Deut.27. d.25.

Responsum.

Amen.

Minister.

Maledictus, qui accipit munera, vt percutiat Deut.27. d.26.

cutiat animam ſanguinis innocentis.

Reſponſum.

Amen.

Miniſter.

Hier.17. a.5. Maledictus, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, cuius cor à Domino recedit.

Reſponſum.

Amen.

Miniſter.

Hier.50. g.41. Matt.25. d.41. 1.Cor.6. b.9.& 10. Maledicti, qui ſunt immiſericordes, ſcortatores, adulteri, & auari homines, ſimulachrorum cultores, maledici, ebrioſi, & rapáces.

Reſponſum.

Amen.

Miniſter.

Pſal.118. g.21. IAm, quum illi omnes maledicti ſint, (ſicuti teſtimonium perhibet Propheta Dauid,) qui errant, & declinant à mandatis Dei, nos (memores terribilis iudicij quod noſtris capitibus imminet, quodque ſemper inſtat) reuertamur ad Dominum Deum, cum omni contritione & humilitate cordis, plangentes & lugentes vitam noſtram peccatricem: delicta noſtra agnoſcentes & confitentes, dignoſque pœnitentiæ fructus facere quærentes.

Iam

Iam enim securis ad radicem arborum posita est, sic vt omnis arbor quæ non facit fructum bonum exciditur, & in ignem mittitur. Horrẽdum est incidere in manus Dei viuentis. Ipse pluet super peccatores laqueos: ignem, sulphur, & spiritus procellarum erit pars calicis eorum. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ. Sed quis diem aduentus eius sustinere poterit? Quis, quum se conspiciendum præbet, consistet? Cuius ventilabrum in manu sua est, & ipse repurgabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum: paleam autem exuret igni inextinguibili. Dies. Domini venit vt fur in nocte: Et quum dixerint homines, pax & tuta omnia, tunc repentinus eis imminet interitus, sicuti dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient. Tunc apparebit ira Dei, in die vindictæ, quam obstinati peccatores iuxta duritiam cordis eorum sibijpsis collegerunt, qui bonitatem, tolerantiam, lenitatémque Dei, quum eos assiduè ad pœnitentiam inuitauerat, cõtempserunt. Tunc inuocabunt me (dicit Dominus) sed non exaudiam, manè quærent me, & non inuenient me, eò quod exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, neq; acquieuerint consilio meo,

Matt.3.b. vers.10. Heb.10. vers.31. Psal.10. vers.7. Esa.26. d.21. Mal.3. v.2. Matt.3. vers.12. 1.Thes.5. a.2.&c. Rom.2.a. 4.&5. Prou.1.d. 28.&29. &30.

meo, castigationem meã fuerint aspernati. Tunc serum nimis erit pulsare, quum clausa sit ianua: & serum misericordiam petere, quũ iustitiæ tempus adsit. O terribilis vox iustissimi iudicij, quod super eos denuntiandum erit, quum illis dicetur. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Proinde fratres, dũ tempus est caueamus, dum dies salutis remaneat: quia venit nox, quando nemo potest operari: Sed dum lucem habeamus, credamus in lucem, & vt filij lucis ambulemus, ne mittamur in tenebras exteriores, vbi fletus est & stridor dentium. Ne Dei bonitate abutamur, qui clementer ad vitæ emendationem nos inuitat, & ex infinita sua misericordia pollicetur nobis præteriti peccati remissionem, si ex toto animo, & vero corde reuertamur ad eum. Nam etsi peccata nostra fuerint vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: Si rubent instar purpuræ, velut lana alba erunt. Conuertimini syncerè (ait Dominus) ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas vestra. Proijcite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis corda noua, & spiritum nouum, & quare moriemini domus Israel? quandoquidem non delector morte

Matt.25. v.41. — 2.Cor.6. a 2. — Ioan.9.a.4. — Ioan.12.f. 36. — Eph.5. b.8. — Matt.22. v.13. — Esai.1.c.18. — Ezech. 18. g.30.31. & 32.

morientis,

morientis, dicit Dominus Deus: reuertimini ergo & viuetis. Et si peccauerimus, tamen aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, Ipse enim vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Reuertamur igitur ad eum qui susceptor misericors est omniũ peccatorum verè resipiscentium, pro certo nobisipsis persuasum habẽtes, quòd ille sit paratus ad recipiendũ nos, & libentissimus erit ad condonandum nobis, si cum fideli pœnitudine ad eũ accesserimus, si nosmetipsos ei subiecerimus, & posthęc in vijs eius ambulauerimus. Si iugum eius cõmodum, & onus leue sustulerimus ad sequendũ eum in humilitate, patientia, & charitate, & vt eius sancti Spiritus gubernatione dirigamur, eius gloriam semper quærentes, eique debitè seruientes in nostra vocatione, cum gratiarum actione. Hoc si fecerimus, Christus nos liberabit ab execratione legis, & ab extrema maledictione, quæ in eos cadet, qui à sinistris statuentur, & nos statuet à dextris suis, nobisq; dabit beatam patris benedictionẽ, iubens vt gloriosi regni eius possessionem capiamus, ad quod ipse dignetur nos omnes perducere, propter infinitam suam misericordiam. Amen.

1. Ioan. 2. a. 1. & 2.

Esa. 53. b. 5

Matt. 11. vers. 30.

Ioan. 16.

Matt. 25. vers. 33.

Et tunc omnes genua flectent, & minister ac clerici genibus flexis, vbi assueuerunt Litaniam dicere, hunc Psalmum dicent.

Psal. 50. Miserere mei Deus, secundùm magnam misericordiã tuam: & secundùm multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatẽ meam ego cognosco: & peccatũ meum contrà me est semper.

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me Domine, hysopo, & mũdabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proijcias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde

Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.

Libera me de sāguinibus Deus, Deus salutis meę: & exaltabit lingua mea iustitiā tuā.

Domine, labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem: vtiq; holocaustis non delectaberis.

Sacrificiū Deo spiritus cōtribulatus: cor contritū & humiliatū Deus, non despicies.

Benignè fac Domine, in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio. &c.

Sicut erat in principio. &c.

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

Pater noster qui es in cœlis. &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

Responsio.

Sed libera nos à malo.

Minister.

Saluos fac Domine, famulos tuos.

Responsio.

Psal. 85. ver. 2. Qui ſperant in te.

Miniſter.

Psal. 19. v. 2. & 7. Mitte illis auxilium de alto.

Reſponſio.

Psal. 143. ver. 8. Et omni tempore potenter eos defende.

Miniſter.

Psal. 78. 9. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter.

Reſponſio.

Et propter gloriam nominis tui libera nos: propitius eſto nobis peccatoribus, propter nomen tuum.

Miniſter.

Psal. 101. a. 1. Domine, exaudi preces noſtras.

Reſponſio.

Et clamor noſter ad te veniat.

Oremus.

O Domine, miſericorditer vt preces noſtras audias, te rogamus, & parce omnibus illis, qui tibi peccata ſua confiteantur, vt illi (quorum conſcientiæ de peccato accuſantur) per clementem tuam condonationem abſoluantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

OMnipotentiſſime Deus, & miſericors Pater, qui omnium miſerearis, & nihil eorum quæ feciſti, odio habeas, qui non vis mortem peccatoris, ſed vt potiùs à peccato ſe conuertat, & vt ſaluus fiat: clementer remitte

mitte nobis delicta nostra, recipe & consolare nos, qui peccati onere laboramus & onerati sumus: tuum est misereri, tibi soli conuenit peccata condonare: parce igitur nobis bone Domine, parce populo, quem redemisti: ne introeas in iudicium cum seruis tuis, qui vilis puluis sumus, & miseri peccatores, sed ita iram tuam à nobis auerte, qui humiliter agnoscimus nostram corruptionem, & verè pœnitentiam agimus delictorum nostrorum, sic festina ad adiuuandum nos in hoc seculo, vt in æternum tecum viuamus in seculo futuro. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Psal. 142. a. 2.
Psal. 69. a. 1.

Tunc populus dicet hoc quod sequitur, post Ministrum.

COnuerte nos ô bone Domine, & sic conuertemur: propitius esto Domine, propitius esto populo tuo, qui cõuertuntur ad te in luctu, ieiunio & oratione: quia tu misericors Deus es, plenus clementiæ, patiens & multæ misericordiæ. Parcis tu cũ nos pœnam mereamur, & in ira tua de misericordia cogitas. Parce populo tuo bone Domine, parce: & ne des hæreditatem tuã in opprobrium. Audi nos Domine, propter magnam misericordiam tuam, & propter multitudinem miserationum nos respice.

Hier. 31. c. 18.
Psa. 79. a. 4.
Ioel. 2. d. 12. & 13. & 17. ver.

FINIS.

mitte nobis; quia nostra, recipe & conso-
late nos, qui peccatores esse scimus & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tibi soli [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] : nam corrigitur nobis [illegible]. Per hunc, parce populo, quem redemisti; ne introeas in iudicium cum seruis tuis, qui [illegible] multis sumus, & nunc peccatores [illegible] nostra [illegible] [illegible] alter-
te, qui humiliter agnoscimus nostram corruptionem: & [illegible] [illegible] dignitas delictorum nostrorum, sed [illegible] ad adiuuandum nos in hoc seculo, [illegible] [illegible] secum viuamus in seculo futuro. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Tale preces dicat hoc quod sequitur, post Afflictionem.

Conuertere nos o bone Domine, & sic [illegible] conuertemur: propitius esto Domine, esto propitius esto populo tuo, qui conuertuntur ad te in fletu, ieiunio & orationibus: quia tu misericors Deus es plenus clementiæ, patiens & multæ misericordiæ. Parcis [illegible] poenam meremur, & in ira tua [illegible] cordia cogitas. Parce populo tuo bone Domine, parce: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium. Audi nos Domine: propter magnam misericordiam tuam, & propter multitudinem miserationum nos respice.


FINIS.

LIBER PSALMORVM DAVIDIS PROPHETÆ ET REGIS.

Ad Hebraicam veritatem, à Sebaſtiano Munſtero quàm diligentiſſimè verſus.



1594



Psalterium.

Psalm. I.

1 Eatus vir,qui nō ambu- Matutinæ
lauit in consilio impio- preces.
rum, & in via peccatorū
non stetit,& in consessu
derisorum non sedit.
2 Sed in lege Domini
voluntas eius, & in lege eius meditabitur
die ac nocte.
3 Et erit sicut arbor plantata iuxta riuos
aquarum,quæ fructum suum dabit in tem-
pore suo.
4 Et folium eius non marcescet, & omne
quod faciet,prosperè faciet.
5 Non sic impij, sed (mouentur ad ma-
lum) sicut palea,quam dispellit ventus.
6 Propterea non resurgent impij in ipso
iudicio,sicut & peccatores in cœtu iustorū.
7 Dominus autem nouit viam iustorum,
& iter impiorum peribit.

Psal. II.

1 QVare ad tumultū conueniunt gentes,
& populi meditantur rem inanem?
2 Statuunt se reges terræ, & principes si-
mul ineunt consilium, contra Dominum

&

& contra Christum eius.
3 Dirumpamus vincula eorum, & proij-
ciamus à nobis funes eorum.
4 Qui habitat in cœlis deridebit, Domi-
nus subsannabit eos.
5 Tunc loquetur ad eos in ira sua : atque
in furore suo terrebit eos.
6 Ego autem constitui regem meum, su-
per Zion montem sanctitatis meæ.
7 Narrabo (veluti) decretum, quod Do-
minus dixit ad me, filius meus es tu, ego
hodie genui te.
8 Postula à me, & dabo gẽtes tibi in hære-
ditatẽ, atq; fines terræ in possessionẽ tuam.
9 Tu confringes eas in virga ferrea, &
quasi vas figuli conteres eas.
10 Nunc itaque Reges, prudenter agite,
erudimini iudices terræ.
11 Seruite Domino in timore, & exultate
cum tremore.
12 Osculamini filium, ne forte irascatur, &
pereatis (à) via, si vel paululum exarserit ira
eius, beati omnes qui confidunt in eo.

Psal. III.

1 DOmine, quàm aucti sunt tribulatores
mei, multi consurgunt aduersum me.
2 Multi dicunt animæ meæ, non est salus
ei in Deo : Sæla.

3 Et

3 Et tu Domine,protectio es circum me:
(tu) gloria mea & exaltans caput meum.
4 Voce mea ad Dominum clamabam, &
exaudiuit me de mōte sanctitatis suæ.Sæla.
5 Ego iacui & dormiui atque euigilaui,
quoniam Dominus sustentabat me.
6 Non timebo à decem millibus populi,
qui se per circuitum locauerunt contra me.
7 Surge Domine,& salua me Deus meus:
quoniam percussisti omnes inimicos meos
in maxilla: dentes impiorum contriuisti.
8 Domini est salus, & super populum tu-
um benedictio tua: Sæla.

Psal. IIII.

1 CVm clamauero, exaudi me Deus iu-
stitiæ meæ : in anxietate dilatatio-
nem fecisti mihi: miserere mei, & exaudi
orationem meam.
2 Filij viri, vsquequo gloria mea (erit) in
ignominiam, & diligitis vanitatem,atque
quæritis mendacium? Sæla.
3 Et scitotę, quod Dominus segregauit
sibi pium (virum:) Dominus audiet cùm
clamauero ad eum.
4 Contremiscite & non peccetis: loqui-
mini in corde vestro, & in cubiculo vestro,
& tacete: Sæla.
5 Sacrificate sacrificia iustitiæ & sperate
in

in Dominum.
6 Multi dicunt,quis oſtēdet nobis bonū?
7 Leua ſuper nos,lucē vultus tui Domine.
8 Dediſti lætitiam in corde meo, à tempore (quo) frumentum eorum atque vinum eorum multiplicata ſunt.
9 In pace ſimul iacebo & dormiam, quoniam tu Domine ſolus es, qui facis me ſedere in fiducia.

Pſal. V.

1 ELoquia mea aduerte Domine,intellige meditationem meam.
2 Auſculta voci clamoris mei, Rex meus & Deus meus: quoniam ad te orabo.
3 Domine, mane exaudies vocē meam, mane ordinabo ad te (orationē) & aſpiciā.
4 Quoniam tu es Deus cui nō placet impietas,neque morabitur apud te malum.
5 Non ſtatuent ſe inſipientes in conſpectum oculorum tuorum: tu enim odiſti omnes qui operantur vanitatem.
6 Perdes eos qui loquuntur mendacium: & virum ſanguinum atque doloſum abominabitur Dominus.
7 Ego autem in multitudine pietatis tuæ ingrediar in domum tuam, adoraturus ad templum ſanctum tuum in timore tuo.
8 Domine, duc me in iuſtitia tua propter
aduer-

aduersarios meos, dirige ante faciem meã
viam tuam.
9 Quoniam non est in ore eius, quod est
rectum, intimum eorum prauitates sunt.
10 Et guttur eorum est (veluti) sepulchrũ
apertum, lingua sua blandiuntur.
11 In desolationem redige eos Deus, cadant à consilijs suis: in multitudine iniquitatum eorum dispelle eos, quoniam rebelles fuerunt tibi.
12 Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum tripudiabunt, te protegente eos: exultabunt in te, qui diligunt nomen tuum.
13 Quia tu benedices iusto Domine: & veluti scuto coronabis eum pia voluntate (tua.)

Psal. VI.

1 DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua castiges me. Vespertinę preces.
2 Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine, quoniam territa sunt ossa mea.
3 Et anima mea turbata est valdè: & tu Domine, vsquequo (affligis me?)
4 Conuertere Domine, & eripe animam meam: salua me propter pietatem tuam.
5 Quoniã non est tui memoria in morte: & in fouea quis confitebitur tibi?

6 Fati-

6 Fatigatus ſum in gemitu meo: humeĉto per totam noĉtem ſtratum meum,& lachryma mea leĉtum meum madefacio.
7 Caligauit præ turbatione oculus meus, atque inueterauit propter cunĉtos aduerſarios meos.
8 Diſcedite à me omnes qui operamini vanitatem: quoniam audiuit Dominus vocem fletus mei.
9 Audiuit Dominus precationem meam: Dominus orationem meam ſuſcipiet.
10 Confundentur & conturbabuntur valdè omnes inimici mei, conuertentur & confundentur ſubitò.

Pſal. VII.

1 DOmine Deus meus,in te ſperaui, libera me ab omnibus perſecutoribus meis,& erue me.
2 Ne fortè rapiat vt Leo animam meam, ſit lacerator & non liberator.
3 Domine Deus meus, ſi feci iſtud, aut ſi eſt peruerſitas in manibus meis.
4 Sed reddidi malum pacifico meo, qui etiam eripui (ab affliĉtione) aduerſantem mihi ſine cauſâ.
5 Perſequatur inimicus animã meam,apprehendat & cõculcet in terrã vitã meam, & gloriã meã collocet in puluerem: Sæla.

6 Exurge

6 Exurge Domine in ira tua, & eleuare propter indignationes hostium meorum: atque excitare ad me in iudicio quod præcepisti.
7 Et cœtus populorum circundabit te,& propter illum reuertere in excelsum.
8 Dominus iudicabit populos: iudica me Domine, secundum iustitiam meam, atque secundum integritatem(quæ est)in me.
9 Absumatur quæso malum impiorum, & diriges iustum.
10 Quia probat corda & renes Deus iustus.
11 Protectio mea apud Deum, qui saluat rectos corde.
12 Deus iudex iustus est,& Deus commouetur per singulos dies.
13 Nisi conuersus fuerit,acuit gladium suum,tetendit arcum suum & parauit illum.
14 Et pro illo præparauit vasa mortis, sagittas suas cõtra persequutores fabricatur.
15 Ecce parturit iniquitatem, cõcepit dolorem,& peperit impietatem.
16 Foueã parauit & effodit eam,inciditq; in perditionem illam(quam alijs)struxit.
17 Conuertetur labor eius in caput eius, atq; in verticẽ eius iniquitas eius descendet.
18 Confitebor Domino secundum iustitiam eius, & psallã nomini Domini altissimi.

Psal. VIII.

1 DOmine, Dominus noster, quàm magnificum est nomen tuũ in vniuersa
terra, qui posuisti gloriam tuã supra cœlos.
2 Ex ore infantium & lactentium fundasti robur, propter hostes tuos, vt compescéres inimicum & vltorem.
3 Quoniam videbo cœlos tuos, opus digitorum tuorum, lunam & stellas, quas præparasti.
4 Quid est homo vt memoriam eius habeas, & filius hominis, vt visites eum.
5 Paulò minorem fecisti eum angelis, coronaturus eum gloria & magnificentia.
6 Facis illũ dominari in operibus manuũ tuarum: posuistiq; omnia sub pedibus eius.
7 Oues & boues vniuersos, quin & animalia campi.
8 Volatile cœli & pisces maris: (& quicquid) transit per semitas marium.
9 Domine, Dominus noster, quàm magnificum est nomen tuum in vniuersa terra.

Psal. IX.

Matutinæ preces.

1 COnfitebor Domino, in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.
2 Lætabor & exultabo in te: psallam nomini

mini tuo altiſſime.
3 Dum aguntur hoſtes mei retrorſum, labentur & peribunt à facie tua.
4 Quoniã feciſti iudicium meum & cauſam meam, ſediſti in ſolio, qui iudicas iuſtitiam.
5 Increpaſti gentes, & perdidiſti impium, nomen eorum deleſti in ſeculum & in perpetuum.
6 O inimice, deſolationes finem perpetuum accceperũt, ſicut & ciuitates quas deſtruxiſti: perijt memoria eorum cum ipſis.
7 Dominus autem in perpetuum manebit, & præparauit pro iudicio ſolium ſuum.
8 Ipſe enim iudicabit orbem in iuſtitia, & iudicabit populos ſententijs rectis.
9 Et erit Dominus oppreſſo in refugium, refugium, inquam, opportuno tempore in tribulatione.
10 Et ſperabunt in te qui nouerunt nomẽ tuum, quia non dereliquiſti requirentes te Domine.
11 Pſallite Domino habitanti in Zion: annuntiate in populis opera eius.
12 Quia cùm requirit ſanguines recordatur eorum, & non obliuiſcitur clamoris pauperum.
13 Miſerere mei Domine, vide afflictionẽ meam (quam ſuſtineo) ab ijs qui oderunt

me,exaltans me de portis mortis.
14 Vt narrem omnes laudes tuas in portis
filiæ Zion : exultabo in salute tua.
15 Demersæ sunt gentes in fouea (quam)
fecerunt : in reti quod absconderunt, captus
est pes earum.
16 Agnitus est Dominus iudiciũ faciens :
in opere manuum suarum irretitus est impius.
meditatio : Sæla.
17 Conuertētur impij in infernum,& omnes
gentes quæ obliuiscuntur Dei.
18 Quoniam non in perpetuum pauper
dabitur obliuioni : (neque) spes humilium
peribit in æternum.
12 Exurge Domine, & non præualeat homo :
iudicentur gentes in conspectu tuo.
20 Pone Domine,timorem eis,vt cognoscant
gentes quod homines sunt.

Psal. X.

1 QVare Domine, stas è longinquo, &
abscondis(faciem tuam)opportunò
tempore in ipsa tribulatione.
2 Propter concupiscentiam suam impius
persequitur pauperem, comprehendantur
in versutijs quas cogitauerunt.
3 Quoniam laudauit se impius de concupiscentia
animæ suæ,benedixitque auarum,
(quem) execratur Deus.

4 Impius

4 Impius propter eleuationem vultus sui
non requirit (Deum,) sed neque est Deus
in omnibus cogitationibus suis.
5 Molestæ sunt viæ eius in omni tempo-
re, in excelso sunt iudicia tua à conspectu
eius, & ideò sufflat contra omnes inimicos
suos.
6 Dixit in corde suo, non mouebor, nem-
pè quòd in generationem & generationem
non (cadam) in malum.
7 Maledictione os eius plenum est; atque
dolis & fraude: sub lingua eius impietas &
vanitas.
8 Sedet in insidijs vicorum, & in latibu-
lis interficit innocentem: oculi eius contra
pauperem absconditi sunt.
9 Insidiatur enim in occulto, sicut leo in-
sidias ponit in tugurio, vt rapiat pauperem.
10 Rapit pauperem, dum reti suo attra-
hit eum.
11 Comprimit & humiliat se, vt cadat (in
manum) fortium eius cœtus pauperum.
12 Dixit in corde suo, oblitus est Deus, ab-
scondit faciem suam, & nō videt in æternū.
13 Exurge Domine Deus, & leua manum
tuam: ne obliuiscaris pauperum.
14 Vt quid enim blasphemat impius Deū,
dum dicit in corde suo, (tu Deus) non
requires?

15 Certè vidisti: tu enim vides impietatem
& iniuriam.
16 Vt reponas in manum tuam: super te
relinquit se pauper: & pupilli adiutor tu
fuisti.
17 Confringe potentiam impij & mali, re-
quires impietatem eius, & non inuenies.
18 Dominus est rex in seculū atque in per-
petuum, perierúntque gentes de terra.
19 Desiderium pauperum audiuisti Do-
mine: tu paras cor eorum & auscultat au-
ris tua.
20 Vt iudices orphanum & inopem, & non
adijciat amplius grassari (contra eos) ho-
mo de terra.

Psal. XI.

1 IN Domino confisus sum: quomodo
dicitis animæ meæ, auola (de) monte
vestro (sicut) passer?
2 Quoniam ecce impij intendūt arcum,
& adaptant sagittam suam super chordam,
vt sagittent in ipsa caligine eos qui recto
sunt corde.
3 Quia fundamenta diruentur, & iustus
quid fecit?
4 Dominus in palatio sancto suo, Domi-
nus in cœlo (habet) solium suum.
5 Oculi eius aspiciunt: & palpebræ eius
pro-

probant filios hominum.
6 Dominus iuſtum probat: impium autem & diligentem iniquitatem odit anima eius.
7 Pluet ſuper impios laqueos, ignem & ſulphur: & ſpiritus procellarum (erit) pars calicis eorum.
8 Quoniam iuſtus Dominus iuſtitias diligit: rectum videbunt vultus eius.

Pſal. XII.

1 SALVA Domine, quoniam defecit pius, quoniam imminuti ſunt fideles à filijs hominum. Veſpertinæ preces.
2 Vanitatem loquũtur vnuſquiſque cum proximo ſuo, labio adulationum ex corde & corde loquuntur.
3 Succidet Dominus cuncta labia adulatoria, linguam loquentem magnalia.
4 Qui dixerunt, lingua noſtra præualebimus, labia noſtra nobiſcum ſunt, quis eſt Dominus noſter?
5 Propter deſolationem pauperum, & propter gemitum inopum.
6 Nunc exurgam, dicit Dominus, & ponam (quenque) in ſalutem, (ab eo) qui ſufflat in eum.
7 Eloquia Domini, eloquia munda, quaſi argentum examinatum in exquiſito loco

terræ, defecatum ſeptempliciter.
8 Tu Domine, cuſtodies eos, ſeruabis eũ
à generatione iſta in ſeculum.
9 Per circuitũ impij ambulant: cùm exal-
tantur, in ignominia ſunt filij hominum.

Pſal. XIII.

1 VSquequo Domine, obliuiſceris mei
in perpetuum? vſquequo abſcondis
faciem tuam à me?
2 Vſquequo ponam conſilia in anima
mea, & dolorem in corde meo per diem?
vſquequo exaltabitur inimicus meus ſu-
per me?
3 Aſpice & exaudi me, Domine Deus
meus: illumina oculos meos, ne fortè dor-
miam in morte.
4 Ne fortè dicat hoſtis meus: præualui
ei, & tribulatores mei exultent, ſi lapſus
fuero.
5 Ego autem in pietate tua ſperaui, exul-
tabit cor meum in ſalute tua.
6 Cantabo Domino, quoniam retribuit
mihi.

Pſal. XIIII.

1 DIxit ſtultus in corde ſuo, non eſt
Deus.
2 Corruperunt (vias ſuas,) abomina-
bile

bile fecerunt ſtudium, non eſt qui faciat
bonum.
3 Dominus de cœlo aſpexit filios homi-
num, vt videat, num ſit qui prudenter agat,
& qui requirat Deum.
4 Vnuſquiſque declinauit, ſimul fœtidi
facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non
inquam eſt vel vnus.
5 *Sepulchrum apertum guttur eorum, linguis*
ſuis ad dolum vſi ſunt, venenum aſpidum ſub la-
bijs eorum.
6 *Quorum os execratione & amarulentia ple-*
num eſt, veloces pedes illorum ad effundendum
ſanguinem.
7 *Contritio & calamitas in vijs eorum, & vi-*
am pacis non cognouerunt, non eſt timor Dei co-
ram oculis eorum.
8 Nihil ne cognouerunt, vt omnes ope-
rarij ſint iniquitatis, deuorantes populum
meum ac ſi comedant panem?
9 Dominum non inuocantes? ibi timore
timuerunt: quod Deus ſit in generatione
iuſti.
10 Conſilium inopis confunditis: quia
Dominus ſpes eius eſt.
11 Quis dabit ex Zion ſalutem Iſraël? cùm
conuerterit Dominus captiuitatem populi
ſui, exultabit Iacob & lætabitur Iſrael.

Psal. XV.

atutinæ ecces.

1 DOMINE, quis habitabit in tabernaculo tuo, & quis requiescet in monte sanctitatis tuæ?
2 Qui ambulat integer, & operatur iustitiam, atq; loquitur veritatem in corde suo.
3 Qui nō est transgressus in lingua sua, neque fecit malum proximo suo, & opprobrium non leuauit cōtra proximum suum.
4 Qui despectus est in oculis proprijs & contemptus, & honorat eos qui timent Dominum.
5 Atque iurat malum inferre, & non mutat.
6 Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munus contra innocentem non accepit.
7 Qui facit hæc, non labetur in seculum.

Psal. XVI.

1 CVstodi me Deus, quoniam speraui in te.
2 Dixisti (ô anima mea) Domino, Dominus meus es tu: bonum meum tibi nihil (addit.)
3 Ad sanctos, qui scilicet sunt in terra, & ad virtute conspicuos, ad hos, inquam, totamente (fertur) voluntas.

4 Multi-

4 Multiplicabuntur anxietates illorum, qui festinant ad(Deum)alienum.
5 Ego verò non libabo libamina eorum de sanguine, neque assumam nomina eorũ super labia mea.
6 Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei,tu sustentabis sortem meam.
7 Funiculi(distributionis)ceciderunt mihi in præclaris (rebus:) etiam hæreditas pulchra contigit mihi.
8 Benedicam Domino, qui consuluit mihi,etiam per noctes erudiunt me renes mei.
9 Posui Dominum in cõspectu meo semper, quoniam à dextera mea est, ideò non labar.
10 Ob id lætatum est cor meum & exultauit gloria mea; quin & caro mea habitabit confidenter.
11 Quoniam non derelinques in inferno animam meam, neque dabis pium tuum videre corruptionem.
12 Notam mihi facies semitam vitæ,facietas gaudiorum in conspectu tuo est, & iucunditates in dextera tua in perpetuum.

Psal. XVII.

1 AVdi Domine, iustitiam, aduerte clamorem meum, & ausculta orationi meæ,absque labijs dolosis.

2 A conſpectu tuo prodeat iudicium me-
um, oculi tui videant æquitates.
3 Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte:
examinaſti me, & non inuenies, quod co-
gitaui non pertranſibit os meum.
4 Propter operationes hominum (quæ fi-
unt) contra verbum labiorum tuorum, ego
obſeruaui vias diſſipatoris.
5 Suſtenta greſſus meos in ſemitis tuis,
ne labantur veſtigia mea.
6 Ego inuocaui te, quia exaudies me De-
us, inclina aurem tuam mihi, & exaudi elo-
quium meum.
7 Mirifica pietates tuas, qui ſaluator es
ſperantium, ab his qui ſurgunt contra dex-
teram tuam.
8 Cuſtodi me vt pupillam oculi, ſub vm-
bra alarum tuarum abſcondi me.
9 A facie impiorum qui me affligunt, ini-
mici mei pro anima circundant me.
10 Adipe ſuo clauduntur, atque ore ſuo
loquuntur cum ſuperbia.
11 Greſſum noſtrum (obſeruantes) nunc
circundederunt nos, oculos ſuos ponentes
vt demittant in terram.
12 Similitudo eius ſicut leo, qui rapere
deſiderat, & ſicut catulus leonis, qui ſedet
in abditis locis.
13 Exurge Domine, præueni faciem eius,
&

& humilia eum, libera animam meam ab impio, (qui est veluti) gladius tuus.
14 A viris (qui sunt) manus tua Domine,
à viris inquam & à seculo (nequam,) quorum pars est in vita, & tu occulto tuo (bono) imples ventrem eorum.
15 Satiantur filij, & dimittunt id quod eis est residuum paruulis suis.
16 Et ego in iustitia videbo faciem tuam, satiabor (ea) cùm euigilauero ad similitudinem tuam.

Psal. XVIII.

1 Diligam te Domine, fortitudo mea, Dominus petra mea & munitio mea, liberator meus, Deus meus, & robur meum, in quo sperabo: clypeus meus, & cornu salutis meæ, atque refugium meum. Vespertinæ preces.
2 Laude dignum inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluabor.
3 Circundederunt me dolores mortis, & inundationes impiorum hominum conturbabant me.
4 Dolores inferni circundederũt me, pręuenerunt me laquei mortis.
5 In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo.
6 Exaudiet de templo suo vocem meam, &

& clamor meus coram eo introibit in aures
eius.
7 Commota eſt & contremuit terra, atq;
fundamenta montiũ concutiebantur, mo-
uebántque ſe, eò quòd ille iratus eſſet.
8 Aſcendit fumus in facie eius, & ignis
ex ore eius deuorabit, à quo prunæ ſuccen-
ſæ ſunt.
9 Et inclinauit cœlos atque deſcendit, &
caligo (fuit) ſub pedibus eius.
10 Et aſcendit ſuper Cherub atq; volauit,
volauit, inquam, ſuper pennas venti.
11 Ponebat tenebras latibulum ſuum, per
circuitum eius tabernaculum eius, atq; ob-
ſcuritas aquarum in nubibus æthereis.
12 A ſplendore præſentiæ eius nubes eius
pertranſierunt, grando & carbones igniti.
13 Et intonuit in cœlis Dominus, atq; al-
tiſſimus dedit vocem ſuam (& deſcende-
runt) grando atque carbones igniti.
14 Et miſit ſagittas ſuas, diſſipauítq; eos,
fulgura eiaculatus eſt, & perdidit eos.
15 Et apparuerũt inundationes aquarum,
& diſcooperta ſunt fundamẽta orbis ab in-
crepatione tua Domine, à flatu ſpiritus i-
ræ tuæ.
16 Mittet de excelſo & aſſumet me: edu-
cet me de aquis multis.
17 Eripiet me ab inimico meo valentiſſi-
mo,

mo, & ab his qui me odio habent, quoniam præualuerunt mihi.
18 Præueniebant me in die perditionis meæ, factúsq; est mihi Dominus sustentaculum.
19 Et eduxit me in locũ spaciosum: eduxit me, quia complacitum fuit sibi in me.
20 Retribuit mihi Dominus secundum iustitiam meam: secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.
21 Quia custodiui vias Domini: nec vt impius recessi à Deo meo.
22 Quoniam omnia iudicia eius corã me sunt, & statuta eius non amouebo à me.
23 Et fui immaculatus cum eo, atque obseruaui me ab iniquitate mea.
24 Et retribuit mihi Dominus secundum iustitiam meam, atque secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum eius.
25 Cum pio pium te facies, & cum viro integro integritati operam dabis.
26 Cum puro purum te facies, & cum peruerso prauitatem disces.
27 Quoniam tu populum humilem saluabis, & oculos sublimes humiliabis.
28 Tu quoque illuminabis lucernam meam: Dominus Deus meus splendescere faciet tenebras meas.
29 Quo-

29 Quoniam in te conteram turmam, & in Deo meo transiliam murum.
30 Dei via est immaculata, & eloquium Domini est examinatum, protector est ipse omnium sperantium in se.
31 Quis enim est Deus præter Dominum, & quis est fortis præter Deum nostrum?
32 Deus est qui accingit me virtute bellica, & ponit perfectam viam meam.
33 Ipse ponit pedes meos sicut ceruarum, & super excelsa mea constituit me.
34 Docet manus meas ad prælium, & cōteretur arcus æneus brachijs meis.
35 Tu dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua sustentabit me, atque mansuetudo tua multiplicabit me.
36 Dilatabis gressum meum subter me, & non vacillarunt vestigia mea.
37 Persequar inimicos meos, & comprehendam eos, & non reuertar donec consumam eos.
38 Vulnerabo eos vt assurgere nequeant, cadéntque subter pedes meos.
39 Et accinxisti me robore ad bellū, sternes aduersarios meos subtus me.
40 Et inimicos meos dedisti (vt obijciat) mihi dorsum, & qui odio me habent, hos perdam.
41 Clamabunt, sed nullus (eis) erit saluator,

uator, ad Dominum (clamabunt) & non
exaudiet eos.
42 Ego conteram eos veluti puluerem co-
ram vento: quasi lutum platearum attenu-
abo eos.
43 Tu liberabis me à contentionibus po-
puli, & pones me in caput gentium.
44 Populus quem non cognoui, seruiet
mihi.
45 Ad auditum auris obsequentur mihi:
filij extranei mentientur mihi.
46 Filij alieni deficient, & expauescent de
ergastulis suis.
47 Viuit Dominus, & benedictus fortis
(adiutor) meus: & exaltetur Deus salutis
meæ.
48 Deus est qui dat vindictas mihi, & mã-
suefacit populos sub me.
49 Ipse eruit me de inimicis meis, atque
supra aduersarios meos eleuat me: à viro
iniquo liberabis me.
50 Propterea confitebor tibi in gentibus
Domine, & nomini tuo psallam.
51 Magnificans salutes Regis eius, & fa-
ciens pietatem Christo suo Dauid, & semi-
ni eius vsque in seculum.

Psal. XIX.

Matutinæ preces.

1 COEli enarrant gloriam Dei, & operationem manuum eius annunciat firmamentum.
2 Dies diei influit sermonem, & nox nocti insinuat scientiam.
3 Non est locutio neque sunt verba, vt non audiatur vox eorum.
4 In omnem terrã dimanauit directio eorum, & in extremitatem orbis verba eorum:
5 Soli posuit tabernaculũ in eis, ipse autẽ tãquam sponsus egreditur de thalamo suo: exultabit vt gigas ad currendam viam.
6 Ab extremo cœlorum egressus eius, & reuolutio eius vsque ad extrema eorum, & nihil est quod absconditur à calore eius.
7 Lex Domini immaculata, conuertens animam: testimonium Domini firmum, sapienter erudiens simplicem.
8 Commissiones Domini rectæ lætificantes cor: præceptum Domini purum, illuminans oculos.
9 Timor Domini sincerus permanens in seculum, iudicia Domini veritas, iustificata pariter.
10 Desiderabiliora auro & obrizo multo, atque dulciora melle & fragmento faui.
11 Etiam seruus tuus admonetur per ea, & in custodia eorum est retributio multa.

12 Erro-

12 Errores quis intelligit? ab occultis
(meis) munda me.
13 Etiam ab insolentijs prohibe seruum
tuum, ne dominentur mihi, tunc enim in-
teger ero, & innocens à scelere grandi.
14 Sint accepta verba oris mei, & medita-
tio cordis mei in conspectu tuo.
15 Domine, fortitudo mea & redemptor
meus.

Psalm. XX.

1 EXaudiat te Dominus, in die tribulati-
onis, protegat te nomen Dei Iacob.
2 Mittat tibi auxilium de sanctitate, atq;
de Zion suffulciat te.
3 Recordetur omnium hostiarum tuarũ,
& holocaustum tuum incineret: Sæla.
4 Det tibi secundum cor tuum, & omne
consilium tuum impleat.
5 Exultabimus in salute tua, & in nomine
Dei nostri triumphabimus: impleat Domi-
nus omnes petitiones tuas.
6 Nunc cognoui quòd saluum fecerit
Dominus Christũ suum: exaudiet eum de
cœlis sanctitatis suæ, in potentijs saluificis
dexteræ suæ.
7 Isti in curribus, & isti in equis (fiduciam
habent) nos autem nominis Domini Dei
nostri recordabimur.

8 Ipſi ſuccubuerunt & ceciderunt : nos
autem perſtitimus,& erecti ſumus.
9 Domine,ſalua, & rex (cœli)exaudiat
nos,in die quo inuocauerimus.

Pſal. XXI.

1 DOmine, in fortitudine tua gaudebit
rex, & in ſalute tua exultabit quàm
vehementer.
2 Deſideriũ cordis eius dediſti ei, & pro-
lationem labiorum eius non negaſti (ei :)
Sæla.
3 Quoniam præuenies eum benedictio-
nibus bonitatis, pones in capite eius coro-
nam auri puri.
4 Vitam petijt à te,& dediſti ei, lõgitudi-
nem dierum,in ſeculum & in perpetuum.
5 Magna eſt gloria eius in ſalute tua,glo-
riam & magnificentiam pones ſuper eum.
6 Quoniam pones eum(vt affluat) bene-
dictionibus in perpetuum, lætificabis eum
in lætitia cum vultu tuo.
7 Quia rex ſperat in Domino, & in pieta-
te altiſſimi non nutabit.
8 Inueniet manus tua omnes inimicos
tuos, & dextera tua inueniet te odio ha-
bentes.
9 Pones eos vt clibanũ ignis in tempore
iræ tuæ: Dominus in ira ſua deuorabit eos,
& abſumet eos ignis.

10 Fructum eorũ de terra perdes,& ſemen
eorum à filijs hominum.
11 Quoniam ſegregauerunt ſuper te ma-
lum, cogitauerunt conſilium (quod perfi-
cere) nequeunt.
12 Quia pones eos ſeorſum ad partem, &
neruos (arcus) tui diriges contra faciem
eorum.
13 Exaltare Domine, in fortitudine tua,
cantabimus & pſallemus potentiam tuam.

Pſal. XXII.

1 DEus meus, Deus meus, quare de- Veſperti
reliquiſti me, & longè abes à preces.
ſalute mea atque à verbis rugi-
tus mei?
2 Deus meus, clamo per diem,& non ex-
audis, & per noctem, & non eſt ſilenti-
um mihi.
3 Et tu ſanctus,permanes,laudes Iſraëlis.
4 In te ſperauerunt patres noſtri, ſpera-
uerunt, & tu liberaſti eos.
5 Ad te clamauerunt, & liberati ſunt: in
te ſperauerunt,& non ſunt confuſi.
6 Ego autem ſum vermis & non vir,
opprobrium hominum, & contemptus à
populo.
7 Omnes videntes me ſubſannant me,di-
ſtendunt labia,& mouent caput(dicentes:)

8 Deuoluat se ad Dominum vt liberet
eum: eripiat eum, quoniam complacet si-
bi in eo.
9 At tu extractor meus es ab vtero,& cõ-
fidere me facis ab vberibus matris meæ.
10 Super te proiectus sum ex vtero: de vẽ-
tre matris meæ Deus meus es tu.
11 Ne elongeris à me, quoniam tribulatio
prope est, & non est adiutor.
12 Circundederunt me boues multi, in-
gentes (tauri) Basan cinxerunt me.
13 Aperuerunt contra me os suum, sicut
leo rapiens & erugiens.
14 Veluti aqua effusus sum,& semota sunt
omnia ossa mea, factúmq; est cor meum si-
cut cera, liquefactum in medio viscerum
meorum.
15 Aruit veluti testa virtus mea, & lingua
mea affixa hæret faucibus meis,& in pulue-
rem mortis pones me.
16 Quia circundederunt me canes,& con-
gregatio malignantium obsident me.
17 Foderunt manus meas & pedes meos:
numerabo omnia ossa mea, ipsi aspiciunt
& contemplantur me.
18 Diuidunt sibi vestimenta mea, & super
indumentum meum proijciunt sortem.
19 Et tu Domine, non longe aberis, forti-
tudo mea ad auxilium meum festina.

20 Eripe à gladio animam meam, de manu canis vnicam meam.
21 Salua me ab ore leonis, & à cornibus vnicornium exaudiſti me.
22 Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio congregationis laudabo te.
23 Qui timetis Dominũ laudate eum, vniuerſum ſemẽ Iacob glorificate eum, atque metuite eum vniuerſum ſemen Iſraël.
24 Quia non deſpexit neque execratus eſt humilitatem pauperis, neque abſcondit faciem ſuam ab eo, & cùm clamaret ad eum, exaudiuit.
25 A te laus mea in Eccleſia magna, vota mea reddam coram timentibus eum.
26 Comedent humiles & ſaturabuntur, laudabunt Dominum qui quærunt eum: viuet cor veſtrum in perpetuum.
27 Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum omnes fines terræ, & proſternent ſe ante faciem tuam omnes cognationes gentium.
28 Quia Domini eſt regnum, & ipſe dominatur in gentibus.
29 Comederunt & adorauerunt, omnes pingues terræ,
30 Ante illum genua flectent omnes, qui deſcendunt in puluerem, & animam ſuam nullus viuificauit.

31 Semen (eorum) seruiet ei, annumera-
bitur Domino in generationem.
32 Venient & annuntiabunt iustitiã eius
populo nascituro, quod (illam) exhibuerit.

Psal. XXIII.

1 DOminus pastor meus, ideò in nullo
deficiam.
2 In amœnis locis & germinosis me ac-
cubare faciet, & iuxta aquas refrigerij de-
ducet me.
3 Animam meam reducet,& deducet me
in semitis iustitiæ propter nomen suum.
4 Etiam si ambulauero per vallem vm-
bræ mortis, non timebo malum, quia tu
mecum es: virga tua & baculus tuus, ipsa
me consolantur.
5 Ordinabis ante conspectũ meum men-
sam è regione eorum qui tribulant me: im-
pinguasti in oleo caput meum, & calix me-
us erit exuberans.
6 Veruntamen bonitas & pietas (tua)
sequentur me,cunctis diebus vitæ meæ:mo-
rabórq; in domo Domini in longitudinem
dierum.

Psal. XXIIII.

Matutinæ preces.

1 DOmini est terra & plenitudo eius,
orbis, & qui habitant in eo.
2 Quia

2 Quia ipſe ſuper maria fundauit eam, & ſuper flumina præparauit eam.
3 Quis aſcendet in montem Domini, & quis conſiſtet in loco ſanctitatis eius?
4 Qui mundas (habet) manus & cor purum, & qui non in vanum aſſumpſit animã eius, neque iurauit in dolo.
5 Ipſe accipiet benedictionem à Domino, & iuſtitiam à Deo ſalutis ſuæ.
6 Hæc eſt generatio quęrentium eum, inquirentium faciem tuam Iacob: Sæla.
7 Leuate portæ capita veſtra, & eleuamini fores perpetuæ, & ingredietur rex gloriæ.
8 Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus fortis bellator.
9 Leuate portę capita veſtra, & eleuamini fores perpetuæ, & introibit rex gloriæ.
10 Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus exercituum, ipſę eſt rex gloriæ: Sæla.

Pſal. XXV.

1 AD te Domine, animam meam leuabo: Deus meus, in te ſperaui, non confundar, neque lætentur inimici mei ſuper me.
2 Etiam omnes qui te expectant non erubeſcent, erubeſcent qui præuaricantur ſine cauſa.
3 Vias tuas Domine, oſtende mihi, & ſe-

29 Quoniam in te conteram turmam, & in Deo meo transsiliam murum.
30 Dei via est immaculata, & eloquium Domini est examinatum, protector est ipse omnium sperantium in se.
31 Quis enim est Deus præter Dominum, & quis est fortis præter Deum nostrum?
32 Deus est qui accingit me virtute bellica, & ponit perfectam viam meam.
33 Ipse ponit pedes meos sicut ceruarum, & super excelsa mea constituit me.
34 Docet manus meas ad prælium, & cōteretur arcus æneus brachijs meis.
35 Tu dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua sustentabit me, atque mansuetudo tua multiplicabit me.
36 Dilatabis gressum meum subter me, & non vacillarunt vestigia mea.
37 Persequar inimicos meos, & comprehendam eos, & non reuertar donec consumam eos.
38 Vulnerabo eos vt assurgere nequeant, cadéntque subter pedes meos.
39 Et accinxisti me robore ad bellū, sternes aduersarios meos subtus me.
40 Et inimicos meos dedisti (vt obijciat) mihi dorsum, & qui odio me habent, hos perdam.
41 Clamabunt, sed nullus (eis) erit saluator,

uator, ad Dominum (clamabunt) & non
exaudiet eos.
42 Ego conteram eos veluti puluerem co-
ram vento: quaſi lutum platearum attenu-
abo eos.
43 Tu liberabis me à contentionibus po-
puli,& pones me in caput gentium.
44 Populus quem non cognoui, ſeruiet
mihi.
45 Ad auditum auris obſequentur mihi:
filij extranei mentientur mihi.
46 Filij alieni deficient, & expaueſcent de
ergaſtulis ſuis.
47 Viuit Dominus, & benedictus fortis
(adiutor) meus: & exaltetur Deus ſalutis
meæ.
48 Deus eſt qui dat vindictas mihi, & mã-
ſuefacit populos ſub me.
49 Ipſe eruit me de inimicis meis, atque
ſupra aduerſarios meos eleuat me: à viro
iniquo liberabis me.
50 Propterea confitebor tibi in gentibus
Domine,& nomini tuo pſallam.
51 Magnificans ſalutes Regis eius, & fa-
ciens pietatem Christo ſuo Dauid, & ſemi-
ni eius vſque in ſeculum.

Psal. XIX.

Matutinæ preces.

1 COEli enarrant gloriam Dei, & operationem manuum eius annunciat firmamentum.
2 Dies diei influit sermonem, & nox nocti insinuat scientiam.
3 Non est locutio neque sunt verba, vt non audiatur vox eorum.
4 In omnem terrā dimanauit directio eorum, & in extremitatem orbis verba eorum:
5 Soli posuit tabernaculū in eis, ipse autē tāquam sponsus egreditur de thalamo suo: exultabit vt gigas ad currendam viam.
6 Ab extremo cœlorum egressus eius, & reuolutio eius vsque ad extrema eorum, & nihil est quod absconditur à calore eius.
7 Lex Domini immaculata, conuertens animam: testimonium Domini firmum, sapienter erudiens simplicem.
8 Commissiones Domini rectæ lætificantes cor: præceptum Domini purum, illuminans oculos.
9 Timor Domini sincerus permanens in seculum, iudicia Domini veritas, iustificata pariter.
10 Desiderabiliora auro & obrizo multo, atque dulciora melle & fragmento faui.
11 Etiam seruus tuus admonetur per ea, & in custodia eorum est retributio multa.

12 Erro-

12 Errores quis intelligit? ab occultis (meis) munda me.
13 Etiam ab insolentijs prohibe seruum tuum, ne dominentur mihi, tunc enim integer ero, & innocens à scelere grandi.
14 Sint accepta verba oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo.
15 Domine, fortitudo mea & redemptor meus.

Psalm. XX.

1 EXaudiat te Dominus, in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.
2 Mittat tibi auxilium de sanctitate, atq; de Zion suffulciat te.
3 Recordetur omnium hostiarum tuarũ, & holocaustum tuum incineret: Sæla.
4 Det tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum impleat.
5 Exultabimus in salute tua, & in nomine Dei nostri triumphabimus: impleat Dominus omnes petitiones tuas.
6 Nunc cognoui quòd saluum fecerit Dominus Christũ suum: exaudiet eum de cœlis sanctitatis suæ, in potentijs saluificis dexteræ suæ.
7 Isti in curribus, & isti in equis (fiduciam habent) nos autem nominis Domini Dei nostri recordabimur.

8 Ipsi succubuerunt & ceciderunt: nos
autem perstitimus,& erecti sumus.
9 Domine, salua, & rex (cœli) exaudiat
nos,in die quo inuocauerimus.

Psal. XXI.

1 DOmine, in fortitudine tua gaudebit
rex, & in salute tua exultabit quàm
vehementer.
2 Desideriũ cordis eius dedisti ei, & pro-
lationem labiorum eius non negasti (ei:)
Sela.
3 Quoniam præuenies eum benedictio-
nibus bonitatis, pones in capite eius coro-
nam auri puri.
4 Vitam petijt à te,& dedisti ei, lõgitudi-
nem dierum,in seculum & in perpetuum.
5 Magna est gloria eius in salute tua,glo-
riam & magnificentiam pones super eum.
6 Quoniam pones eum(vt affluat) bene-
dictionibus in perpetuum, lætificabis eum
in lætitia cum vultu tuo.
7 Quia rex sperat in Domino, & in pieta-
te altissimi non nutabit.
8 Inueniet manus tua omnes inimicos
tuos, & dextera tua inueniet te odio ha-
bentes.
9 Pones eos vt clibanũ ignis in tempore
iræ tuæ: Dominus in ira sua deuorabit eos,
& absumet eos ignis.

10 Fructum

10 Fructum eorũ de terra perdes,& ſemen
eorum à filijs hominum.
11 Quoniam ſegregauerunt ſuper te ma-
lum, cogitauerunt conſilium (quod perfi-
cere) nequeunt.
12 Quia pones eos ſeorſum ad partem, &
neruos (arcus) tui diriges contra faciem
eorum.
13 Exaltare Domine, in fortitudine tua,
cantabimus & pſallemus potentiam tuam.

Pſal. XXII.

1 DEus meus, Deus meus, quare de- Veſperti
reliquiſti me, & longè abes à preces.
ſalute mea atque à verbis rugi-
tus mei?
2 Deus meus, clamo per diem,& non ex-
audis, & per noctem, & non eſt ſilenti-
um mihi.
3 Et tu ſanctus, permanes, laudes Iſraëlis.
4 In te ſperauerunt patres noſtri, ſpera-
uerunt, & tu liberaſti eos.
5 Ad te clamauerunt, & liberati ſunt: in
te ſperauerunt,& non ſunt confuſi.
6 Ego autem ſum vermis & non vir,
opprobrium hominum, & contemptus à
populo.
7 Omnes videntes me ſubſannant me,di-
ſtendunt labia,& mouent caput(dicentes:)

8 Deuoluat se ad Dominum vt liberet
eum : eripiat eum, quoniam complacet si-
bi in eo.
9 At tu extractor meus es ab vtero,& cō-
fidere me facis ab vberibus matris meæ.
10 Super te proiectus sum ex vtero: de vē-
tre matris meæ Deus meus es tu.
11 Ne elongeris à me, quoniam tribulatio
prope est, & non est adiutor.
12 Circundederunt me boues multi, in-
gentes (tauri) Basan cinxerunt me.
13 Aperuerunt contra me os suum, sicut
leo rapiens & erugiens.
14 Veluti aqua effusus sum,& semota sunt
omnia ossa mea, factúmq; est cor meum si-
cut cera, liquefactum in medio viscerum
meorum.
15 Aruit veluti testa virtus mea, & lingua
mea affixa hæret faucibus meis,& in pulue-
rem mortis pones me.
16 Quia circundederunt me canes,& con-
gregatio malignantium obsident me.
17 Foderunt manus meas & pedes meos:
numerabo omnia ossa mea, ipsi aspiciunt
& contemplantur me.
18 Diuidunt sibi vestimenta mea, & super
indumentum meum proijciunt sortem.
19 Et tu Domine, non longe aberis,forti-
tudo mea ad auxilium meum festina.
20 Eripe

20 Eripe à gladio animam meam, de manu canis vnicam meam.
21 Salua me ab ore leonis, & à cornibus vnicornium exaudisti me.
22 Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio congregationis laudabo te.
23 Qui timetis Dominũ laudate eum, vniuersum semẽ Iacob glorificate eum, atque metuite eum vniuersum semen Israël.
24 Quia non despexit neque execratus est humilitatem pauperis, neque abscondit faciem suam ab eo, & cùm clamaret ad eum, exaudiuit.
25 A te laus mea in Ecclesia magna, vota mea reddam coram timentibus eum.
26 Comedent humiles & saturabuntur, laudabunt Dominum qui quærunt eum: viuet cor vestrum in perpetuum.
27 Reminiscentur & conuertentur ad Dominum omnes fines terræ, & prosternent se ante faciem tuam omnes cognationes gentium.
28 Quia Domini est regnum, & ipse dominatur in gentibus.
29 Comederunt & adorauerunt, omnes pingues terræ,
30 Ante illum genua flectent omnes, qui descendunt in puluerem, & animam suam nullus viuificauit.

31 Semen (eorum) seruiet ei, annumerabitur Domino in generationem.
32 Venient & annuntiabunt iustitiã eius populo nascituro, quod (illam) exhibuerit.

Psal. XXIII.

1 DOminus pastor meus, ideò in nullo deficiam.
2 In amœnis locis & germinosis me accubare faciet, & iuxta aquas refrigerij deducet me.
3 Animam meam reducet,& deducet me in semitis iustitiæ propter nomen suum.
4 Etiam si ambulauero per vallem vmbræ mortis, non timebo malum, quia tu mecum es: virga tua & baculus tuus, ipsa me consolantur.
5 Ordinabis ante conspectũ meum mensam è regione eorum qui tribulant me: impinguasti in oleo caput meum, & calix meus erit exuberans.
6 Veruntamen bonitas & pietas (tua) sequentur me,cunctis diebus vitæ meæ:moraborq; in domo Domini in longitudinem dierum.

Psal. XXIIII.

Matutinæ preces.

1 DOmini est terra & plenitudo eius, orbis, & qui habitant in eo.

2 Quia ipse super maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam.
3 Quis ascendet in montem Domini, & quis consistet in loco sanctitatis eius?
4 Qui mundas (habet) manus & cor purum, & qui non in vanum assumpsit animã eius, neque iurauit in dolo.
5 Ipse accipiet benedictionem à Domino, & iustitiam à Deo salutis suæ.
6 Hæc est generatio quęrentium eum, inquirentium faciem tuam Iacob: Sæla.
7 Leuate portæ capita vestra, & eleuamini fores perpetuæ, & ingredietur rex gloriæ.
8 Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus fortis bellator.
9 Leuate portę capita vestra, & eleuamini fores perpetuæ, & introibit rex gloriæ.
10 Quis est iste rex gloriæ? Dominus exercituum, ipsę est rex gloriæ: Sæla.

Psal. XXV.

1 AD te Domine, animam meam leuabo: Deus meus, in te speraui, non confundar, neque lætentur inimici mei super me.
2 Etiam omnes qui te expectant non erubescent, erubescent qui præuaricantur sine causa.
3 Vias tuas Domine, ostende mihi, & se-

mitas tuas doce me.
4 Duce me in veritate tua, & doce me,
quoniam tu es Deus salutis meæ: te expe-
ctaui tota die.
5 Reminiscere miserationum tuarũ Do-
mine, atque pietatum tuarum, quoniam à
seculo sunt.
6 Peccatorum adolescentiæ meæ atque
scelerum meorum ne recorderis, sed secun-
dum pietatem tuam recordare mei tu, pro-
pter bonitatem tuam Domine.
7 Bonus & rectus Dominus, & proptereà
docebit peccatores in via.
8 Diriget mansuetos in iudicio, & doce-
bit mites viam suam.
9 Omnes semitæ eius pietas & veritas: ser-
uantibus pactum eius & testimonia eius.
10 Propter nomen tuum Domine, propi-
tiaberis iniquitati meæ, multa est enim.
11 Quis est vir qui timet Dominum? illum
docebit in via quam eliget.
12 Anima eius in bono perseuerabit, & se-
men eius hæreditabit terram.
13 Secretum Domini timentibus eum, &
fœdus suum illis notum faciet.
14 Oculi mei semper ad Dominum: quo-
niam ipse educet de reti pedes meos.
15 Respice me & miserere mei, quoniam
vnicus & miser ego sum.

16 Tribu-

16 Tribulationes cordis mei in latum ſeſe
extenderunt,ab anguſtijs meis educ me.
17 Vide afflictionem meam & laborem
meum, & parce omnibus peccatis meis.
18 Reſpice inimicos meos,quoniam mul-
tiplicati ſunt,& odio tyrannico oderũt me.
19 Cuſtodi animam meam & libera me,
non confundar quoniam ſperaui in te.
20 Integritas & æquitas cuſtodiant me,
quoniam expectaui te.
21 Redime Deus Iſraelem, ex omnibus
tribulationibus eius.

Pſal. xxvi.

1 IVdica me Domine, quoniam ego in
perfectione mea ambulaui,& in Domi-
no confiſus ſum,non nutabo.
2 Proba me Domine,& tenta me, exami-
na renes meos & cor meum.
3 Quouiam pietas tua eſt ante oculos
meos,& conuerſabor in veritate tua.
4 Non manſi cum viris vanis, & cum oc-
cultè machinantibus non introibo.
5 Odiui cœtum malignantium, & cum
impijs non ſedebo.
6 Lauabo in innocentia manus meas, &
circundabo altare tuum Domine.
7 Vt auditam faciam vocem gratiarum
actionis,& enarrem omnia mirabilia tua.

8 Do-

8 Domine, dilexi habitaculũ domus tuæ,
& locum tabernaculi gloriæ tuæ.
9 Non concludas cum peccatoribus ani-
mam meam, & vitam meam cum viris ſan-
guinum.
10 In quorum manibus eſt ſcelus, & dex-
tera eorum plena eſt munere.
11 Ego autem in integritate mea incedã:
redime me, & miſerere mei.
12 Pes meus ſtetit in recto: in cœtibus be-
nedicam Domino.

Pſal. xxvij.

Veſpertinæ preces.

1 DOminus lux mea & ſalus mea, quẽ
timebo? Dominus fortitudo vitæ
meæ, à quo trepidabo?
2 Cum venirent cõtra me maligni, vt de-
uorarent carnem meã, hoſtes mei atq; ini-
mici mei, ipſi impegerunt & ceciderunt.
3 Si obſideant me caſtra, non timebit cor
meum: & ſi conſurgat aduerſum me præ-
lium, in hac re (adhuc) fiduciam habebo.
4 Rem vnam petij à Domino, illã requi-
ram, vt maneam in domo Domini cunctis
diebus vitæ meæ: vt videam pulchritudinẽ
Domini, & luſtrem templum eius.
5 Quoniã abſcondet me in tabernaculo
ſuo in die (quo imminuerit) malum: latere
me faciet in abdito loco tabernaculi ſui:

in

in petra exaltabit me.
6 Et nunc eminebit caput meũ super ini-
micos meos,per circuitum meum.
7 Sacrificabo in tabernaculo eius, sacrifi-
cia cũ iubilo: cantabo & psallam Domino.
8 Audi Domine vocem meam, cùm cla-
mauero miserere mei,& exaudi me.
9 De te dixit cor meum, inquirite faciem
meam : faciem tuam Domine, requiram.
10 Ne abscondas faciem tuam à me, neq;
auerseris in ira seruum tuum.
11 Tu auxilium meũ fuisti, ne derelinquas
me,neque deseras me Deus salutis meæ.
12 Quando pater meus & mater mea de-
relinquunt me,Dominus colligit me.
13 Doce me Domine, viam tuam, & duc
me per viã rectã,propter aduersarios meos.
14 Ne tradas me animæ aduersariorum
meorum:quia surrexerunt contra me testes
iniqui,& loquens iniuriam.
15 (Defecissem) si non credidissem,me vi-
surum bonitatem Domini in terra viuentiũ.
16 Expecta Dominũ, fortis esto,& ille ro-
borabit cor tuum,& tu spera in Dominum.

Psal. XXVIII.

1 AD te Domine, clamabo, fortitudo
mea,ne taceas à me,ne fortè sileas à
me,& assimiler his qui descendũt in lacum.
2 Exaudi

2 Exaudi vocem deprecationum mearũ
cùm clamauero ad te, cùm leuauero manus
meas ad oraculum sanctuarij tui.
3 Ne traxeris me cum impijs, & cum his
qui operantur iniquitatem, & qui loquuntur pacem cum proximis suis, & est malum
in corde eorum.
4 Da illis iuxta opus eorum, atque iuxta
malitiam studiorum suorum.
5 Iuxta opus manuum eorum da eis: restitue retributionem eorum eis.
6 Nó enim animo percipiunt opera Domini, atque artificium manuum eius: ideò
diruet eos, & non extruet eos.
7 Benedictus Dominus, quia exaudiuit
vocem precationum mearum.
8 Dominus fortitudo mea atque scutum
meum, in ipso sperauit cor meum & adiutus sum, & exultauit cor meum, & cantico
meo celebrabo eum.
9 Dominus robur est illorum, & est fortitudo salutaris Christi sui.
10 Salua populum tuum, & benedic hæreditati tuæ: pasce eos, & extolle eos vsque
in seculum.

Psalm. xxix.

1 AFferte Domino filij procerum, afferte,
inquã, Domino gloriã & fortitudinẽ.

2 Date

2 Date Domino gloriã nomini eius (de-
bitam:) adorate Dominum in magnificen-
tia ſanctitatis.
3 Vox Domini ſuper aquas, Deus ma-
ieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas
multas.
4 Vox Domini in virtute, vox Domini in
magnificentia.
5 Vox Domini confringit cedros, con-
fringit, inquam, Dominus cedros Libani.
6 Et fecit eas exilire ſicut vitulum: Liba-
num quoque & Sirion (fecit ſaltare) ſicut
filium vnicornium.
7 Vox Domini ſuccidit flammas igneas,
vox Domini tremere facit deſertũ, tremere
inquam, facit Dominus deſertum Cades.
8 Vox Domini parturire facit ceruas, &
detegit ſyluas, atque in templo eius nullus
non dicit gloriam.
9 Dominus ſupra diluuiũ ſedet, manétq;
Dominus rex in æternum.
10 Dominus dabit fortitudinem populo
ſuo: Dominus benedicet populo ſuo in
pace.

Pſalm. xxx.

1 EXaltabo te Domine, quoniam ſub- Matutinæ preces.
uexiſti me, & non lætificaſti inimi-
cos meos de me.

2 Domine

13 Cunctis hostibus meis fui opprobrium,
maximè autem vicinis meis : & pauor familiaribus meis, & qui me foras viderunt,
fugerunt à me.
14 Obliuioni datus sum sicut mortuus, qui
ex corde (viuentium euanuit ;) factus sum
veluti vas quod perit.
15 Quoniam audiui contumeliam multorum & pauorem vndiquaque, dum illi pariter conspirant contra me, & consilium
ineunt, vt capiant animam meam.
16 Ego autem in te Domine, speraui, dixi :
Deus meus es tu.
17 In manu tua sunt tempora mea : libera
me de manu inimicorum meorum, & à persecutoribus meis.
18 Illumina faciem tuam super seruum
tuum, & salua me in pietate tua.
19 Domine, non confundar, quoniam inuocaui te : confundantur impij, & compescantur in sepulchro.
20 Obmutescant labia mendacia, quæ loquuntur aduersus iustum quod durum est,
ídque cum superbia & contemptu.
21 Quàm copiosa est bonitas tua, quam
abscondisti timentibus te, & quam parasti
his qui confidunt in te, coram filijs hominum.
22 Tu abscondes eos in secreto vultus tui,
ab

ab irritationibus cuiuſcunq;,abſcondes eos
in tabernaculo à contentione linguarum.
23 Benedictus Dominus, quoniā ſegrega-
uit mihi pietatem ſuam,in ciuitate munita.
24 Et ego dixi cùm feſtinarē, ſecluſus ſum
à conſpectu oculorum tuorum.
25 At tu exaudiſti vocem precationum
mearum,cùm clamarem ad te.
26 Diligite Dominum omnes pij (culto-
res)eius, nam eos qui fideles ſunt cuſtodit
Dominus, & retribuit abundanter facienti
ſuperbiam.
27 Eſtote fortes, & roborabit ille cor ve-
ſtrum,omnes qui ſperatis in Dominum.

Pſal. XXXII.

1 BEatus cuius remiſſa eſt iniquitas,at- Veſpertinæ
que opertum peccatum. preces.
2 Beatus homo, cui non imputat
Dominus iniquitatē, nec eſt in ſpiritu eius
dolus.
3 Quoniam tacui & contabuerunt oſſa
mea,in rugitu meo tota die.
4 Quoniam die ac nocte grauatur ſuper
me manus tua, verſusq; eſt ſuccus meus in
ſiccitates æſtiuas: Sæla.
5 Peccatum meum notum faciam tibi,at-
que iniquitatem meam non operui.
6 Dixi, confeſſionem faciam de peccatis
Dd meis

meis Domino: & tu remisisti iniquitatem
peccati mei: Sæla.
7 Ob id orabit omnis pius ad te, in tem-
pore quo inuenire (te licet:) veruntamen
in inundatione aquarum multarum, non
peruenient ad eum.
8 Tu latibulum es mihi, à tribulatione cu-
stodies me: canticis liberationis circunda-
bis me: Sæla.
9 Ego prudentem te reddam, & docebo
te in via, per quam ambulabis: consiliumq;
tibi dabo oculo meo.
10 Non eritis sicut equus & sicut mulus,
qui nihil intelligunt, & quorum maxilla
nisi camo & fræno constringatur, non ap-
propinquant tibi.
11 Multi dolores imminent impio, qui
autem sperat in Domino, hunc beneficen-
tia circundabit.
12 Gaudete in Domino & exultate iusti,
& iubilate omnes qui recto estis corde.

Psal. XXXIII.

1 EXultate iusti in Domino, rectos de-
corat laus.
2 Confitemini Domino in cithara, in na-
blo & decachordo psallite ei.
3 Cantate Domino canticum nouum,
bene psallite cum iubilatione.
4 Quoniam

4 Quoniam rectum est verbum Domini,
& omne opus eius est in fide.
5 Diligit iustitiam & iudicium : pietate
Domini plena est terra.
6 Verbo Domini cœli facti sunt,& spiritu
oris eius omnis exercitus eorum.
7 Ipse cógregat quasi in cumulum aquas
maris,& ponit (veluti) in thesauris abyssos.
8 Timete Dominũ omnes(incolæ)terræ:
metuite eum omnes habitatores orbis.
9 Quoniam ipse dixit & factum est, ipse
præcepit & extitit.
10 Dominus dissoluit consilium gentiũ,&
in irritum deducit cogitationes populorũ.
11 Consilium Domini in æternum stabit:
cogitationes cordis eius in generationem
& generationem.
12 Beata gens cuius Deus est Dominus
IEHOVA, & populus qui (illum) elegit
in hæreditatem suam.
13 De cœlis aspexit Dominus, viditque
cunctos filios hominum. De mansione ha-
bitationis suæ prospicit, super cunctos in-
colas terræ.
14 Qui format pariter cor eorum, & in-
telligit omnia opera eorum.
15 Non est Rex qui saluetur in multitudi-
ne militiæ, neque fortis liberatur per mul-
tam virtutem.

16 Pro mendacio habetur equus in ſaluatione, neque liberabit quenquam per multum robur ſuum.
17 Ecce oculus Domini eſt ſuper timentes eum,& ad eos qui expectant pietatem eius.
18 Vt eruat à morte animam eorum, & nutriat eos in fame.
19 Anima noſtra expectauit Dominũ:ipſe enim eſt auxiliũ noſtrum,& ſcutum noſtrũ.
20 Quoniã in eo lętabitur cor noſtrum,eò quod in nomine ſancto eius ſperauerimus.
21 Sit pietas tua Domine ſuper nos, quẽadmodum confiſi ſumus de te.

Pſal. XXXIIII.

1 BEnedicam Domino in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.
2 In Domino gloriabitur anima mea:audient manſueti & gaudebunt.
3 Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius pariter.
4 Inquiſiui Dominum & exaudiuit me,& ex omnibus pauoribus meis eripuit me.
5 Reſpexerunt ad eum, & illuſtrati ſunt, nec facies eorum erubuerunt.
6 En pauper clamat,& Dominus exaudit, atque ex omnibus tribulationibus eius ſaluat eum.
7 Manet angelus Domini per circuitum

eorum qui timent illum,& eruet eos.
8 Gustate & videte, quoniam bonus est
Dominus,beatus vir qui sperat in eo.
9 Timete Dominum sancti eius:quoniam
non est defectus illis qui timent eum.
10 Leones penuriam habent & esuriunt,
qui autem inquirunt Dominum, nullo de-
stituuntur bono.
11 Venite filij & auscultate mihi,timorem
Domini docebo vos.
12 Quis est vir ille qui desiderat vitam, &
concupiscit videre dies bonos ? Obserua
linguã tuam à malo,& labia tua ne loquan-
tur dolum.
13 Declina à malo & fac bonum, inquire
pacem & sectare eam.
14 Oculi Domini ad iustos, atque aures
eius ad clamorem eorum.
15 Vultus Domini contra eos qui faciunt
malũ: vt extirpet de terra memoriã eorum.
16 Clamant(iusti)& Dominus exaudit, &
ex cunctis tribulationibus eorũ liberat eos.
17 Propè est Dominus his qui contrito
sunt corde, & saluabit eos qui contritum
habent spiritum.
18 Multa mala(accidunt) iusto, at Domi-
nus ex omnibus eis liberat eum.
19 Custodit omnia ossa eius, vt ne vnum
quidem ex eis confringatur.

20 Impium verò interficiet malum, & o-
dio habentes iustum desolabuntur.
21 Redimit Dominus animam seruorum
suorum, & non deuastabuntur omnes qui
sperant in eo.

Psal. XXXV.

Matutinæ preces. 1 AGe Domine causam meam cum
his qui mecum contendunt,& op-
pugna impugnantes me.
2 Apprehende clypeum & scutum,& sur-
ge in auxilium meum.
3 Profer lanceam, & conclude (viam) in
occursum persequentium me: dic animæ
meæ,salus tua ego sum.
4 Confundantur & ignominia afficiantur,
qui quærunt animã meam: agantur retror-
sum & pudefiant,qui cogitant malum meũ.
5 Fiant sicut puluis ante ventum, & an-
gelus Domini impellat eos.
6 Sit via illorũ tenebræ,& lubricitate ple-
na,& sit angelus Domini persequens eos.
7 Quoniam absque causa absconderunt
mihi foueam retis sui,sine causa inquam fe-
cerunt foueam animæ meæ.
8 Veniat ei desolatio quam nescit, & rete
eius quod abscondit capiat eum, in per-
ditionem ipsam cadat.
9 Et anima mea exultabit in Domino:
lætabitur

lætabitur in salute eius.
10 Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi, qui eripis pauperem à fortiori se, & inopem atque miserum ab eo, qui diripit illum.
11 Surgebant testes violenti, quæ nesciui interrogabant me.
12 Retribuebant mihi malum pro bono, &(conati sunt me)priuare anima mea.
13 Et ego cùm ipsi ægrotarent, induebam me sacco, afflixiq; in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinum meum reuertetur.
14 Perinde ac si amicus atque ac si frater meus fuisset(quilibet eorum,) sic incessi, & iuxta luctum matris mœstus incuruabam me.
15 Ipsi verò in aduersa valetudine mea, gauisi sunt atque congregati, collecti sunt aduersum me abiecti, & ego non cognoui: distenderunt(os suum)& non tacuerunt.
16 Cum assentatoribus erant garruli subsannatores, qui frendebant dentibus suis contra me.
17 Domine quandiu videbis? eripe animã meam à calamitatibus eorum, & à leonibus vnicam meam.
18 Confitebor tibi in congregatione magna, in populo multo laudabo te.
19 Non lætentur de me inimici mei ini-

2 Exaudi vocem deprecationum mearũ
cùm clamauero ad te, cùm leuauero manus
meas ad oraculum ſanctuarij tui.
3 Ne traxeris me cum impijs, & cum his
qui operantur iniquitatem, & qui loquun-
tur pacem cum proximis ſuis, & eſt malum
in corde eorum.
4 Dà illis iuxta opus eorum, atque iuxta
malitiam ſtudiorum ſuorum.
5 Iuxta opus manuum eorum da eis : re-
ſtitue retributionem eorum eis.
6 Nó enim animo percipiunt opera Do-
mini, atque artificium manuum eius : ideò
diruet eos, & non extruet eos.
7 Benedictus Dominus, quia exaudiuit
vocem precationum mearum.
8 Dominus fortitudo mea atque ſcutum
meum, in ipſo ſperauit cor meum & adiu-
tus ſum, & exultauit cor meum, & cantico
meo celebrabo eum.
9 Dominus robur eſt illorum, & eſt for-
titudo ſalutaris Chriſti ſui.
10 Salua populum tuum, & benedic hæ-
reditati tuæ : paſce eos, & extolle eos vſque
in ſeculum.

Pſalm. xxix.

1 AFferte Domino filij procerum, afferte,
inquã, Domino gloriã & fortitudinẽ.

2 Date

2 Date Domino gloriã nomini eius (debitam:) adorate Dominum in magnificentia sanctitatis.

3 Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas.

4 Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.

5 Vox Domini confringit cedros, confringit, inquam, Dominus cedros Libani.

6 Et fecit eas exilire sicut vitulum: Libanum quoque & Sirion (fecit saltare) sicut filium vnicornium.

7 Vox Domini succidit flammas igneas, vox Domini tremere facit desertũ, tremere inquam, facit Dominus desertum Cades.

8 Vox Domini parturire facit ceruas, & detegit syluas, atque in templo eius nullus non dicit gloriam.

9 Dominus supra diluuiũ sedet, manétq; Dominus rex in æternum.

10 Dominus dabit fortitudinem populo suo: Dominus benedicet populo suo in pace.

Psalm. xxx.

1 EXaltabo te Domine, quoniam subuexisti me, & non lætificasti inimicos meos de me. Matutinæ preces.

2 Domine Deus meus, clamaui ad te, & ſanaſti me.
3 Domine, aſcendere feciſti ab inferis animam meam, viuificaſti me à deſcendentibus in foueam.
4 Pſallite Domino pij (cultores) eius, & confitemini memoriæ ſanctitatis eius.
5 Nam momentanea eſt ira eius, & vita in voluntate eius: in veſpera morabitur fletus, & (rurſum aderit) manè exultatio.
6 Et ego dixi in fœlicitate mea: non mouebor in ſeculum. Domine, in volũtate tua collocaſti fortitudinem ſuper montẽ meũ.
7 Abſcondiſti faciem tuam, & factus ſum conturbatus.
8 Ad te Domine, clamabam, & ad Dominum meum ſupplex currebam.
9 Quæ vtilitas in ſanguine meo, cum deſcendero in foueam?
10 Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?
11 Audi Domine, & miſerere mei: Domine, ſis tu mihi adiutor.
12 Conuertiſti planctum meum mihi in chorum, ſoluiſti ſaccum meum & accinxiſti me lætitia.
13 Propterea decantabit tibi (bonus quiſque) gloriam & non ſilebit: Deus meus in æternum confitebor tibi.

Psal. xxxi.

1 IN te Domine, ſperaui, non confundar
in æternum,in iuſtitia tua eripe me.
2 Inclina ad me aurem tuam, feſtina vt
liberes me.
3 Et eſto mihi in petram fortitudinis atq;
in domum munitionis,vt ſalues me.
4 Siquidem petra mea & propugnaculũ
meum es tu, & propter nomen tuum duces
me,& deduces me.
5 Educes me de laqueo quem abſconde-
runt mihi,quoniam tu es fortitudo mea.
6 In manum tuam commendo ſpiritum
meum, tu enim redemiſti me Domine De-
us veritatis.
7 Odio habui eos qui obſeruãt vanitates
ſuperſtitioſas:ego autẽ in Domino ſperaui.
8 Exultabo & gaudebo in pietate tua,
quòd reſpexeris afflictionẽ meam,& recog-
noueris in tribulationibus animam meam.
9 Nec concluſeris me in manu inimici,
ſed collocaueris in latitudine pedes meos.
10 Miſerere mei Domine,quoniam tribu-
latio eſt mihi,& cõtabeſcit in moleſtia ocu-
lus meus,anima mea,atque venter meus.
11 Quoniam defecerunt in mœrore vitæ
meæ,& anni mei in ſuſpiria,intercidit.
12 Propter iniquitatem meã virtus mea,
& oſſa mea contabuerunt.

13 Cunctis hoſtibus meis fui opprobrium,
maximè autem vicinis meis : & pauor fa-
miliaribus meis, & qui me foras viderunt,
fugerunt à me.
14 Obliuioni datus ſum ſicut mortuus,qui
ex corde (viuentium euanuit ;) factus ſum
veluti vas quod perit.
15 Quoniam audiui contumeliam multo-
rum & pauorem vndiquaque, dum illi pa-
riter conſpirant contra me , & conſilium
ineunt,vt capiant animam meam.
16 Ego autem in te Domine,ſperaui,dixi :
Deus meus es tu.
17 In manu tua ſunt tempora mea : libera
me de manu inimicorum meorum,& à per-
ſecutoribus meis.
18 Illumina faciem tuam ſuper ſeruum
tuum,& ſalua me in pietate tua.
19 Domine, non confundar, quoniam in-
uocaui te : confundantur impij,& compeſ-
cantur in ſepulchro.
20 Obmuteſcant labia mendacia,quæ lo-
quuntur aduerſus iuſtum quod durum eſt,
ídque cum ſuperbia & contemptu.
21 Quàm copioſa eſt bonitas tua, quam
abſcondiſti timentibus te, & quam paraſti
his qui confidunt in te, coram filijs homi-
num.
22 Tu abſcondes eos in ſecreto vultus tui,
ab

ab irritationibus cuiuſcunq;,abſcondes eos
in tabernaculo à contentione linguarum.
23 Benedictus Dominus, quoniã ſegregauit mihi pietatem ſuam,in ciuitate munita.
24 Et ego dixi cùm feſtinarẽ, ſecluſus ſum
à conſpectu oculorum tuorum.
25 At tu exaudiſti vocem precationum
mearum,cùm clamarem ad te.
26 Diligite Dominum omnes pij (cultores)eius, nam eos qui fideles ſunt cuſtodit Dominus, & retribuit abundanter facienti ſuperbiam.
27 Eſtote fortes, & roborabit ille cor veſtrum,omnes qui ſperatis in Dominum.

Pſal. XXXII.

1 Beatus cuius remiſſa eſt iniquitas,atque opertum peccatum. Veſpertinæ preces.
2 Beatus homo, cui non imputat
Dominus iniquitatẽ, nec eſt in ſpiritu eius dolus.
3 Quoniam tacui & contabuerunt oſſa
mea,in rugitu meo tota die.
4 Quoniam die ac nocte grauatur ſuper
me manus tua, verſuſq; eſt ſuccus meus in ſiccitates æſtiuas: Sæla.
5 Peccatum meum notum faciam tibi,atque iniquitatem meam non operui.
6 Dixi, confeſſionem faciam de peccatis

meis Domino: & tu remisisti iniquitatem
peccati mei: Sæla.
7 Ob id orabit omnis pius ad te, in tem-
pore quo inuenire (te licet:) veruntamen
in inundatione aquarum multarum, non
peruenient ad eum.
8 Tu latibulum es mihi, à tribulatione cu-
stodies me: canticis liberationis circunda-
bis me: Sæla.
9 Ego prudentem te reddam, & docebo
te in via, per quam ambulabis: consiliumq;
tibi dabo oculo meo.
10 Non eritis sicut equus & sicut mulus,
qui nihil intelligunt, & quorum maxilla
nisi camo & fræno constringatur, non ap-
propinquant tibi.
11 Multi dolores imminent impio, qui
autem sperat in Domino, hunc beneficen-
tia circundabit.
12 Gaudete in Domino & exultate iusti,
& iubilate omnes qui recto estis corde.

Psal. XXXIII.

1 EXultate iusti in Domino, rectos de-
corat laus.
2 Confitemini Domino in cithara, in na-
blo & decachordo psallite ei.
3 Cantate Domino canticum nouum,
bene psallite cum iubilatione.

4 Quoniam

4 Quoniam rectum est verbum Domini,
& omne opus eius est in fide.
5 Diligit iustitiam & iudicium: pietate
Domini plena est terra.
6 Verbo Domini cœli facti sunt,& spiritu
oris eius omnis exercitus eorum.
7 Ipse cōgregat quasi in cumulum aquas
maris,& ponit (veluti) in thesauris abyssos.
8 Timete Dominū omnes (incolæ) terræ:
metuite eum omnes habitatores orbis.
9 Quoniam ipse dixit & factum est, ipse
præcepit & extitit.
10 Dominus dissoluit consilium gentiū,&
in irritum deducit cogitationes populorū.
11 Consilium Domini in æternum stabit:
cogitationes cordis eius in generationem
& generationem.
12 Beata gens cuius Deus est Dominus
IEHOVA, & populus qui (illum) elegit
in hæreditatem suam.
13 De cœlis aspexit Dominus, viditque
cunctos filios hominum. De mansione ha-
bitationis suæ prospicit, super cunctos in-
colas terræ.
14 Qui format pariter cor eorum, & in-
telligit omnia opera eorum.
15 Non est Rex qui saluetur in multitudi-
ne militiæ, neque fortis liberatur per mul-
tam virtutem.

16 Pro mendacio habetur equus in saluatione, neque liberabit quenquam per multum robur suum.
17 Ecce oculus Domini est super timentes eum,& ad eos qui expectant pietatem eius.
18 Vt eruat à morte animam eorum, & nutriat eos in fame.
19 Anima nostra expectauit Dominũ:ipse enim est auxiliũ nostrum,& scutum nostrũ.
20 Quoniã in eo lętabitur cor nostrum,eò quod in nomine sancto eius sperauerimus.
21 Sit pietas tua Domine super nos, quémadmodum confisi sumus de te.

Psal. XXXIIII.

1 BEnedicam Domino in omni tempore : semper laus eius in ore meo.
2 In Domino gloriabitur anima mea:audient mansueti & gaudebunt.
3 Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius pariter.
4 Inquisiui Dominum & exaudiuit me,& ex omnibus pauoribus meis eripuit me.
5 Respexerunt ad eum, & illustrati sunt, nec facies eorum erubuerunt.
6 En pauper clamat,& Dominus exaudit, atque ex omnibus tribulationibus eius saluat eum.
7 Manet angelus Domini per circuitum

eorum qui timent illum,& eruet eos.
8 Gustate & videte, quoniam bonus est
Dominus,beatus vir qui sperat in eo.
9 Timete Dominum sancti eius:quoniam
non est defectus illis qui timent eum.
10 Leones penuriam habent & esuriunt,
qui autem inquirunt Dominum, nullo de-
stituuntur bono.
11 Venite filij & auscultate mihi,timorem
Domini docebo vos.
12 Quis est vir ille qui desiderat vitam, &
concupiscit videre dies bonos ? Obserua
linguã tuam à malo,& labia tua ne loquan-
tur dolum.
13 Declina à malo & fac bonum, inquire
pacem & sectare eam.
14 Oculi Domini ad iustos, atque aures
eius ad clamorem eorum.
15 Vultus Domini contra eos qui faciunt
malũ: vt extirpet de terra memoriã eorum.
16 Clamant(iusti)& Dominus exaudit, &
ex cunctis tribulationibus eorũ liberat eos.
17 Propè est Dominus his qui contrito
sunt corde, & saluabit eos qui contritum
habent spiritum.
18 Multa mala(accidunt) iusto, at Domi-
nus ex omnibus eis liberat eum.
19 Custodit omnia ossa eius, vt ne vnum
quidem ex eis confringatur.

20 Impium verò interficiet malum, & odio habentes iustum desolabuntur.
21 Redimit Dominus animam seruorum suorum, & non deuastabuntur omnes qui sperant in eo.

Psal. XXXV.

Matutinæ preces.

1 AGe Domine causam meam cum his qui mecum contendunt,& oppugna impugnantes me.
2 Apprehende clypeum & scutum,& surge in auxilium meum.
3 Profer lanceam, & conclude (viam) in occursum persequentium me: dic animæ meæ,salus tua ego sum.
4 Confundantur & ignominia afficiantur, qui quærunt animã meam: agantur retrorsum & pudefiant,qui cogitant malum meũ.
5 Fiant sicut puluis ante ventum, & angelus Domini impellat eos.
6 Sit via illorũ tenebræ,& lubricitate plena,& sit angelus Domini persequens eos.
7 Quoniam absque causa absconderunt mihi foueam retis sui,sine causa inquam fecerunt foueam animæ meæ.
8 Veniat ei desolatio quam nescit, & rete eius quod abscondit capiat eum, in perditionem ipsam cadat.
9 Et anima mea exultabit in Domino : lætabitur

lætabitur in salute eius.
10 Omnia ossa mea dicent,Domine,quis similis tibi, qui eripis pauperem à fortiori se,& inopem atque miserum ab eo,qui diripit illum.
11 Surgebant testes violenti, quæ nesciui interrogabant me.
12 Retribuebant mihi malum pro bono, &(conati sunt me)priuare anima mea.
13 Et ego cùm ipsi ægrotarent,induebam me sacco,afflixiq; in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinum meum reuertetur.
14 Perinde ac si amicus atque ac si frater meus fuisset(quilibet eorum,) sic incessi, & iuxta luctum matris mœstus incuruabam me.
15 Ipsi verò in aduersa valetudine mea,gauisi sunt atque congregati, collecti sunt aduersum me abiecti,& ego non cognoui: distenderunt(os suum)& non tacuerunt.
16 Cum assentatoribus erant garruli subsannatores, qui frendebant dentibus suis contra me.
17 Domine quandiu videbis? eripe animã meam à calamitatibus eorum,& à leonibus vnicam meam.
18 Confitebor tibi in congregatione magna,in populo multo laudabo te.
19 Non lætentur de me inimici mei iniquè,

què, (neque) qui odio me habent sine causa, annuant oculo.
20 Quoniam non loquuntur pacem, sed contra eos qui quieti sunt in terra, cogitant verba dolosa.
21 Distenderunt super me os suum, & dixerunt, vah, vah, vidit oculus noster.
22 Vidisti Domine, ne taceas: Domine ne longè absis à me.
23 Exurge & euigila ad iudicium meum, Deus mi & Domine mi ad causam meam.
24 Iudica me secundum iustitiam tuam, Domine Deus meus, & non lætentur de me.
25 Non dicant in corde suo, euge animæ nostræ, neque dicant deuorauimus eum.
26 Confundantur & erubescant pariter qui lætantur de malo meo, induantur confusione & pudore, qui se magnificant contra me.
27 Iubilent & lætentur qui volunt iustitiā meam, & dicant semper, magnificetur Dominus, qui vult pacem serui sui.
28 Et lingua mea resonabit iustitiā tuam, tota die laudem tuam.

Psal. XXXVI.

LOquitur iniquitas impij in medio
1 cordis mei: quòd non est timor Dei
in

in conſpectu oculorum eius.
2 Nam blanditur ſibijpſi in oculis ſuis,
(quouſque) inueniatur iniquitas eius odio
digna.
3 Verba oris eius iniqua ſunt,& dolo ple-
na : deſtitit erudiri vt benefaciat.
4 Prauitatem cogitat in lecto ſuo,& con-
ſtituit ſe in via non bona, nec vllum execra-
tur malum.
5 Domine in cœlis pietas tua, & veritas
tua vſque ad æthera.
6 Iuſtitia tua ſimilis eſt montibus mag-
nificis,iudicia tua abyſſus multa.
7 Hominem & iumentum ſaluabis Do-
mine, quàm præclara Deus eſt pietas tua,
& filij hominum in vmbra alarum tuarum
ſperabunt.
8 Inebriabuntur pinguedine domus tuę,
& torrente delitiarum tuarum potabis eos.
9 Apud te enim eſt fons vitæ, & in lumine
tuo videbimus lumen.
10 Continua pietatem tuam his qui cog-
noſcunt te, & iuſtitiam tuam his qui recto
ſunt corde.
11 Non veniat contra me pes ſuperbus
(hoſtium :) & manus impiorum non com-
moueat me.
12 Ibi ceciderunt qui operantur iniquita-
tem,impulſi ſunt & non poterunt ſtare.
Pſal.

Psal. XXXVII.

Vesperting preces.

1 NOn irriteris propter malignos, neque zelaueris operantes iniquitatem.
2 Quoniā tanquam gramen velociter ſuccidentur, & veluti herba virens marceſcent.
3 Spera in Domino, & fac bonum, inhabita terram & paſceris in veritate.
4 Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.
5 Volue ſuper Dominum viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet.
6 Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicia tua ſicut meridiem.
7 Tace Domino & præſtolare eum, & non irriteris (contra eum) cuius via proſperum habet ſucceſſum, contra virum qui exequitur conſilia mala.
8 Deſine ab ira & relinque furorem, ne irriteris, alioquin ad malè agendum (impelleris.)
9 Malignantes autem extirpabuntur, & qui expectant Dominum, ipſi hæreditabūt terram.
10 Adhuc modicum, & impius non (erit:) aduertes locum eius, & ipſe non (erit.)
11 Manſueti autem poſſidebunt terram, & recreabuntur in multitudine pacis.

12 Con-

12 Consilium agitat impius cõtra iustum,
frendítq; contra eum dentibus suis.
13 Dominus ridebit illum,quia vidit quod
veniet dies eius.
14 Gladium strinxerunt impij & tetende-
runt arcum suum,vt labefactent pauperem
& inopem, & iugulent eos qui rectæ sunt
conuersationis.
15 Gladius eorum intret in cor eorum, &
arcus eorum confringantur.
16 Melius est modicum iusto, quàm diui-
tiæ impiorum magnatum.
17 Quia brachia improborum confrin-
gentur,& sustentat Dominus iustos.
18 Nouit Dominus dies integrorum (ho-
minum:)& hæreditas eorũ in æternum erit.
19 Non cõfundẽtur in tẽpore quo malum
(inciderit:) & in diebus famis saturabũtur.
20 Quoniam impij peribunt, & inimici
Domini sicut optimum quod est in agnis
consumentur, cum fumo disperibunt.
21 Mutuum accipit impius & non soluit,
iustus autem miseretur & tribuit.
22 Qui enim benedicuntur ab ipso (Deo)
possidebunt terram, & qui maledicuntur
ab eo exterminabuntur.
23 A Domino gressus viri disponuntur, &
viam eius gratam sibi facit.
24 Si ceciderit non abijcietur,quia Domi-
nus

nus supponit manum suam.
25 Puer fui atq; senui, & non vidi iustum
derelictum, & posteritatem eius panem po-
stulantem.
26 Quotidie miseretur & dat mutuum, &
semen eius in benedictione est.
27 Recede à malo, & fac bonum, & habita
in seculum.
28 Siquidem Dominus diligit iudicium,
& non deserit pios suos, sed in æternum cu-
stodiuntur.
29 Semen autem impiorum, extirpabitur.
30 Iusti hæreditabunt terram, & habita-
bunt in perpetuum super eam.
31 Os iusti differit sapientiam, & lingua
eius loquetur iudicium.
32 Lex Dei eius in corde eius, & non nuta-
bunt gressus eius.
33 Speculatur impius iustum, & occasio-
nem quærit vt interficiat eum.
34 Dominus non deseret eum in manu e-
ius, neque permittit condemnari eum, cum
iudicatus fuerit.
35 Expecta Dominum & custodi viam eius,
& exaltabit te vt possideas terram: cum ex-
terminati fuerint impij videbis.
36 Vidi impium insignem & fucculentum,
in morem lauri frondosæ.
37 Et transiuit, & ecce non erat; quæsiui
eum,

eum, & non est inuentus.
38 Obserua integrum (hominem) & at-
tende rectum: nam nouissimum (quod da-
bitur) tali viro, est pax.
39 Iniqui verò simul delebuntur, & nouis-
simum impiorum exterminabitur.
40 Salus autem iustorum à Domino, qui
& fortitudo eorum est in tempore tribula-
tionis.
41 Adiuuabítq; eos Dominus, & liberabit
eos, liberabit eos ab impijs & saluabit eos,
eò quod sperauerunt in eo.

Psal. XXXVIII.

1 Domine ne in ira tua corripias Matutinæ
me, aut in furore tuo castiges me. preces.
2 Quoniã sagittæ tuæ defixæ sunt
in me, & demissa est super me manus tua.
3 Non est sanitas in carne mea, propter
iram tuã, nec est pax in ossibus meis prop-
ter peccatum meum.
4 Quoniam iniquitates meæ transcen-
dunt caput meum, & quasi onus graue gra-
uatę sunt vltra (vires) meas.
5 Computruerunt & contabuerunt liuo-
res mei, à facie stultitiæ meæ.
6 Incuruatus & depressus sum vehemen-
ter, quotidie mœstus incessi.
7 Quoniam fœmora mea impleta sunt
morbo

morbo contemptibili, & non eſt integritas
in carne mea.
8 Diſſolutus ſum & contritus plurimum,
rugiui præ anxietate cordis mei.
9 Domine coram te eſt omne deſiderium
meum, & gemitus meus à te non eſt ab-
ſconditus.
10 Cor meum circumuagatur, deſeruit me
virtus mea, & lumen oculorum meorum, e-
tiam ipſi nō ſunt mecum (cum lumine ſuo.)
11 Amici mei & proximi mei è regione
plagæ meæ ſteterunt, & propinqui mei à
longe ſteterunt.
12 Et laqueos tetenderunt qui quærebant
animam meam, & inquirentes malum me-
um locuti ſunt prauitates, & meditati ſunt
tota die dolos.
13 Ego autem tanquam ſurdus non audi-
ebam, erámq; quaſi mutus qui non aperit
os ſuum.
14 Fui, inquam quaſi vir qui non audit, &
in cuius ore non ſunt redargutiones.
15 Te enim expectaui Domine: tu reſpon-
debis Domine Deus meus.
16 Quoniam dixi ne forte lætentur de me:
quippe qui in commotione pedis mei in-
ſultauerunt mihi.
17 Et ego quidem in plaga cōſtitutus ſum,
& dolor meus coram me eſt ſemper.

18 Quia iniquitatem meam annunciabo,
& anxius ero propter peccatum meum.
19 Inimici autem mei viuunt & robuſti
ſunt, & multiplicati ſunt qui me iniuſtè o-
dio habent.
20 Et qui reddunt malum pro bono ad-
uerſantur mihi, eò quod ſector bonum.
21 Ne derelinquas me Domine, Deus
meus ne longè abſis à me.
22 Feſtina in auxilium meum, Domine
ſalus mea.

Pſal. XXXIX.

1 DIxi cuſtodiã vias meas, ne peccem
lingua mea.
2 Cuſtodiam os meum quaſi capiſtro
(infrenatum,) quando impius eſt in con-
ſpectu meo.
3 Obmutui ſilentio, & tacui à bono, &
dolor meus irritatus eſt.
4 Caluit cor meum in medio mei, & in
meditatione mea exardeſcit ignis, (atque
tandem) locutus ſum lingua mea.
5 Notum fac mihi Domine finem meum
& menſuram dierum meorum quanta illa
ſit, vt ſciam quanti æui ſim.
6 Ecce poſuiſti veluti palmi ſpacium dies
meos, & æuum meum quaſi nihil eſt reſpe-
ctu tui, & vtique vniuerſa vanitas eſt omnis
homo (cum adhuc) exiſtit: Sæla.

7 Siqui-

20 Impium verò interficiet malum, & o-
dio habentes iustum desolabuntur.
21 Redimit Dominus animam seruorum
suorum, & non deuastabuntur omnes qui
sperant in eo.

Psal. XXXV.

Matutinæ preces.

1 AGe Domine causam meam cum
his qui mecum contendunt,& op-
pugna impugnantes me.
2 Apprehende clypeum & scutum,& sur-
ge in auxilium meum.
3 Profer lanceam, & conclude (viam) in
occursum persequentium me: dic animæ
meæ,salus tua ego sum.
4 Confundantur & ignominia afficiantur,
qui quærunt animā meam: agantur retror-
sum & pudefiant,qui cogitant malum meū.
5 Fiant sicut puluis ante ventum, & an-
gelus Domini impellat eos.
6 Sit via illorū tenebræ,& lubricitate ple-
na,& sit angelus Domini persequens eos.
7 Quoniam absque causa absconderunt
mihi foueam retis sui,sine causa inquam fe-
cerunt foueam animæ meæ.
8 Veniat ei desolatio quam nescit, & rete
eius quod abscondit capiat eum, in per-
ditionem ipsam cadat.
9 Et anima mea exultabit in Domino:
lætabitur

lætabitur in salute eius.
10 Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi, qui eripis pauperem à fortiori se, & inopem atque miserum ab eo, qui diripit illum.
11 Surgebant testes violenti, quæ nesciui interrogabant me.
12 Retribuebant mihi malum pro bono, &(conati sunt me) priuare anima mea.
13 Et ego cùm ipsi ægrotarent, induebam me sacco, afflixiq; in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinum meum reuertetur.
14 Perinde ac si amicus atque ac si frater meus fuisset (quilibet eorum,) sic incessi, & iuxta luctum matris mœstus incuruabam me.
15 Ipsi verò in aduersa valetudine mea, gauisi sunt atque congregati, collecti sunt aduersum me abiecti, & ego non cognoui: distenderunt (os suum) & non tacuerunt.
16 Cum assentatoribus erant garruli subsannatores, qui frendebant dentibus suis contra me.
17 Domine quandiu videbis? eripe animã meam à calamitatibus eorum, & à leonibus vnicam meam.
18 Confitebor tibi in congregatione magna, in populo multo laudabo te.
19 Non lætentur de me inimici mei ini-

què, (neque) qui odio me habent sine causa, annuant oculo.
20 Quoniam non loquuntur pacem, sed contra eos qui quieti sunt in terra, cogitant verba dolosa.
21 Distenderunt super me os suum, & dixerunt, vah, vah, vidit oculus noster.
22 Vidisti Domine; ne taceas: Domine ne longè absis à me.
23 Exurge & euigila ad iudicium meum, Deus mi & Domine mi ad causam meam.
24 Iudica me secundum iustitiam tuam, Domine Deus meus, & non lætentur de me.
25 Non dicant in corde suo, euge animæ nostræ, neque dicant deuorauimus eum.
26 Confundantur & erubescant pariter qui lætantur de malo meo, induantur confusione & pudore, qui se magnificant contra me.
27 Iubilent & lætentur qui volunt iustitiā meam, & dicant semper, magnificetur Dominus, qui vult pacem serui sui.
28 Et lingua mea resonabit iustitiā tuam, tota die laudem tuam.

Psal. XXXVI.

LOquitur iniquitas impij in medio
1 cordis mei: quòd non est timor Dei in

in conſpectu oculorum eius.
2 Nam blanditur ſibijpſi in oculis ſuis,
(quouſque) inueniatur iniquitas eius odio
digna.
3 Verba oris eius iniqua ſunt,& dolo ple-
na: deſtitit erudiri vt benefaciat.
4 Prauitatem cogitat in lecto ſuo,& con-
ſtituit ſe in via non bona, nec vllum execra-
tur malum.
5 Domine in cœlis pietas tua, & veritas
tua vſque ad æthera.
6 Iuſtitia tua ſimilis eſt montibus mag-
nificis,iudicia tua abyſſus multa.
7 Hominem & iumentum ſaluabis, Do-
mine, quàm præclara Deus eſt pietas tua,
& filij hominum in vmbra alarum tuarum
ſperabunt.
8 Inebriabuntur pinguedine domus tuę,
& torrente delitiarum tuarum potabis eos.
9 Apud te enim eſt fons vitæ, & in lumine
tuo videbimus lumen.
10 Continua pietatem tuam his qui cog-
noſcunt te, & iuſtitiam tuam his qui recto
ſunt corde.
11 Non veniat contra me pes ſuperbus
(hoſtium:) & manus impiorum non com-
moueat me.
12 Ibi ceciderunt qui operantur iniquita-
tem,impulſi ſunt & non poterunt ſtare.

Pſal.

Psal. XXXVII.

Vesperting preces. 1 NOn irriteris propter malignos,
neque zelaueris operantes ini-
quitatem.
2 Quoniã tanquam gramen velociter suc-
cidentur, & veluti herba virens marcescent.
3 Spera in Domino, & fac bonum, inha-
bita terram & pasceris in veritate.
4 Delectare in Domino, & dabit tibi pe-
titiones cordis tui.
5 Volue super Dominum viam tuam, &
spera in eo, & ipse faciet.
6 Et educet quasi lumen iustitiam tuam,
& iudicia tua sicut meridiem.
7 Tace Domino & præstolare eum, & non
irriteris (contra eum) cuius via prosperum
habet successum, contra virum qui exequi-
tur consilia mala.
8 Desine ab ira & relinque furorem, ne
irriteris, alioquin ad malè agendum (im-
pelleris.)
9 Malignantes autem extirpabuntur, &
qui expectant Dominum, ipsi hæreditabũt
terram.
10 Adhuc modicum, & impius non (erit:)
aduertes locum eius, & ipse non (erit.)
11 Mansueti autem possidebunt terram, &
recreabuntur in multitudine pacis.

12 Con-

12 Consilium agitat impius cōtra iustum, frendítq; contra eum dentibus suis.
13 Dominus ridebit illum, quia vidit quod veniet dies eius.
14 Gladium strinxerunt impij & tetenderunt arcum suum, vt labefactent pauperem & inopem, & iugulent eos qui rectæ sunt conuersationis.
15 Gladius eorum intret in cor eorum, & arcus eorum confringantur.
16 Melius est modicum iusto, quàm diuitiæ impiorum magnatum.
17 Quia brachia improborum confringentur, & sustentat Dominus iustos.
18 Nouit Dominus dies integrorum (hominum:) & hæreditas eorū in æternum erit.
19 Non cōfundētur in tēpore quo malum (inciderit:) & in diebus famis saturabūtur.
20 Quoniam impij peribunt, & inimici Domini sicut optimum quod est in agnis consumentur, cum fumo disperibunt.
21 Mutuum accipit impius & non soluit, iustus autem miseretur & tribuit.
22 Qui enim benedicuntur ab ipso (Deo) possidebunt terram, & qui maledicuntur ab eo exterminabuntur.
23 A Domino gressus viri disponuntur, & viam eius gratam sibi facit.
24 Si ceciderit non abijcietur, quia Dominus

nus supponit manum suam.
25 Puer fui atq; senui, & non vidi iustum
derelictum,& posteritatem eius panem po-
stulantem.
26 Quotidie miseretur & dat mutuum, &
semen eius in benedictione est.
27 Recede à malo,& fac bonum, & habita
in seculum.
28 Siquidem Dominus diligit iudicium,
& non deserit pios suos,sed in æternum cu-
stodiuntur.
29 Semen autem impiorum,extirpabitur.
30 Iusti hæreditabunt terram, & habita-
bunt in perpetuum super eam.
31 Os iusti differit sapientiam, & lingua
eius loquetur iudicium.
32 Lex Dei eius in corde eius,& non nuta-
bunt gressus eius.
33 Speculatur impius iustum, & occasio-
nem quærit vt interficiat eum.
34 Dominus non deseret eum in manu e-
ius, neque permittit condemnari eum, cum
iudicatus fuerit.
35 Expecta Dominum & custodi viam eius,
& exaltabit te vt possideas terram: cum ex-
terminati fuerint impij videbis.
36 Vidi impium insignem & succulentum,
in morem lauri frondosæ.
37 Et transiuit, & ecce non erat; quæsiui
eum,

eum, & non eſt inuentus.
38 Obſerua integrum (hominem) & attende rectum: nam nouiſſimum (quod dabitur) tali viro, eſt pax.
39 Iniqui verò ſimul delebuntur, & nouiſſimum impiorum exterminabitur.
40 Salus autem iuſtorum à Domino, qui & fortitudo eorum eſt in tempore tribulationis.
41 Adiuuabítq; eos Dominus, & liberabit eos, liberabit eos ab impijs & ſaluabit eos, eò quod ſperauerunt in eo.

Pſal. XXXVIII.

1 DOmine ne in ira tua corripias me, aut in furore tuo caſtiges me. Matutinæ preces.
2 Quoniã ſagittæ tuæ defixæ ſunt in me, & demiſſa eſt ſuper me manus tua.
3 Non eſt ſanitas in carne mea, propter iram tuã, nec eſt pax in oſſibus meis propter peccatum meum.
4 Quoniam iniquitates meæ tranſcendunt caput meum, & quaſi onus graue grauatę ſunt vltra (vires) meas.
5 Computruerunt & contabuerunt liuores mei, à facie ſtultitiæ meæ.
6 Incuruatus & depreſſus ſum vehementer, quotidie mœſtus inceſſi.
7 Quoniam fœmora mea impleta ſunt morbo

morbo contemptibili, & non est integritas in carne mea.
8 Dissolutus sum & contritus plurimum, rugiui præ anxietate cordis mei.
9 Domine coram te est omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.
10 Cor meum circumuagatur, deseruit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, etiam ipsi nō sunt mecum (cum lumine suo.)
11 Amici mei & proximi mei è regione plagæ meæ steterunt, & propinqui mei à longe steterunt.
12 Et laqueos tetenderunt qui quærebant animam meam, & inquirentes malum meum locuti sunt prauitates, & meditati sunt tota die dolos.
13 Ego autem tanquam surdus non audiebam, erámq; quasi mutus qui non aperit os suum.
14 Fui, inquam quasi vir qui non audit, & in cuius ore non sunt redargutiones.
15 Te enim expectaui Domine: tu respondebis Domine Deus meus.
16 Quoniam dixi ne forte lætentur de me: quippe qui in commotione pedis mei insultauerunt mihi.
17 Et ego quidem in plaga cōstitutus sum, & dolor meus coram me est semper.

18 Quia

18 Quia iniquitatem meam annunciabo,
& anxius ero propter peccatum meum.
19 Inimici autem mei viuunt & robusti
sunt, & multiplicati sunt qui me iniustè o-
dio habent.
20 Et qui reddunt malum pro bono ad-
uersantur mihi, eò quod sector bonum.
21 Ne derelinquas me Domine, Deus
meus ne longè absis à me.
22 Festina in auxilium meum, Domine
salus mea.

Psal. XXXIX.

1 DIxi custodiã vias meas, ne peccem
lingua mea.
2 Custodiam os meum quasi capistro
(infrenatum,) quando impius est in con-
spectu meo.
3 Obmutui silentio, & tacui à bono, &
dolor meus irritatus est.
4 Caluit cor meum in medio mei, & in
meditatione mea exardescit ignis, (atque
tandem) locutus sum lingua mea.
5 Notum fac mihi Domine finem meum
& mensuram dierum meorum quanta illa
sit, vt sciam quanti æui sim.
6 Ecce posuisti veluti palmi spacium dies
meos, & æuum meum quasi nihil est respe-
ctu tui, & vtique vniuersa vanitas est omnis
homo (cum adhuc) existit: Sæla.

7 Siqui-

7 Siquidem in imagine perambulat homo, & vtiq; in vanum tumultibus ſeſe ingerunt: coaceruat, & tamen neſcit quis ea congregaturus ſit ad ſe.
8 Et nunc quid ego expectaui Domine? certè expectatio mea eſt ad te.
9 Ab omnibus ſceleribus meis eripe me: & in opprobrium ſtulti ne ponas me.
10 Mutus factus ſum, & non aperui os meum: quoniam tu feciſti.
11 Aufer à me plagam tuam: propter infeſtam manum tuam ego defeci.
12 Dum enim increpationibus corripis hominem propter iniquitatem, tabeſcere facis veluti tinea (veſtem arrodens) expetibile (robur) eius: vanitas eſt ergo omnis homo: Sæla.
13 Audi orationem meam Domine, & clamorem meum auribus percipe, & ad lachrymam meam ne taceas.
14 Quoniam peregrinus ego ſum apud te, & inquilinus ſicut omnes patres mei.
15 Deſine à me vt vires recuperem, antequàm abeam & non ſim.

Pſal. XL.

1 EXpectans expectaui Dominum, & diuertit ad me, exaudiuítq; clamorem meum.

2 Et eduxit me de lacu ſtu pendo atq; de
luto cœnoſo, & erexit ſupra petram pedes
meos,direxitque greſſus meos.
3 Et poſuit in os meum canticũ nouum,
laudem Deo noſtro.
4 Videbunt multi & timebunt,ſperabũt-
que in Domino.
5 Beatus vir ille qui poſuit Dominũ ſpem
ſuam, & nõ reſpexit ad ſuperbos,& ad eos,
qui diuertunt ad mendacium.
6 Multa ſunt mirabilia tua Domine De-
us meus quæ feciſti, ſicut & cogitationes
tuæ quæ ſunt erga nos,& nemo eſt qui (ea)
ordinet ad te.
7 Si enuntiare & eloqui ea voluero, plura
erunt quàm vt enarrare poſſim.
8 Sacrificium & oblationem *minha* nolu-
iſti,ſed aures perfodiſti mihi.
9 Holocauſtum & hoſtiam pro peccato
non poſtulaſti. Tunc dixi,ecce veni.
10 In volumine libri ſcriptũ eſt de me. Vt
faciam voluntatẽ tuam Deus meus, volui,
& lex tua in medio viſcerum meorum.
11 Annuntiaui iuſtitiam in congregatio-
ne magna : ecce labia mea non prohibebo,
Domine,tu noſti.
12 Iuſtitiã tuam non operui in medio cor-
dis mei,veritatem tuam & ſalutem tuã dixi.
13 Et non ceſſaui(prędicare)pietatem tu-

am, atque veritatem tuam ecclesiæ magnæ.
14 Tu Domine,non continebis misericor-
dias tuas à me: beneficentia tua & veritas
tua iugiter custodient me.
15 Quoniam circundederunt me mala
absque numero, apprehenderunt me ini-
quitates meæ,vt non potuerim videre,præ-
ualuerunt capillis capitis mei, & cor meum
dereliquit me.
16 Acquiesce Domine,vt eripias me: Do-
mine,in auxilium meum festina.
17 Confundantur & ignominiosi fiant pa-
riter qui quærunt animã meam, vt perdant
eam, agantur retrorsum & afficiantur op-
probrio,qui volunt malum meum.
18 Desolentur pro mercede confusionis
suæ,qui dicunt mihi,vah,vah.
19 Lætentur & exultent in te, omnes qui
quærunt te,& dicant semper, magnificetur
Dominus,qui diligunt salutem tuam.
20 Ego autem sum pauper & inops, &
Dominus cogitat de me.
21 Auxilium meum & liberator meus es
tu,Deus meus,ne tardaueris.

Psal. XLI.

Vespertinę preces. 1 BEatus qui prospicit oppresso (infir-
mititate)in die quo malũ ei ingrue-
rit: eripiat eum Dominus.

2 Dominus

2 Dominus custodiat eum, & viuū seruet
eum vt beatificetur in terra : & non tradas
eum in animam inimicorum eius.
3 Dominus confortet eum in lecto dolo-
ris : totum stratum eius vertas (Domine) in
infirmitate eius.
4 Ego dixi Domine, miserere mei : sana
animam meam quia peccaui tibi.
5 Inimici mei dicunt malum de me : quā-
do morietur & peribit nomen eius ?
6 Et si veniat (aliquis eorum) vt videat,
vanitatem loquitur, & cor eius colligit in-
tra se mendacium, egressúsque foras, id e-
loquitur.
7 Pariter aduersum me mussitant omnes
inimici mei, aduersum me cogitant malum
mihi.
8 Nempè, res noxia effusa sit in eum, &
qui decubuit non adijciat vt resurgat.
9 Etiam homo pacis meæ in quo spem ha-
bui, quíq; comedebat panem meum, mag-
nas mihi fecit insidias.
10 Tu autem Domine, miserere mei, & re-
suscita me, & rependam eis.
11 In hoc cognoui quòd tibi complacue-
rit in me, quòd inimicus meus non iubilat
contra me.
12 Et ego cū sum in incolumitate mea, tu
sustentas me, collocabísque me ante faciem

tuam in æternum.
13 Benedictus Dominus Deus Israel, à seculo & vsque in seculum: Amen & Amen.

Psal. XLII.

1 SIcut Cerua inhiat riuis aquarũ, sic anima mea desiderio fertur ad te Deus.
2 Sitiuit anima mea ad Deum, Deum viuum, quando veniam vt appaream conspectui Dei?
3 Fuit mihi lachryma mea panis die ac nocte: dum dicunt mihi tota die, vbi est Deus tuus?
4 Hæc cùm recordor, effundo super me animã meam, quippe qui transibam in numero, deducens eos vsque ad Domum Dei.
5 In voce exultationis & confessionis, (deducens inquam) turbam festiuantem.
6 Vt quid te deijcis ô anima mea, & inquieta es in me?
7 Spera in Deum, quoniã adhuc confitebor ei, cùm salutes sint in conspectu eius.
8 Deus meus, anima mea in me consternata est, idcirco recordabor tui de terra Iordanis, atque ab Hermonim, à monte exiguo.
9 Abyssus aduocat abyssum propter vocẽ cataractarũ tuarum: & omnes illisiones tuæ atque procellæ tuæ super me transierunt.

10 Inter-

10 Interdiu præcipiebat Dominus pietatem suam, & nocte canticum eius erat mecum: & oratio ad Deum vitæ meæ.
11 Dicam Deo fortitudini meæ, quare oblitus es mei, & quare mœstus incedo propter hostilem afflictionem?
12 Quasi cum gladio cõcidunt ossa mea, dum probris me afficiunt aduersarij mei.
13 Nempè cùm ipsi dicunt ad me singulis diebus, vbi est Deus tuus?
14 Quare sic consternaris anima mea, & quare turbaris in me?
15 Spera in Deũ, quoniã adhuc cõfitebor ei, qui est salus vultus mei, & Deus meus.

Psal. XLIII.

1 IVdica me Deus, & dirime causam meam de gente non pia, à viro doloso & peruerso libera me.
2 Quoniam tu Deus fortitudinis meæ, quare propulsasti me, & quare tristis incedo in oppressione hostili?
3 Emitte lucem tuam & veritatem tuam, quæ me conducant, atque introducant in montem sanctum tuum, & in habitacula tua.
4 Et ingrediar ad altare Dei, ad Deũ gaudij & exultationis meæ, confitebórque tibi in cithara Deus, Deus meus.

5 Vt quid deiecta es anima mea,& quare
tumultuaris in me ?
6 Spera in Deũ, quoniã adhuc cõfitebor
ei, qui eſt ſalus vultus mei, & Deus meus.

Pſal. XLIIII.

Matutinæ preces.

1 DEus, auribus noſtris audiuimus,
patres noſtri narrauerunt nobis:
opus operatus es in diebus eo-
rum, in diebus antiquis.
2 Tu manu tua gentes expuliſti, & plan-
taſti illas : malum intuliſti populis, & feci-
ſti illos mittere (radicem.)
3 Non enim per gladium ſuum poſſede-
runt terram, neque brachium eorum ſalu-
tem acquiſiuit eis.
4 Sed dextera tua & brachium tuũ, atque
lux faciei tuæ : complacuit enim tibi in eis.
5 Tu es Rex meus, ô Deus, præcipe ſalu-
tes Iacob.
6 Per te infeſtabimus hoſtes noſtros, at-
que in nomine tuo conculcabimus eos, qui
conſurgunt contra nos.
7 Non enim ſperabo in arcu meo, neque
gladius meus ſaluabit me.
8 Sed tu ſaluas nos de aduerſarijs noſtris,
& confundis eos qui odio nos habent.
9 In Deo gloriamur tota die, & confite-
bimur nomini tuo in ſeculum : Sæla.

10 At tu longè abes, & ignominia afficis
nos, neq; egrederis cũ exercitibus noſtris.
11 Facis nos redire retrorſum ab hoſte, &
qui odio nos habẽt, diripiunt ſibi (noſtra.)
12 Tradis nos veluti oues in deuoratiónẽ,
& in gentes diſperſiſti nos.
13 Vendis populum tuum abſque opibus,
neque auxiſti pretia eorum.
14 Ponis nos opprobrium vicinis noſtris,
ſubſannationem & deriſionem his qui ſunt
in circuitu noſtro.
15 Ponis nos in parabolã apud gentes, at-
que in cómotionem capitis apud nationes.
16 Quotidie ignominia mea corã me eſt:
& confuſio faciei meæ operuit me.
17 Propter vocem exprobrantis & conui-
tiantis, propter inimicum & vltorem.
18 Et cùm totum iſtud eueniat nobis, non
obliuiſcimur tui, neque peruerſè agimus in
teſtamento tuo.
19 Non agitur retrorſum cor noſtrum,
(neque) declinauit veſtigium noſtrum à ſe-
mitis tuis.
20 Et cùm detruderes nos in locum dra-
conum, atque operires nos vmbra mortis.
21 Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, &
expandimus manus noſtras ad Deum alie-
num: An non Deus ſcrutabitur iſtud? ipſe
enim nouit abſcondita cordis.

22 Et quidē propter te occidimur quoti-
die, reputati sumus sicut oues mactationis.
23 Excitare, quare dormis Domine? eui-
gila, & non absis (à nobis) in æternum.
24 Quare abscondis faciem tuā, & obliuis-
ceris miseriæ nostrę, & afflictionis nostræ?
25 Quoniā humiliata est vsq; ad puluerem
anima nostra, adhæsit terræ venter noster.
26 Surge in auxilium nobis, & redime nos
propter pietatem tuam.

Psal. XLV.

1 ERuctauit cor meum verbum bonum,
dico ego opera mea regi.
2 Lingua mea (veluti) stylus est scribæ ex-
pediti.
3 Pulchrior factus es filijs hominum: ef-
fusa enim est gratia in labijs tuis, eo quòd
tibi benedixerit Deus in æternum.
4 Cinge gladio tuo fœmur (tuum) ô for-
tissime, pro gloria tua & magnificentia tua.
5 Et in magnificentia tua prosperè age,
(& veluti) inequita, super verbum veritatis,
mansuetudinis & iustitiæ, docebitque te
dextera tua terribilia.
6 Sagittæ tuæ sunt peracutæ, & cadēt sub-
te populi, in cor inimicorum regis (defi-
gentur).
7 Soliū tuū ô Deus, (manet) in seculum &
in

in perpetuũ: virga æquitatis virga regni tui.
8 Dilexiſti iuſtitiam,& odiſti impietatem,
propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo
lætitiæ, præ conſortibus tuis.
9 Myrrham, aloën & keziam (redolent)
omnia veſtimenta tua, ex palatijs eburneis
(deprompta) vnde lætificauerunt me.
10 Filiæ regum inter honorabiles tuas: a-
ſtitit coniunx ad dexteram tuam, in orna-
mento aureo.
11 Audi filia & vide, inclina aurem tuam
& obliuiſcere populi tui, atque domus pa-
tris tui.
12 Et concupiſcet rex formã tuam, quoniã
ipſe eſt Dominus tuus,& tu adora eum.
13 Filia quoque Tyri cum munere, ſicut &
diuites populi, faciem tuam (ô filia regis)
precabuntur.
14 Tota glorioſa eſt filia regis ab intus: ex
intertexto auro veſtimentum eius.
15 In veſtibus phrygianis adducetur ad
regem, virgines ſodales eius comitabuntur
eam, adducentúrq; ad te.
16 Adducentur cum lętitia & exultatione,
& introïbunt in palatium regis.
17 Pro patribus tuis erunt tibi filij, quos
conſtituas principes ſuper omnem terram.
18 Recordabor nominis tui per omnem
generationem & generationem: propterea

populi

populi confitebuntur tibi in sæculum atque
in perpetuum.

Psal. XLVI.

1 Deus, spes nostra & fortitudo, auxilium in tribulationibus opportunum
valdè.
2 Propterea non timebimus si moueatur
terra, & si commoueantur montes in medio maris.
3 Fremant & intumescant atq; eius côcutiantur montes per eleuationem eius: Sæla.
4 Riui fluminis eius lætificabunt ciuitatem Dei: (locum) sanctum tabernaculorũ
altissimi.
5 Deus in medio eius, ideò nô mouebitur,
adiuuabit eam Deus, ad aspectum auroræ.
6 Tumultuantur gentes, & commouentur regna: (dedit) Deus vocem suam & defluet terra.
7 Dominus exercituum nobiscum, refugium nostrum, Deus Iacob: Sæla.
8 Venite & videte opera Domini, qui posuit desolationes in terra.
9 Ipse facit quiescere bella vsq; ad extremitatem terræ, arcum côfringit & detruncat hastam, atque quadrigas exurit igni.
10 Dimittite (conatum vestrum) & scitote
quòd ego sum Deus: ego exaltabor in gentibus,

tibus, & exaltabor in terra.
11 Dominus exercituum nobiscum, pro-
tectio nostra, Deus Iacob: Sæla.

Psal. XLVII.

1 OMnes populi plaudite manu, iu- Vespertinę
bilate Deo in voce cantici. preces.
2 Quoniã Dominus excelsus &
terribilis, rex magnus super omnem terrã.
3 Sternet populos subter nos, & natio-
nes sub pedibus nostris.
4 Seliget nobis hæreditatẽ nostram, mag-
nificentiam Iacob, quem dilexit: Sæla.
5 Ascendit Deus cum iubilo: Dominus
cum voce tubæ.
6 Psallite Deo psallite, psallite regi no-
strō psallite.
7 Quoniã rex vniuersæ terræ Deus, psal-
lite prudenter.
8 Regnat Deus super gentes, Deus sedet
super solium sanctitatis suæ.
9 Optimates populorũ adiunguntur po-
pulo Dei Abraham, eò quòd Dei sit veluti
scuto protegere terram, qui valdè exalta-
tus est.

Psal. XLVIII.

1 MAgnus Dominus & laudabilis val-
dè: in ciuitate Dei nostri, in mon-
te sanctitatis suæ.

2 Pulcher

2 Pulcher locus & gaudiũ vniuersæ terræ
est mons Zion, latera aquilonis ciuitas re-
gis magni: Deus in palatijs eius cognitus
est, veluti tutum refugium.
3 Quoniam ecce reges congregati sunt,
transierunt simul.
4 Ipsi viderunt, sic admirati sunt, conter-
riti sunt, & in præcipitium acti.
5 Tremor apprehendit eos ibi, & dolor
quasi parturientem.
6 Vento orientali, cõfringes naues maris.
7 Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate
Domini exercituum, in ciuitate Dei nostri,
Deus firmabit illam vsque in seculum: Sæla.
8 Expectauimus Deus pietatem tuam, in
medio templi tui.
9 Sicut est nomen tuum (euulgatum) De-
us, sic est laus tua ad fines terræ: dextera
tua plena est iustitia.
10 Lætetur mons Zion, & exultent filię Ie-
huda, propter iudicia tua.
11 Circũdate Zion & circuite eam: nume-
rate turres eius.
12 Ponite cor vestrum ad antemurale e-
ius, extollite palatia eius, vt enarretis gene-
rationi posteræ.
13 Quoniam hic est Deus, Deus noster, in
seculum atque in perpetuum: ipse diriget
nos vsque ad mortem.

Psal.

Psal. XLIX.

1 AVdite hoc omnes populi, auribus
percipite omnes habitatores orbis.
2 Tam filij hominũ (ignobilium) quàm
filij cuiuſcunque (nobilis,) ſimul diues &
pauper.
3 Os meum loquetur ſapientiam, & me-
ditatio cordis mei intelligentiam.
4 Inclinabo ad parabolã aurem meam,
& aperiam in cithara ænigma meum.
5 Cur timeã in diebus malitiæ, & quando
iniquitas calcaneorũ meorum obſidet me?
6 Sunt qui ſperant in opulẽtia ſua, atq; in
multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.
7 At frater redimendo redimere non po-
teſt quemcunque, neque dare poteſt Deo
redemptionem eius.
8 Precioſa enim eſt redemptio animæ eo-
rum, vt quis vitet (mortem) in perpetuum.
9 Et viuat adhuc in æternum, & non vi-
deat ſepulchrum.
10 Videt enim quòd etiã ſapientes mori-
untur, & quòd ſtultus & inſipiẽs ſimul pere-
unt, & dimittunt alijs opulentiam ſuam.
11 Et tamẽ cogitatio eorum eſt, quod do-
mus ſuæ maneant in æternum, & habitacu-
la ſua ſint in generationem & generationẽ:
vocantes nominibus ſuis terras.

12 At homo in honore nō perdurabit,cum
sit assimilatus pecudibus,quæ intereunt.
13 Hæc ipsorum via, stultitia eorum est, &
posteri eorum approbant verbum eorum.
14 Quasi oues in inferno ponuntur, mors
pascit eos, & mane dominabuntur eorum
recti : forma eorum erit in defectionem,
sepulchrum domicilium eorum.
15 Attamen Deus redimet animam meam
de loco inferni,quoniam suscipiet me.
16 Ne timeas si aliquis ditescat,aut si mul-
tiplicetur gloria domus eius.
17 Quoniam non tollet omnia in morte
sua : neque descendet post eum gloria eius.
18 Quoniā benedicebat animæ suæ in vita
sua,& cōfitebuntur tibi cū benefeceris tibi.
19 Perueniet (anima eius) vsque ad pro-
geniem patrum suorum , & vsque in æter-
num non videbunt lumen.
20 Homo in honore non intelligit,sed cō-
paratur iumentis,quæ intereunt..

Psal. L.

Matutinæ preces.

1 FOrtissimus Deus & Dominus , lo-
quutus est & aduocauit terram , ab
ortu solis vsque ad occasum eius.
2 Ex Zion consummatæ pulchritudinis
Deus emicuit.
3 Veniet Deus noster & nō tacebit, ignis
ante

ante ipſum flagrabit, & per circuitum eius
turbo vehemens excitabitur.
4 Aduocabit cœlum deſuper, & terram
vt iudicet populum ſuum.
5 Congregate mihi pios (cultores) meos,
qui ineunt mecum fœdus cum ſacrificio.
6 Et annuntiabunt cœli iuſtitiam eius:
quia Deus iudex eſt: Sæla.
7 Audi me populi & loquar, Iſrael ego
teſtis ero contra te: nam Deus, Deus tuus
ego ſum.
8 Non propter ſacrificia tua corripiã te,
aut propter holocauſta tua (quæ fuerunt)
coram me ſemper.
9 Non accipiam de domo tua iuuencum,
& de caulis tuis hircos.
10 Quoniã meæ ſunt omnes beſtiæ ſyluæ,
& animalia quæ ſunt in mille montibus.
11 Cognoui omnia volatilia montium, &
feræ campeſtres mecum ſunt.
12 Si eſuriero non dicam tibi: meus eſt
orbis & plenitudo eius.
13 Nunquid comedam carnẽ taurorum,
& ſanguinem hircorum bibam?
14 Sacrifica Deo laudem, & redde altiſſi-
mo vota tua.
14 Et inuoca me in die tribulationis, eruã
te & glorificabis me.
16 Impio autẽ dixit Deus: vt quid tu enar-
ras

ras ſtatuta mea, & aſſumis teſtamentum
meum ſuper os tuum?
17 Et tu odiſti diſciplinam, & proieciſti
verba mea poſt te.
18 Quando vidiſti furem conſenſiſti ei, &
cum adulteris fuit pars tua.
19 Os tuum miſiſti ad malū, & lingua tua
concinnabas dolum.
20 Sedens contra fratrem tuum loqueba-
ris,& in filio matris tuę ponebas probrum.
21 Hęc feciſti & tacui,putaſti me tibi ſimi-
lem fore:corripiam te,& producam(ea quę
feciſti)ante oculos tuos.
22 Intelligite quæſo iſtud qui obliuiſci-
mini Dei, ne forte rapiam, & non ſit qui
eripiat.
23 Qui ſacrificat laudem ille honorat me,
& qui ordinat viam, huic oſtendam ſalu-
tem Dei.

Pſal. LI.

1 MIſerere mei Deus, ſecundum pieta-
tem tuam: ſecundum multitudinē
miſerationum tuarum dele ſcelera mea.
2 Laua me plurimum ab iniquitate mea,
& à peccato meo munda me.
3 Quoniam ſcelera mea ego agnoſco, &
peccatū meum coram me(verſatur)iugiter.
4 Contra te ſolum peccaui,& malum hoc
in oculis tuis feci: vt iuſtus ſis in ſermone
tuo,

tuo,& purus cùm iudicaueris.
5 Ecce in iniquitate formatus sum : & in
peccato calefecit me mater mea.
6 Ecce veritatem exigis in interioribus,
& in occulto sapientiam me scire facies.
7 Expiabis me hyssopo & mundabor: la-
uabis me & niue candidior ero.
8 Facies me audire lætitiam & gaudium,
vt exultent ossa (quæ) contriuisti.
9 Absconde faciem tuam à peccatis meis,
& omnes iniquitates meas dele.
10 Cor mundum crea in me Deus,& spiri-
tum rectum innoua in intimo meo.
11 Ne proijcias me à facie tua, & spiritum
sanctum tuum ne tollas à me.
12 Restitue mihi lætitiam salutis tuæ, &
spiritu munifico suffulci me.
13 Docebo iniquos vias tuas, & peccato-
res ad te conuertentur.
14 Libera me de sanguinibus Deus, Deus
salutis meæ, & cantabit lingua mea iusti-
tiam tuam.
15 Domine, labia mea aperies, & os meũ
annuntiabit laudem tuam.
16 Nam non desideras sacrificium, alio-
quin darem, neque holocaustum gratum
habes.
17 Sacrificia Dei sunt, spiritus confractus,
cor contritum & concussum : (hæc) Deus

non despicies.
18 Benefac ex beneuolentia tua Zion, & ædifica muros Ierusalem.
19 Tunc acceptabis sacrificia iustitiæ, holocaustum & integram (oblationē :) tunc offerent super altare tuum iuuencos.

Psal. LII.

1 QVid gloriaris in malitia,ô potens.
1 Pietas Dei(est,)per totum diem.
3 Prauitates cogitat lingua tua, sicut nouacula acuta facis dolum.
4 Dilexisti potius malitiam quàm bonitatem, & loqui mendacium magis quàm iustitiam : Sæla.
5 Dilexisti cuncta verba perditionis, lingua dolosa.
6 Etiam Deus dissipabit te in æternum, tollet te & euellet te de tabernaculo : atque eradicabit te de terra viuentium : Sæla.
7 Et videbunt iusti atque timebunt, & ridebunt super eum.
8 Ecce vir qui non posuit Deum robur suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & roborauit se in prauitate sua.
9 Ego autem similis oleæ frondosæ in domo Dei, sperauí in pietate Dei in seculum & in perpetuum.

10 Confi-

10 Confitebor tibi in seculum, quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu piorum (cultorum) tuorum.

Psal. LIII.

1. DIxit fatuus in corde suo, non est Deus. Vespertin preces.
2 Corruperunt (vias suas) & abominabilem fecerunt iniquitatem, non est qui faciat bonum.
3 Deus de cælo aspexit super filios hominum, vt videret si esset qui prudenter ageret, & quæreret Deum.
4 At nemo non retrocessit, pariter fœtidi facti sunt, & non est qui faciat bonum, etiam nec vnus.
5 An nihil cognouerunt, qui operantur iniquitatem, deuorantes populum meum ac si comederunt panem? Deum non inuocauerunt.
6 Ibi pauerunt pauore cùm non esset pauor, quoniam Deus dispersit ossa obsidentis te: confudisti, eò quod Deus execratus sit eos.
7 Quis dabit ex Zion salutem Israël, vt reducat Deus captiuitatem populi sui?
8 Et lætetur Iacob, atque exultet Israel.

Psal. LIIII.

1 DEus, in nomine tuo saluum me fac, & in fortitudine tua vindica me.
2 Deus, audi orationem meam, & ausculta verbis oris mei.
3 Quoniam alieni insurrexerunt contra
me, & tyranni quærunt animam meam:
non ponentes Deum ante conspectum suum: Sæla.
4 Ecce Deus adiutor meus est: Dominus
est cum his qui sustentant animam meam.
5 Ipse restituet malum aduersarijs meis:
in veritate tua extermina eos.
6 Liberali animo sacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.
7 Nã ex omni tribulatione liberauit me:
& in hostibus meis vidit oculus meus (quod volui.)

Psal. LV.

1 AVribus percipe Deus, orationẽ meã, & nõ abscõdas te à precatione mea.
2 Intende mihi & exaudi me: rugiam in
oratione mea & inquietus ero.
3 Propter vocem inimici & propter tribulationem impij, quia machinantur contra me iniquitatem, & in ira aduersantur mihi.

4 Cor

4 Cor meum contremiſcit in medio mei,
terrores mortis irruerunt in me.
5 Timor & tremor venit ſuper me : & o-
peruit me horror.
6 Et dixi : quis dabit mihi pennam qua-
lem habet columba? auolarem enim & tuto
quieſcerem.
7 Ecce elongarem me aufugiẽdo, & mo-
rarer in deſerto : Sæla.
8 Accelerarem mihi ſaluationem, prop-
ter ventum turbinis & tempeſtatis.
9 Perde Domine, & diuide linguam eo-
rum : quoniam vidi iniuriam & contentio-
nem in ciuitate.
10 Die ac nocte circũdant eam intra
muros eius : & ſunt iniquitas atque dolor
in medio eius.
11 Corruptelæ ſunt in medio eius, & non
diſcedit de platea eius fraus & dolus.
12 Non enim hoſtis eſt(apertus)qui mihi
probrum intulit, alioquin ſuſtinuiſſem.
13 Neque inimicus meus fuit qui ſe mag-
nificauit contra me : abſcondiſſem enim
me ab illo.
14 Sed tu homo eras iuxta æſtimationem
(cordis)mei, dux meus & notus meus.
15 Qui ſimul dulce inibamus conſilium,
& in domo Dei ambulabamus coniuncti.
16 Condemnet illos mors, & deſcendant

ad infernum viuentes: quia sunt mala in commoratione eorum atque in medio eorum.
17 Ego ad Deum clamabo, & Dominus saluabit me.
18 Vespere & mane atque meridie precabor,& importunus ero,& ipse exaudiet vocem meam.
19 Redemit in pace animam meam à prælio (quod fuit) contra me: quoniam multi fuerunt mecum.
20 Exaudiet Deus & affliget eos,qui sedet ab initio: Sæla, eo quòd non sint illis mutationes, neque timeant Deum.
21 Misit manus suas in pacificos suos, & violauit fœdus suum.
22 Leniora fuerunt butyro (verba) oris eius, habens bellum in corde suo: blandiora fuerunt verba eius pinguedine, cùm sint spicula.
23 Proijce super Dominum onus tuum, & ipse sustentabit te, nec permittet in æternum labi iustum.
24 Et tu Deus, deduces illos in foueam perditionis.
25 Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos: egò autem in te sperabo.

Psal.

Psal. LVI.

1 Miserere mei Deus, nam absorbere me (conatur) homo : tota die impugnans affligit me. Matutinæ preces.
2 Absorbēt hostes mei per singulos dies: multi enim pugnāt aduersum me ô excelse.
3 Licet per diem timerem, tamen in te sperabam.
4 In Deo laudabo verbū eius, in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro.
5 Per totum diem verba mea illi calumniantur, & contra me sunt omnes cogitationes eorum in malum.
6 Simul ipsi morantur & delitescunt, atque plantas meas obseruant, cùm expectāt animam meam.
7 Propter iniquitatem erit ne illis euasio? in ira Deus depones populos.
8 Euagationem meam tu numerasti, pone lachrymam meam in vtre tuo: an non in libro tuo (hæc annotata sunt?)
9 Tunc conuertentur inimici mei retrorsum, in die quo inuocauero: id scio, quia Deus est pro me.
10 In Deo laudabo verbum, in Dominó laudabo sermonem.
11 In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.

12 Super me ſunt Deus, vota tua: reddam
gratiarum actiones tibi.
13 Quoniam liberaſti animam meam de
morte, & nunquid nō pedes meos à lapſu?
vt ſcilicet, ambulem in conſpectu Dei, in
lumine viuentium.

Pſal. LVII.

1 MIſerere mei Deus, miſerere mei, quoniam in te confiſa eſt anima mea, &
in vmbra alarum tuarum ſperabo, donec
prætereat tyrannis.
2 Clamabo ad Deum altiſſimum, ad Deū
qui tranſigit cauſam mihi impendentem.
3 Mittet de cœlis, & ſaluabit me ab opprobrio abſorbente me: Sæla.
4 Mittet Deus pietatem ſuam & veritatē
ſuam, anima mea eſt in medio leonum.
5 Et ego iaceo inter flamma ſuccenſos,
filios hominum, quorū dentes ſunt lancea
& ſagittæ, atq; lingua eorū gladius acutus.
6 Exaltare ſuper cœlos Deus; ſuper omnem terram gloria tua.
7 Rete parauerunt greſſibus meis: incuruauit ille animam meam, foderunt ante me
foueam, atque ciciderunt in medium eius:
Sæla.
8 Confirmatum cor meum Deus, confirmatum cor meum: cantabo & pſallam.

9 Exurge

9 Exurge gloria mea, exurge nablum & cithara, euigilabo diluculo.
10 Confitebor tibi in populis Domine, & cantabo tibi in nationibus.
11 Quoniam magna est vsque ad cœlos pietas tua, & vsque ad æthera veritas tua.
12 Exaltare super cœlos Deus, & super omnem terram gloria tua.

Psal. LVIII.

1 NVm verè, ô concilium, quod iustum est decernitis, & recta iudicatis ô filij hominum.
2 Etiam in corde iniquitates operamini in terra, & rem iniustam manus vestræ appendunt.
3 Abalienati sunt impij ab vtero ipso, errauerunt à ventre, loquentes mendacium.
4 Venenum habent in similitudinem veneni serpentis, instar aspidis surdæ, quę obturat aurem suam.
5 Quæ audire renuit vocem incantantium, atque magi qui eruditus est magicas artes.
6 Deus contere dentes eorum in ore eorum, maxillares leonum confringe Domine: colliquescant sicut aquæ quæ pertranseunt in seipsis: quando eiaculatur sagittas suas, exterminentur.

7 Instar

7 Instar limacis defluentis (quisque eorum) abeat, (& fient veluti) abortiuum mulieris, quæ non vident solem.
8 Priusquàm percipiant ollę vestrę rhamnum (accensum:) sicut crudum quid, sic furor exagitet eum.
9 Lætabitur iustus cùm viderit vltionem, vestigia sua lauabit in sanguine impij.
10 Et dicet homo, vtique fructus est iusto, vtique est Deus iudicans in terra.

Psal. LIX.

Vespertinę preces.

1 ERipe me ab inimicis meis Deus meus: ab insurgentibus contra me protege me.
2 Libera me ab operantibus iniquitatem, & à viris sanguinum salua me.
3 Nam ecce insidiantur animæ meę, congregantur aduersum me robusti, nó ob iniquitatem meam, neq; ob peccatum meum Domine.
4 Absque iniquitate (mea) concurrunt & parant se: exurge igitur in occursum meum & vide.
5 Et tu Domine, Deus exercituum, Deus Israel, euigila vt visites cunctas gentes, neq; miserearis omnibus qui peruersè & iniquè agunt: Sęla.
6 Reuertuntur ad vesperam, fremunt vt

canis, & discurrunt per ciuitatem.
7 Ecce loquuntur ore suo, & sunt gladij
in labijs eorum: quoniam quis audit?
8 Tu autem Domine, ridebis eos, subsannabísque omnes gentes.
9 Fortitudinem eius apud te custodiam:
quoniam Deus refugij mei es.
10 Deus pietatis meæ præueniat me, &
Deus faciat me videre (vltionem) in aduersarijs meis.
11 Ne occidas eos, ne forte obliuiscatur
populus meus: fac eos vagari in plebe tua
& depone eos, protector noster Domine.
12 Propter peccatum oris eorum, & ob
sermonem labiorum ipsorum, capientur in
superbia sua, ob periurium & mendacium
quod loquuntur.
13 Consume in furore, consume, & non
erunt, sciéntq; quòd Deus dominetur in
Iacob, & vsque ad fines terræ: Sæla.
14 Et reuertentur ad vesperam, frement vt
canis, & circumibunt ciuitatem.
15 Ipsi vagabuntur vt comedant, & si non
fuerint saturati, pernoctabunt.
16 Ego autem cantabo fortitudinem tuã,
& laudabo manè pietatem tuam: quoniam
fuisti mihi fortalicium, atque refugium in
die tribulationis meæ.
17 Robur meum, tibi psallam, quoniam
Deus

Deus refugium meum es, & Deus pietatis
meæ.

Psal. LX.

1 DEus abiecisti nos & dissipasti nos,
atque iratus es, conuerte te ad nos.
2 Commouisti terram & dissecuisti eam,
sana contritiones eius, quoniam mota est.
3 Ostendisti populo tuo dura, potasti nos
vino letali.
4 Dedisti timentibus te signum vt triumpharent,
propter veritatem : Sæla.
5 Propterea liberabantur dilecti tui, salua
(me) dextera tua & exaudi me.
6 Deus locutus est in sanctitate sua, exultabo
& diuidam Sichem, atque vallem Succoth
dimetiar.
7 Meus est Gilead & meus est Menasse,
atque Ephraijm fortitudo capitis mei : Iehuda
legifer meus.
8 Moab olla loturæ meæ, super Ædom
proijciam calciamentum meum : super me
tu Phelistæa iubila.
9 Quis deducet me in ciuitatem munitam?
quis ducet me vsq; in Ædom?
10 Nonne tu Deus abiecisti nos, & tu Deus
non egredieris cum exercitibus nostris?
11 Fer nobis auxilium propter tribulationem,
vana enim est salus hominis.

12 In Deo faciemus virtutem, & ipse conculcabit hostes nostros.

Psal. LXI.

1 EXaudi Deus, clamorem meum, ausculta orationi meæ.
2 Ab extremo terræ ad te clamabo, dum cor meum est in mœrore.
3 In petram quæ altior me est, duc me: fuisti enim spes mea, atque turris fortitudinis à facie inimici.
4 Commorabor in tabernaculo tuo in secula, & sperabo in abscondito alarum tuarum: Sæla.
5 Tu enim Deus, exaudisti vota mea, & dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.
6 Dies super dies regis adijcies, vt sint anni eius sicut generatio & generatio.
7 Habitabit in seculum coram Deo: præpara pietatem & veritatem, quæ custodiant illum.
8 Sic psallam nomini tuo in perpetuum, vt reddam vota mea per singulos dies.

Psal. LXII.

1 VTique ad Deum silet anima mea: quippe à quo est salus mea. Matutinæ preces.
2 Vtique ipse est petra mea & salus

ſalus mea : ipſe exaltatio mea,ideò nõ mouebor multum.
3 Vſquequo inſidiamini quibuſcunque? interibitis vos omnes quaſi paries inclinatus, & maceria impulſa.
4 Vtique ne ipſe (Deus) quēquam exaltet conſultant, moliuntúrq; impellere, diligunt mendacium, & ore ſuo benedicunt, intra ſe autem maledicunt: Sæla.
5 Veruntamen Deo ipſi ſile, tu anima mea : quoniam ab ipſo eſt ſpes mea.
6 Vtique ipſe eſt fortitudo mea & ſalus mea:ipſe exaltatio mea,ideò nõ mouebor.
7 Apud Deum eſt ſalus mea & gloria mea : petra fortitudinis meæ,& ſpes mea in Deo eſt.
8 Sperate in eo in omni tempore ô populi,effundite ante conſpectum eius cor veſtrum: Deus eſt ſpes noſtra : Sæla.
9 Veruntamen filij hominum vani ſunt, mendaces ſunt filij hominum ſi in ſtateras aſcendant : ipſi pariter (leuiores ſunt) vanitate.
10 Nolite ſperare in calumnia atq; in rapina, ne in vanitatem redigamini: opulentia ſi affluat,non apponetis cor.
11 Vice vna loquutus eſt Deus atque ſecundo, quod & audiui, quoniam Dei eſt potentia.
12 Et

12 Et tua Domine, est pietas, quoniam tu
reddis vnicuique iuxta opus suum.

Psal. LXIII.

1 DEus, Deus meus tu, quęram te mane.
2 Sitiuit te anima mea, & concupis-
cit te caro mea, in terra squalida & siticulo-
sa, quæ est absque aqua.
3 Sic in sanctitate contemplatus sum te,
vt videam fortitudinem tuam & gloriam
tuam.
4 Quoniam melior est pietas tua, vita ip-
sa: labia mea laudabunt te.
5 Sic benedicam tibi in vita mea: & in
nomine tuo leuabo manus meas.
6 Quasi adipe & pinguedine saturabitur
anima mea, cùm os meum in laudem pro-
rumpit labijs iubilationum.
7 An non tui recordatus sum in stratis
meis, & in vigilijs meditatus sum de te?
8 Eo quòd fueris auxiliũ meum, ideò sub
vmbra alarum tuarum exultans cantabo.
9 Adhæsit anima mea tibi, me sustentauit
dextera tua.
10 Et isti qui quærunt desolationem ani-
mæ meæ, introibunt in inferiora terræ.
11 Deijciant eos in aciem gladij, vt fiant
pars vulpium.
12 Rex verò lætabitur in Deo, & gloria-
bitur

bitur quicunque iurauerit per ipsum, quoniam obturabitur os loquentium mendacium.

Psal. LXIIII.

1 EXaudi Domine, vocem meam in precatione mea, à terrore hostis custodi vitam meam.
2 Absconde me à consilio malignantium, & à commotione eorum qui operantur iniquitatem.
3 Qui acuerunt quasi gladium linguam suam, & emittunt sagittam suam, nempe verbum amarum.
4 Vt sagittent in occultis eum qui est integer, repentè iaciunt eum, & non timent.
5 Corroborant se in re mala, narrãt quomodo abscondant laqueos: dicunt quòd nemo videat eos.
6 Exquirunt malitias, & exequũtur quod scrutando excogitatum est, etiam intimum cuiusque & cor profundum.
7 Sed Deus sagittabit eos sagitta repentina, fiéntq; in eis plagæ (repentè.)
8 Facient ruere super se ipsos linguam suam propriam, & mouebunt se quicunque aspexerit eos.
9 Videbunt (id) omnes homines, & annuntiabunt opus Dei, atq; factum eius pru-

denter

denter confiderabunt.
10 Lætabitur iuftus in Domino, & fperabit in eo: & gloriabuntur omnes qui recto funt corde.

Pfal. LXV.

1 TE expectat laus Deus in Zion, & tibi reddetur votum. Vefpertinæ preces.
2 Qui exaudis orationem, ad te omnis caro veniet.
3 Res iniquæ prævaluerunt mihi, & fcelera noftra, tu expiabis ea.
4 Beatus quem elegeris & applicaueris: is habitabit in atrijs tuis, & fatiabitur in bonitate domus tuæ, (in loco) fancto templi tui.
5 Terribilia in iuftitia refpondebis nobis Deus falutis noftræ, fpes omniũ finium terræ, & eorum qui remoti degunt in mari.
6 Qui parat montes in virtute fua, & accinctus eft fortitudine.
7 Qui compefcit commotionem marium & ftrepitum procellarum eorum, atque fremitum populorum.
8 Et timebunt qui inhabitant extrema (terræ) à fignis tuis: qui in progreffibus matutinis & vefpertinis laudem excitas.
9 Vifitas terram & benè cupis ei, abundè ditas eam.

10 Riuus Dei plenus eſt aqua: tu præparas
frumentũ eorum, eo quòd ſic diſponis eam.
11 Sulcos eius inebrias, demittis (pluuiã)
in valliculas eius, ſtillis liquefacis eam, at-
que benedicis germini eius.
12 Coronas annum bonitate tua, & nubes
tuæ ſtillant pinguedinem.
13 Stillabunt in habitacula deſerti, & ex-
ultatione colles accingentur.
14 Veſtientur plana gregibus, & valles a-
micientur frumento, iubilabunt atque eti-
am canent.

Pſal. LXVI.

1 IVbilate Deo omnes (habitatores) ter-
ræ, cantate gloriam nomini eius, date
gloriam magnificentiæ eius.
2 Dicite Deo: quàm terribilis es in ope-
ribus tuis? propter magnitudinem virtutis
tuæ, mendaces erunt tibi inimici tui.
3 Nam omnes (habitatores) terræ ado-
rabunt te & pſallent tibi, pſallent nomini
tuo: Sæla.
4 Venite & videte opera Dei, quàm terri-
bilis ſit in opere erga filios hominum.
5 Ipſe vertit mare in aridam (& fecit) vt
pedibus tranſierint fluuium: ibi lętabamur
de ipſo.
6 Ipſe dominatur in fortitudine ſua ſe-
culo,

culo, oculi eius contemplantur gentes : &
qui increduli ſunt, tales non eleuabuntur :
Sæla.
7 Benedicite populi Deo noſtro, & reſo-
nate vocem laudis eius.
8 Qui ponit animam noſtram in vitam,
& non permittit vt labantur pedes noſtri.
9 Quoniam probaſti nos Deus, & exa-
minaſti nos, ſicut examinatur argentum.
10 Introduxiſti nos in laqueũ, & poſuiſti
anxiam moleſtiam in lumbis noſtris.
11 Impoſuiſti hominem capiti noſtro : in-
greſſi ſumus ignem & aquam, & tu eduxiſti
nos in refrigerium.
12 Ingrediar domum tuam cum holocau-
ſtis, & reddam tibi vota mea : quæ ſcilicet,
aperuerũt labia mea, & promiſit os meum,
in tribulatione mea.
13 Holocauſta (agnorum) pinguium of-
feram tibi, cum incenſo arietum : faciam
boues cum hircis : Sæla.
14 Venite, audite, & narrabo, quotquot
timetis Deum : quæ fecerit animæ meæ.
15 Ad eum ore meo clamaui, exaltatúſq;
eſt ille ſubter linguam meam.
16 Iniquitatem ſi vidi in corde meo, non
exaudiet Dominus.
17 Exaudiuit autem Deus, & aduertit vo-
cem orationis meæ.

18 Benedictus Deus,qui nõ amouit orati-
onem meam,atque pietatem suam à me.

Psal. LXVII.

1 DEus, misereatur nostri & benedicat
nobis, atq; illustret nos lumine vul-
tus sui : Sæla.
2 Vt cognoscatur in terra via tua, & in
omnibus gentibus salus tua.
3 Confiteantur tibi populi Deus, confi-
teantur tibi populi omnes.
4 Lætentur & iucundẽtur nationes,quo-
niam tu iudicabis populos in æquitate, &
diriges gentes ipsas in terra : Sæla.
5 Confiteantur tibi populi Deus, confi-
teantur tibi populi omnes.
6 (Tunc) dabit terra prouentum suum,
& benedicet nobis Deus, Deus noster.
7 Benedicet nobis Deus, & timebũt eum
omnes fines terræ.

Psal. LXVIII.

[M]atutinæ [p]reces.

1 EXurgat Deus & dissipentur inimi-
ci eius, & fugiant à facie eius qui
odiunt eum.
2 Sicut dispellitur fumus tu dispelles
(eos,) & sicut liquescit cera à facie ignis,
(sic) pereant impij à facie Dei.
3 Iusti autem lætentur & exultent in cõ-
spectu

ſpectu Dei,& iucundentur gaudio.
4 Cantate Deo & pſallite nomini eius,
exaltate eum qui orbibus cœlorum veluti
equo inſidet, in IA nomine eius, & exulta-
te in conſpectu eius.
5 Pater eſt pupillorum, & cauſam agit vi-
duarum,Deus in habitaculo ſanctitatis ſuæ.
6 Deus qui collocat vnicos in familia :
ipſe educit eos qui vincti ſunt compedibus:
qui autem ab eo diſcedunt inhabitant (ter-
ram) ſiccam.
7 Deus, cùm egredereris coram populo
tuo, cùm tu incederes per deſertum : Sæla.
8 Terra mota eſt, etiam cœli ſtillauerunt
à facie Dei, ſicut & Sinai ipſe (motus eſt :)
à facie Dei, Dei Iſraël.
9 Pluuiam voluntariam eleuabas Deus,
ſuper hæreditatem tuam, & labore affectã
tu confirmaſti.
10 Cœtus tuus habitabit in ea : tu enim
præparabas in bonitate tua pro paupere,
ô Deus.
11 Dominus dabit verbum, annuntiatri-
cum exercitus erat magnus.
12 Reges exercituum fugientes elabeban-
tur, & familia domus diuidebat ſpolia.
13 Si iacueritis inter (nigras) tripodes
(eritis ſicut) alæ columbæ, quæ tegitur ar-
genteis (pennis,) & ſunt plumæ eius ſi-

miles auro fuluo.
14 Cùm dissiparet omnipotens propter eã
Reges, candescebat veluti nix in Zalmon.
15 Mons Dei (sicut) mons Basan, mons
gibbis tumens,velut mons Basan.
16 Quare exilitis montes gibberosi? hic
est mons Dei, in quo ei complacuit habitare: etiam: Dominus habitabit in æternum.
17 Currus Dei viginti millia, millia Angelorum, & Dominus inter eos sicut in Sinai in sacrario.
18 Ascendisti in altum,cepisti captiuitatẽ,
accepisti dona in hominibus, etiam inobedientes,vt inhabitet Dominus Deus.
19 Benedictus Dominus quotidie, oneret
nos (beneficijs suis) qui est Deus salutis
nostræ: Sæla.
20 Ipse est Deus noster, Deus cuius sunt
salutes: Domini Dei (etiam) est mors &(animarum) exitus.
21 Et quidem Deus vulnerabit caput inimicorum suorum, verticémq; cæsariei illius, qui ambulat in delictis suis.
22 Dixit Dominus: restituam (meos sicut)
ex Basan: reducam (meos sicut olim) ex
profundis maris.
23 Propterea rubet pes tuus in sanguine,
& lingua canum tuorum, (rubet) ex hostibus propter ipsum (sanguinem.)
24 Vide-

24 Viderunt inceſſus tuos Deus: inceſſus
Dei mei Regis mei in ſacrario.
25 Procedunt cantores, ſequuntur modu-
latores, in medio ſunt puellæ tympana pul-
ſantes.
26 In congregationibus benedicite Deo
atque Domino, qui eſtis de vena Iſrael.
27 Ibi Biniamin paruulus dominatur eo-
rum, & principes Iehuda concilium: prin-
cipes Zebulun, principes Naphthali.
28 Mandauit Deus tuus fortitudinem pro
te: robora Deus quod operatus es in nobis.
29 A templo tuo in Ieruſalem (prodeat ro-
bur tuum:) & afferent tibi Reges munera.
30 Diſſipato cœtu (eorũ qui vtuntur) lan-
ceis, cœtu validorum inter vitulos popu-
lorum, humiliabit ſe cum fragmentis ar-
genteis, cùm diſperſerit populos qui bella
volunt.
31 Veniunt optimates ex Ægypto: Æthi-
opia celeriter exhibebit manus ſuas Deo.
32 Regna terræ cantate Deo, pſallite Do-
mino: Sæla.
33 Inſidenti cœlis cœlorum ab initio: ecce
ipſe dat in voce ſua vocem robuſtam.
34 Date fortitudinem Deo ſuper Iſrael:
magnificentia eius & fortitudo eius in nu-
bibus.
35 Terribilis es Deus de ſacrarijs tuis: Deus

Iſrael ipſe dat virtutem & robur populo benedictus Deus.

Pſal. LXIX.

ſpertinę ...çes.

1 SAlua me Deus quoniam intrauerũt aquæ vſque ad animam.
2 Demerſus ſum in limum & profundum & non eſt firma conſiſtentia:intraui in profunditates aquarum, vt alueus inundarit me.
3 Defatigatus ſum cùm clamitarem, exaſperatum eſt guttur meum, & defecerunt oculi mei,ſperans in Deum meum.
4 Plures ſunt quàm capilli capitis mei,qui abſque cauſa me odio habent : aucti ſunt hoſtes mei,qui me iniquè laceſcunt.
5 Quæ non rapui tunc rependebam.Deus, tu nouiſti ſtultitiam meam, & delicta mea à te non ſunt abſcondita.
6 Non erubeſcant propter me hi qui te expectant Domine, Deus exercituum, non ignominia afficiantur propter me, qui te quærunt Deus Iſrael.
7 Propter te enim ſuſtinui opprobrium, & operuit ignominia faciem meam.
8 Alienus factus ſum fratribus meis, extraneus filijs matris meæ.
9 Quoniam zelus (quem habeo ad) domum tuam comedit me, & opprobria exprobran-

probrantium tibi ceciderunt super me.
10 Et flens(castigaui)ieiunio animam meam,& factum est mihi in opprobrium.
11 Sed & saccum posui vestimentum meum,factúsq; sum illis in prouerbium.
12 Fabulantur de me qui sedent in porta, & carmina(canunt)qui bibunt siceram.
13 Ego autem orationem meã ad te Domine,(effundo,)tempore beneplaciti.
14 Deus, in multitudine pietatis tuæ exaudi me,in veritate salutis tuæ.
15 Erue me de luto vt nõ demergar: eruar ab his qui me odio habent, atque de profundis aquarum.
16 Non inundet me (fluxus aquarum)neque absorbeat me profundum: neque claudat super me puteus os suum.
17 Exaudi me Domine,quoniam bona est pietas tua: iuxta multitudinem miserationum tuarum respice ad me.
18 Et non abscondas faciem tuam à seruo tuo,nam tribulatio est mihi, propera & exaudi me.
19 Appropinqua ad animam meam, & redime eã: propter inimicos meos salua me.
20 Tu cognouisti opprobrium meum, cõfusionem meam & ignominiam meam, coram te sunt omnes aduersarij mei.
21 Opprobriũ confregit cor meũ,mœrore affectus

affectus ſum & expectaui ſi quis cōpatere-
tur, ſed nullus fuit, neq; cōſolatores inueni.
22 Et poſuerunt in refectionem meam fel,
atque in ſiti mea potabant me aceto.
23 Sit menſa eorum ante eos in laqueum:
& quæ in pacem (eſſe debuerant, ſint) in
offendiculum.
24 Obtenebrentur oculi eorū ne videant,
& lumbos eorum fac iugiter nutare.
25 Effunde ſuper eos iram tuam, & furor
indignationis tuæ apprehendat eos.
26 Sit palatium eorum deſolatum, & in
tabernaculis eorum nemo habitet.
27 Nam eum quem tu percuſſiſti perſe-
quuntur, & de dolore vulneratorum tuorū
loquuntur.
28 Pone iniquitatem ſuper iniquitatē eo-
rum, & nō ingrediantur in iuſtitiam tuam.
29 Deleantur de libro viuentium, & cum
iuſtis non ſcribantur.
30 Ego autem cùm afflictus & dolens ſim,
ſalus tua Deus, ſubleuabit me.
31 Laudabo nomen Dei in cantico, &
magnificabo ipſum in laude.
32 Et acceptius erit Deo quàm bos aut
iuuencus, qui cornua producit & vngulas.
33 Viderunt manſueti & gaudebunt, atq;
quærentes Deum, & viuet cor veſtrum.
34 Audit enim inopes Dominus, & vinctos
ſuos

ſuos non deſpicit.
35 Laudent illum cœli & terra, maria, &
quicquid reptat in eis.
36 Quoniam Deus ſaluabit Zion, & ædi-
ficabit ciuitates Iehuda, & habitabunt ibi,
poſſidebúntque eam.
37 Et poſteri ſeruorum eius hæreditabunt
eam, atque qui diligunt nomen eius, habi-
tabunt in ea.

Pſal. LXX.

1 DEus (propera) vt me liberes: Domi-
ne, in auxilium meum feſtina.
2 Confundantur & probro afficiantur
qui quærunt animam meam: agantur re-
trorſum & ignominioſi fiant, qui deſide-
rant malum meum.
3 Conuertantur pro mercede confuſionis
ſuæ, qui dicunt, euge euge.
4 Exultent & lætentur in te omnes, qui
quærunt te, & dicant ſemper, magnificetur
Deus: qui diligunt ſalutem tuam.
5 Ego quidē pauper & miſer ſum, Deus,
feſtina ad me.
6 Auxilium meum & liberator meus es
tu, Domine, ne tardaueris.

Pſal. LXXI.

1 IN te Domine, ſperaui, non confundar Matutinæ
in æternum. In iuſtitia tua erue me, preces.
&

& libera me: inclina ad me aurem tuam, &
ſalua me.
2 Eſto mihi in petram fortitudinis ad
quam veniam ſemper: tu mandaſti vt me
ſalues, quoniam petra mea & fortalicium
meum es tu.
3 Deus meus, erue me de manu impij, at-
que de manu peruerſi & calumniatoris.
4 Tu enim es ſpes mea: Domine Deus, fi-
ducia mea à pueritia mea.
5 Per te ſuſtentatus fui ab vtero, & ex viſ-
ceribus matris meæ tu eduxiſti me: de te
laus mea erit iugiter.
6 Quaſi portentum fui multis: tu autem
es fiducia mea fortis.
7 Impleatur os meum laude tua, tota die
gloria tua.
8 Ne proijcias me in tempore ſenectutis:
cũ defecerit virtus mea, ne derelinquas me.
9 Quoniam loquuntur inimici mei cõtra
me, & qui obſeruant animã meam, conſul-
taturi conuenerunt pariter. Dicentes, Deus
dereliquit eum, perſequimini & compre-
hendite eum, non enim eſt qui eripiat.
10 Deus ne elongeris à me: Deus meus in
auxilium meum feſtina.
11 Confundantur & deficiant qui aduer-
ſantur animæ meæ, obtegantur opprobrio
& ignominia, qui quærunt malum meum.
12 Ego

12 Ego autem iugiter expectabo, & adijciam super omnem laudem tuam.
13 Os meum enarrabit iustitiam tuam, & quotidie salutem tuam: quoniam non noui numeros (beneficiorum) tuorum.
14 Incedã in fortitudinibus Domini Dei: & recordabor iustitiæ tuæ solius.
15 Deus, tu docuisti me à pueritia mea, & vsque in præsens annũtiabo mirabilia tua.
16 Quin etiam vsque in senectam & canitiem, tu Deus, non deseres me, donec annuntiauero robur tuum generationi (præsenti:) & potentiam tuam omni (posteritati) quæ veniet.
17 Et quidem iustitia tua Deus, (patet) vsque in excelsum, & magna sunt quæ fecisti: Deus, quis similis tibi?
18 Qui ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificabas me, & de abyssis terræ conuersus faciebas me ascendere.
19 Augebas quoq; magnificentiã meam, & conuersus consolabaris me.
20 Etiam ego confitebor tibi in instrumẽto musico veritatem tuam Deus meus, psallam tibi in cithara, ô sancte Israëlis.
21 Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi, & anima mea quam redemisti.
22 Sed & lingua mea per singulos dies loquetur

quetur de iuſtitia tua:quoniã cõfuſi ſunt & probris affecti,qui quærunt malum meum.

Pſal. LXXII.

1 DEus,iudicia tua Regi da,& iuſtitiam tuam filio Regis.
2 Iudicabit populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio tuo.
3 Et afferent montes pacem populo, & colles iuſtitiam.
4 Iudicabit miſeros qui ſunt in populo, & ſaluabit filios inopum,& conteret calumniatorem.
5 Timebunt te cum ſole & coram luna, in generatione generationum.
6 Deſcendet ſicut pluuia in tonſuram (graminis:) ſicut imbres ſuper reſectam herbam terræ.
7 Florebit in diebus eius iuſtus, & multa erit pax,donec deſierit luna.
8 Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos terræ.
9 Coram illo procumbent ſolitudinarij, & inimici eius (humiliati) puluerẽ lingent.
10 Reges Tharſis & inſularũ munera reddent, reges Scheba & Seba dona adducent.
11 Et procident coram illo omnes reges: omnes gentes ſeruient ei.
12 Nam liberabit pauperem vociferãtem, miſe-

miſerúmque & eum cui non eſt adiutor.
13 Miſerebitur egeno & inopi, & animas
pauperum ſaluabit.
14 A fraude & iniuria redimet animam
eorum, & pretioſus erit ſanguis eorum in
oculis eius.
15 Viuet (pauper, & rex) dabit ei de auro
Seba, & orabit pro eo ſemper, per ſingulos
dies benedicet ei.
16 Erit pugillus frumenti in terra in capi-
te montium (tam frugifer) vt agitetur quaſi
Libanus fructus eius, florebuntque de ciui-
tate ſicut herba terræ.
17 Erit nomen eius in ſeculum: corã ſole
propagabitur nomen eius, benedicentque
ſe in eo cunctæ gentes, & beatum eum prę-
dicabunt.
18 Benedictus Dominus Deus, Deus Iſ-
rael, qui facit mirabilia ſolus.
19 Et benedictum nomen gloriæ eius in
æternum, replebitúrq; maieſtate eius om-
nis terra, Amen, amen.

Pſal. LXXIII.

1 VTique bonus eſt Deus Iſraeli, his Veſpertinę
nempè qui mundo ſunt corde. preces.
2 Mei autem penè declinauerunt
pedes, ferè effuſi fuerunt greſſus mei.
3 Quoniã zelum habui propter ſtultos,
&

& video impiorum pacem.
4 Non enim habent in morte sua ligamina anxietatum, sed integra & valida (est vis eorum.)
5 In miseria hominum non sunt, neque cum hominibus flagellantur.
6 Propterea tenet eos constrictos superbia,& amictus violentiæ inuoluit eos.
7 Prominet propter pinguedinē oculus eorū : & exequuntur imaginationes cordis.
8 Dissolutos reddunt (alios,) & loquuntur de pessima calumnia, contra excelsum loquuntur.
9 Ponunt enim in cœlum os suum,& lingua eorum graditur in terra.
10 Propterea reuertitur populus eius huc, & aquæ(calicis)pleni exprimuntur eis.
11 Et dicunt: quomodo nouit Deus,& est cognitio apud altissimum ?
12 Ecce isti impij, fœlices sunt in seculo & apprehendunt opulentiam: certè frustrà mundaui cor meum, & laui in innocentia manus meas.
13 Et fui plagis percussus tota die,& castigatio mea fuit manè per singulos dies.
14 Si dixero,enarrabo in hunc modū,ecce generationem filiorum tuorum fefelli.
15 Cogitaui itaque vt cognoscerem illud, sed labor erat in oculis meis.
16 Quousque

16 Quousque introibam in sacraria Dei,
tunc intelligebam nouissimum eorum.
17 Siquidem in lubricis locis ponis eos, &
deijcis eos in desolationes.
18 Quomodo facti sunt in desolationem
tam subitò, defecerunt & consumpti sunt
ab horroribus?
19 Veluti somnium sunt (quod euanuit) ab
euigilante: Domine, in ciuitate imaginem
eorum despicies.
20 Quoniam acerbum factum est cor me-
um, & renes mei aculeis puncti.
21 Et ego fatuus eram nihilque sciebam:
(velut) iumenta factus sum tecum.
22 Ego autem semper sum tecum: tu enim
apprehendisti manum meam dextram.
23 Consilio tuo diriges me, & posteà cum
gloria suscipies me.
24 Quis est mihi in cœlis (præter te?) &
tecum neminem volui in terra.
25 Consumitur caro mea & cor meum:
virtus cordis mei & pars mea Deus est in
æternum.
26 Quoniam ecce elongantes se à te peri-
bunt: perdidisti omnem fornicantem à te.
27 Appropinquatio autem mea ad Deum
bona est mihi, vt ponam in Domino Deo
spem meam, & enarrem omnia opera tua.

Psal. LXXIIII.

1 QVare Deus, abes in perpetuum: & fumat furor tuus contra oues pascuæ tuæ?
2 Recordare congregationis tuæ, quam possedisti ab antiquo,& quam redemisti.
3 (Recordare)tribus hæreditatis tuæ,atque montis Zion in quo habitasti.
4 Leua vestigia tua vt deuastes in perpetuum,omnem hostem,qui malè egit in sanctuaria.
5 Rugierunt aduersarij tui in medio ecclesiarum tuarum, posuerúntque signa sua signa.
6 Cognitus erat quasi adducens (ligna) ad sublime aliquid, qui secures (mittebat) in perplexas arbores.
7 Nunc autem sculpturas eius pariter bipenni & malleis confringunt.
8 Miserunt in ignem sancta tua: & in terram(deijcientes)polluerunt tabernaculum nominis tui.
9 Dixerunt in corde suo,sæuiemus in eos pariter: exusserunt cunctas synagogas Dei in terra.
10 Signa nostra non vidimus, nec est amplius propheta: & nemo est nobiscum qui sciat,quousque.
11 Vsquequo Deus,exprobrabit inimicus, &

& blaſphemabit hoſtes nomen tuum in
perpetuum?
12 Quare auertis manum tuam & dexte-
ram tuam? de medio ſinus tui (profer eam
vt hoſtem) conſumas.
13 Deus enim rex meus eſt ab antiquo, qui
operatur ſalutes in medio terræ.
14 Tu diſſipaſti in fortitudine tua mare: tu
confregiſti capita draconum in aquis.
15 Tu contriuiſti capita ceti grādis, & de-
diſti illum in cibum populo ſolitudinum.
16 Tu ex ſciſſuris produxiſti fontem & flu-
uium: tu exiccaſti flumina valida.
17 Tuus eſt dies, etiam tua eſt nox: tu præ-
paraſti lucem & ſolem.
18 Tu conſtituiſti omnes fines terræ, æſta-
tem & hyemem tu formaſti.
19 Memor eſto huius, quod inimicus pro-
bro affecit Dominum, & populus inſipiens
violauit nomen tuum.
20 Ne tradas cœtui (hoſtium) animam
turturis tuæ: & congregationes pauperum
tuorum ne obliuiſcaris in perpetuum.
21 Reſpice ad pactum, quoniam impleta
ſunt (omnia) tenebroſis (carceribus) ter-
ræ, & habitaculis violentis.
22 Non reuertatur, qui eſt contritus, con-
fuſus: ſed pauper & inops laudent nomen
tuum.

23 Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto opprobrij tui, quod fit quotidie, à stulto.
24 Ne obliuiscaris vocis aduersariorum tuorum: tumultus eorum qui consurgunt aduersus te, ascendit semper.

Psal. LXXV.

atutinæ
eces.

1 Confitemur tibi Deus, confitemur.
2 Et propè adest nomen tuum: recenséntque mirabilia tua.
3 Cùm assumpsero cœtum, ego secũdum æquitates iudicabo.
4 Dissoluti sunt terra & omnes habitatores eius; ego firmaui columnas eius: Sæla.
5 Dixi stolidis, nolite insanire: & impijs, nolite eleuare cornu.
6 Nolite eleuare in altum cornu vestrum: nolite loqui collo præfracto.
7 Quia non à progressu (solis) aut ab occidente, neque à deserto (erit) exaltatio.
8 Quoniam Deus iudex est: hunc humiliat; & hunc exaltat.
9 Siquidem calix est in manu Domini; & vinum rubescit: plenus est mixtura, effundítque ex eo.
10 Quin & feces eius exprimet, bibéntq; omnes impij terræ.

11 Et

11 Et ego annuntiabo in ſeculum, pſallam
Deo Iacob.
12 Et confringam omnia cornuá impio-
rum, & exaltabuntur cornua iuſti.

Pſal. LXXVI.

1 NOtus in Iehuda Deus, in Iſrael ma-
gnum nomen eius.
2 Et eſt in Schalem tabernaculum eius, &
habitaculum eius in Zion.
3 Ibi confregit iacula arcus, ſcutum, gla-
dium, & bellum : Sæla.
4 Illuſtris es tu, & magnificentior mon-
tibus prædæ (intentis.)
5 Spolijs expoſiti ſunt qui magnifico fu-
erunt corde, dormierunt ſomnum ſuum, &
nihil inuenerunt cuncti viri, quorùm ma-
nus potentes fuerunt.
6 Ab increpatione tua Deus Iacob, con-
ſopitus eſt & currus & equus.
7 Tu, tu inquam, terribilis es : & quis ſta-
re poterit ante faciem tuam ex tunc (quo
exarſerit) ira tua ?
8 De cœlis auditum feciſti iudicium : ter-
ra timuit & ſiluit.
9 Cùm exurgeret Deus ad iudicium, vt
ſaluaret cunctos manſuetos terræ : Sæla.
10 Quoniam furor hominis cedet in lau-
dem tuam : & reliquias furoris tu accinges.

11 Vouete & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius estis, deferte munera terribili.
12 Ipse cohibet spiritum principum, & est terribilis regibus terræ.

Psal. LXXVII.

1 VOce mea ad Deum clamabo, voce mea ad Deum, & auscultauit mihi.
2 In die tribulationis meæ Dominũ quæsiui, plaga mea nocte defluebat & nõ cessabat: renuit consolari anima mea.
3 Recordabor Dei & inquietus ero, querelas faciam & mœrore afficietur anima mea: Sæla.
4 Tu tenes vigilias oculorum meorum, concussus sum & non loquar.
5 Consideraui dies antiquos, & annos seculorum.
6 Recordor carminis mei, & loquar nocte cum corde meo, perscrutatúrque spiritus meus.
7 Nunquid in æternum elongabit se Dominus, & non adijciet vt iterum benignum se exhibeat?
8 Nunquid deficit in perpetuum pietas eius: & finem habet verbum (consolationis eius) in generationem & generationem?

9 Nun-

9 Nunquid oblitus eſt miſereri Deus, & continebit in ira miſericordias ſuas? Sæla.
10 Et dixi, ægritudo mea eſt: (at recordabor) annorum dexteræ excelſi.
11 Recordabor operum Domini: nam memor ero mirabilium tuorum (quæ feciſti) ab initio.
12 Meditabor quoque in omnibus operibus tuis: & de ſtudijs tuis loquar.
13 Deus in ſancto via tua, quis Deus magnus ſicut Deus?
14 Tu Deus, facis mira, & notam feciſti in populis fortitudinem tuam.
15 Redemiſti potenter populum tuum: filios Iacob & Ioſeph: Sæla.
16 Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ & contremuerunt, etiam abyſſi exagitatæ ſunt.
17 Nubes effuderunt aquas, & vocem dederunt æthera: etiam ſagittæ tuæ diſcurrunt.
18 Vox tonitrui tui in ſphæra (aeris,) illuxerunt orbi fulgura: tremuit & commota eſt terra.
19 In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcuntur.
20 Duxiſti quaſi oues populum tuum, per manum Moſi & Aharon.

Psal. LXXVIII.

esperting
eces.

1 AVſculta mi popule, legem meam: inclinate aurem veſtram ad verba oris mei.
2 Aperiam per parabolam os meum, eloquar ænigmata (à tempore) antiquo.
3 Quæ audiuimus, & quæ cognouimus: &(quæ) patres noſtri narrauerunt nobis.
4 Non celabimus (ea) à filijs eorum, ſed generationi poſteræ narrabimus laudes Domini, fortitudinem eius atque mirabilia eius, quæ fecit.
5 Ipſe enim ſuſcitauit teſtimoniũ in Iacob, & legem poſuit in Iſrael, quæ præcepit patribus noſtris, vt ea nota facerent filijs ſuis.
6 Vt cognoſcat ætas poſtera, filij ſcilicet, qui naſcituri ſunt.
7 Surgant & enarrent filijs ſuis.
8 Vt ponant in Deo fiduciam ſuam, & non obliuiſcantur operum Dei, ſed mandata eius obſeruent.
9 Et non fiant ſicut patres eorum, generatio incredula & rebellis, generatio quæ non parauit cor ſuum, & cuius ſpiritus non firmiter adhæſit Deo.
10 Filij Ephraijm armati, iaculantes arcu, verterunt (terga) in die belli.
11 Non cuſtodierunt pactum Dei, & in lege

lege eius noluerunt ambulare.
12 Sed obliti sunt factorum eius, atq; mirabilium eius, quæ ostenderat eis.
13 Coram patribus eorum fecit mirabilia, in terra Ægypti in campo Zoan.
14 Interrupit mare & traduxit eos: fecitq; stare aquas veluti aceruum.
15 Et deduxit eos interdiu per nubem, & tota nocte per lucem ignis.
16 Secuit rupes in deserto, & potauit (eos) quasi ex abysso multa.
17 Eduxit fluenta de petra, & demisit aquas quasi flumina.
18 Et addiderunt adhuc peccare contra eum, exacerbantes altissimum in solitudine.
19 Tentauerúntq; Deum in corde suo, petentes cibum pro anima sua.
20 Et loquuti sunt contra Deum, dicentes: nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?
21 Percussit quidem petram & effluxerunt aquæ, & fluuij inundauerunt: num poterit & panem dare, aut parare carnes populo suo?
22 Audiuit autem Dominus & indignatus est, succensúsque est ignis in Iacob, & ira quoque ascendit contra Israel.
23 Eò quod non crediderunt Deo neque confisi sunt in salute eius.

24. Et

24 Et præcepit nubibus supernè, aperuítque portas cœli.
25 Et pluit super eos Man vt comederent: & frumentum cœleste dedit eis.
26 Panem magnificorum comedit homo: misit eis victum ad saturitatem.
27 Impulit Eurum in cœlis, & adduxit in virtute sua Africum.
28 Pluítque super eos quasi puluerem carnes, & quasi arenam maris aues alatas.
29 Et proiecit in medium castrorum eius, per circuitum tabernaculi eius.
30 Et comederunt, saturatíque sunt nimis: attulerat enim eis desiderium eorum.
31 Non sunt destituti desiderio suo, eratque adhuc cibus eorum in ore eorum: & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, atque electiores qui erant in Israel, succumbere fecit.
32 In omnibus istis adhuc peccauerunt, & non crediderunt in mirabilibus eius.
33 Ideò ipse consumpsit dies eorum in vanitate, & annos eorum in perturbatione.
34 Cùm occideret eos, quærebant eum, & conuersi mane quærebant Deum.
35 Et recordati sunt, quòd Deus esset fortitudo eorum, & Deus excelsus redemptor eorum.
36 Et blanditi sunt ei ore suo, lingua autē

ſua mentiti ſunt ei,
37 Cor enim eorum non erat rectum cum
eo,neque firmi ſteterunt in pacto eius.
38 Ipſe autem cùm eſſet miſericors,expia-
bat iniquitatem, & non diſperdebat.
39 Et ſæpenumero retraxit iram ſuam, vt
non excitaret omnem furorem ſuum.
40 Recordatus eſt enim quòd eſſent caro,
quódq; eſſent ſpiritus vadens & nõ rediẽs.
41 Toties exacerbauerunt eum in deſerto,
atq; moleſtauerunt eum in ſolitudine.
42 Et reuerſi ſunt & tentauerũt Deum:at-
que ſancto Iſraëlis limitem præſcripſerunt.
43 Non ſunt recordati manus eius & diei
illius,quo redemit eos ab aduerſario.
44 Quippe qui poſuit in Ægypto ſigna ſua,
atq; portenta ſua in campo Zoan.
45 Conuertit enim lacus eorum in ſangui-
nem,& fluenta eorum ne biberent.
46 Mittebat in eos mixtionem inſectorum
deuorauítque eos: ranas quoque quæ per-
diderunt eos.
47 Et dedit brucho prouentum eorum, &
laborem eorum locuſtæ.
48 Perdebat cum grandine vitem eorum,
& ſycomoros eorum lapide glacioſo.
49 Tradidit quoq; grandini iumenta eo-
rum, & pecora eorum fulminibus.
50 Miſit in eos furorem iræ ſuæ, indigna-
tionem,

tionem, fremitum & tribulationem: immiſſionem angelorum malorum.
51 Librauit ſemitam iræ ſuæ, & non pepercit à morte animæ eorum: ſed tradidit
vitam eorum peſti.
52 Percuſſitq; omne primogenitum in Ægypto, primitias ſcilicet virtutis (eorum) in
tabernaculis Cham.
53 Et emiſit quaſi oues populum ſuum,
duxítque eos quaſi gregem in deſerto.
54 Deduxit autem eos tutò vt non pauerent, & hoſtes eorum operuit mare.
55 Et introduxit eos ad terminum ſanctitatis ſuæ, ad montem iſtum, quem acquiſiuit dextera eius.
56 Et expulit à facie eorum gentes: proiecítq; eis ſortem hæreditatis, & collocauit
in tabernaculis eorum tribus Iſraël.
57 Et tentauerunt atque irritauerunt Deum excelſum, & teſtimonia eius non cuſtodierunt.
58 Sed acti ſunt retrorſum, & præuaricati ſunt ſicut patres eorum, retroactíque ſunt
quaſi arcus doloſus.
59 Prouocauerũt enim eum in excelſis ſuis, atque in ſculptilibus ſuis ad æmulationem concitauerunt eum.
60 Audiuit Deus & commotus eſt, & execratus eſt valdè Iſraëlem.

61 Deseruítq; tabernaculum Silo, tentorium quod collocauerat inter homines.
62 Et dedit in captiuitatem fortitudinem eius, atque decorem eius in manum hostis.
63 Tradidit quoque in gladium populum suum, & contra hæreditatem suam indignatus est.
64 Iuuenes eius comedit ignis, & virgines eius non sunt honoratæ (nuptijs.)
65 Sacerdotes eius gladio ceciderunt, & viduæ eius nón fleuerunt.
66 Et euigilauit ac si dormisset Dominus: tanquam (vir) fortis qui vociferatur post vinum.
67 Et percussit hostes suos tergum (vertẽtes:) in opprobrium perpetuũ tradidit eos.
68 Et execratus est tabernaculum Ioseph, atque tribum Ephraijm non elegit.
69 Sed elegit tribum Iehuda, mõtem Zion quem dilexit.
70 Et ædificauit veluti (palatia) excelsa sanctuarium suum, veluti terram quam fundauit in seculum.
71 Et elegit Dauid seruum suum, tulítque eum à caulis ouium.
72 Post fœtas (euntem) abduxit eum, vt pasceret Iacob populum suum, atque Israëlem hæreditatem suam.
73 Et pauit illos iuxta integritatem cordis

sui,

ſui, atque deduxit eos manibus ſuis cum prudentia.

Pſal. LXXIX.

Matutinæ preces.

1 DEus venerunt gentes in hæreditatem tuam, inquinauerunt templum ſanctum tuum, & poſuerūt Ieruſalem in aceruos (ruinarum.)

2 Dederunt cadauera ſeruorum tuorum in cibum auibus cœli, carnes piorum (cultorum) tuorum beſtijs terræ.

3 Effuderunt ſanguinem eorum veluti aquam in circuitu Ieruſalem, nec erat qui ſepeliret.

4 Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, ſubſannatio & deriſio his qui in circuitu noſtro ſunt.

5 Vſquequo Domine, iraſceris in perpetuum, & exardeſcet veluti ignis zelus tuus?

6 Effunde furorem tuum in gentes, quæ non cognouerunt te, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.

7 Nam deuorauerunt Iacob, & habitationem eius in deſolationem redegerunt.

8 Ne recorderis iniquitatum noſtrarum priorum, feſtina & præueniant nos miſericordiæ tuæ, quoniā attenuati ſumus nimis.

9 Adiuua nos Deus, ſalutis noſtræ, propter gloriam nominis tui, & libera nos, atque pro-

propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.
10 Quare dicũt gẽtes, vbi est Deus illorũ?
11 Nota fiat inter gentes videntibus oculis nostris, vltio sanguinis seruorum tuorũ qui effusus est.
12 Veniat in conspectum tuum gemitus vincti: secundum magnitudinem potentię tuæ, fac residuos filios morti addictos.
13 Et redde vicinis nostris septuplum in sinum eorum, opprobrium eorum quo exprobrauerunt tibi Domine.
14 Et nos populus tuus atque oues pascuę tuæ, confitebimur tibi in seculum, in generationem & generationẽ narrabimus laudem tuam.

Psal. LXXX.

1 PAstor Israelis ausculta, qui ducis velut ouem Ioseph: quique insides Cherubin affulge.
2 Coram Ephraijm, Biniamin & Menasse excita fortitudinem tuam, & veni nobis in salutem.
3 Deus, reduc nos & fac splendescere faciem tuam, & salui erimus.
4 Domine, Deus exercituum, quousque irasceris orante populo tuo?
5 Tu cibas eos pane lachrymarum, & potas eos lachrymis copiosis.

6 Ponis

6 Ponis nos in contentionem vicinis nostris,& inimici nostri apud se sanas mouēt.
7 Deus exercituum conuerte nos, & fac splendescere faciem tuam,& saluabimur.
8 Transtulisti vitem de Ægypto, quam expulsis gentibus plantasti.
9 Fecisti spacium ante eam, & cùm fixisset radices suas impleuit terram.
10 Operti sunt montes vmbra eius: & rami eius(similes sunt)cedris magnificis.
11 Et misit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad fluuium propagines eius.
12 Quare dissipasti sepem eius, vt decerpant ex ea omnes qui transeunt per viam?
13 Deuastat eam aper de sylua,& fera agri depascitur eam.
14 Deus exercituum cōuertere quæso, intuere è cœlis,aspice & visita vitem istam.
15 Atque locum vineæ quā plantauit dextera tua, & propaginem ipsam quam tibi roborasti.
16 Incensa est igne atque succisa,& ipsi ab increpatione faciei tuæ peribunt.
17 Sit manus tua super virum dexteræ tuę, atque super filium hominis quem tibi corroborasti.
18 Et non retrocedemus à te, tu viuificabis nos,& nomen tuum inuocabimus.
19 Domine,Deus exercituū conuerte nos,
&

& fac illucescere vultum tuum, & saluabimur.

Psal. LXXXI.

1 EXultantes cantate Deo fortitudini
nostræ, iubilate Deo Iacob.
2 Sumite psalmum, & date tympanum,
citharam iucundam cum nablo.
3 Clangite tubâ in neomenia, in tempore
constituto & die solennitatis nostræ.
4 Idipsum enim statutum est pro Israele,
& iudicium Dei Iacob.
5 Pro testimonio posuit illud in Ioseph,
cùm egrederetur de terra Ægypti: labium
quod non cognoscebam, audiebam.
6 Subduxi ab onere humerũ eius: & manus eius à cacabis (faciendis) transierunt.
7 In tribulatione inuocasti & erui te, exaudiui te in arcano tonitrui.
8 Probauique te, iuxta aquas contentionis: Sæla.
9 Audi, mi popule, & contestabor te: Israel si audieris me.
10 Non erit in te Deus alienus, neque incuruabis te coram Deo extraneo.
11 Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: aperi os tuum (in oratione) & ego implebo illud.
12 At populus meus non audiuit vocem
meam, neque Israel acquieuit mihi.

13 Dimisi igitur eum in prauitate cordis
sui, vt eant in consilijs suis.
14 Vtinam populus meus audisset me, &
Israel in vijs meis ambulasset.
15 Quàm breui inimicos illorum humiliassem, & super aduersarios eorum vertissem
manum meam.
16 Odio habẽtes Dominũ mentiti fuissent
ei: horum autẽ tempus fuisset perpetuum.
17 Et cibasset eum (Dominus) medulla
tritici, & melle de petra saturassem te.

Psal. LXXXII.

Vespertinę preces.

1 Deus stat in cõgregatione magnifica: in medio Deorum iudicẽ agit.
2 Quousq; (inquiens) iudicabitis
peruersè, & facies impiorũ assumitis? Sæla.
3 Iudicate (causam) pauperis atque pupilli: afflictum & miserum iustificate.
4 Eripite egenum & inopem: de manu
impiorum liberate (eos.)
5 Nihil norunt, nec intelligũt, in tenebris
ambulãt: mouẽtur omnia fundamẽta terrę.
6 Ego dixi, dij estis: & filij excelsi vos
omnes.
7 Attamen sicut homines moriemini, &
sicut vnus è principibus cadetis.
8 Surge Deus, iudica terram: nam tu in
hæreditatem accipies cunctas gentes.

Psal.

Pſal. LXXXIII.

1 DEus,ne contineas te, non taceas ne-
que quieſcas Deus.
2 Quoniam ecce inimici tui fremunt, &
qui te odio habent extulerunt caput.
3 Contra populum tuum callidum exco-
gitarunt conſilium, & conſultarunt contra
abſconditos tuos.
4 Dixerunt, venite & deleamus eos ne
ſint gens, & non ſit in memoria nomen Iſ-
rael vltra.
5 Quoniam conſpirationem fecerunt ex
corde pariter, cõtra te percutientes fœdus.
6 Tabernacula Ædom & Iſmaëlitarum,
Moab & Hagarenorum.
7 Gebal & Ammon, atque Amelec, Pa-
leſtini cum habitatoribus Tyri.
8 Etiam Aſſur aſſociatus eſt eis, fuerúnt-
que auxilio filijs Lot: Sæla.
9 Fac eis ſicut Midian, ſicut Siſeræ, & ſi-
cut Iabin in torrente Kiſon.
10 Exterminati ſunt in Endor, facti ſter-
quilinium terræ.
11 Pone eos & principes eorũ ſicut Oreb,
& ſicut Zeeb: ſicut Zæbah & ſicut Zalmu-
na, omnes principes eorum.
12 Qui dixerũt, accipiamus nobis in poſ-
ſeſſionem habitacula Dei.
13 Deus meus, pone eos ſicut rotam, &

ſicut ſtipulam ante ventum.
14 Sicut ignem qui comburit ſyluam: & ſicut flammam quæ ſuccendit montes.
15 Sic perſequeris eos in tempeſtate tua, & in turbine tuo terrebis eos.
16 Imple facies eorum ignominia, & inquirent nomen tuum, Domine.
17 Confundantur & perturbentur in perpetuum: ignominia afficiantur & pereant.
18 Et cognoſcent quòd tu, cuius nomen eſt Iehoua, ſolus es altiſſimus ſuper omnem terram.

Pſal. LXXXIIII.

1 QVàm dilecta ſunt tabernacula tua, Domine exercituum.
2 Concupiſcentia flagrat atq; deſiderat anima mea (introire) in atria Domini: cor meum & caro mea exultant ad Deum viuũ.
3 Etiam paſſer inuenit domicilium & hirundo nidum ſibi, vbi ponit pullos ſuos: altaria tua Domine exercituum, Rex meus, & Deus meus.
4 Beati qui habitant in domo tua: perpetuò laudabunt te: Sæla.
5 Fœlix ille homo cuius auxilium eſt in te, & in quorum cordibus ſunt ſemitæ.
6 Tranſeuntes per vallem fletus, ponũt in ea fontem: etiã piſcinas occupabit pluuia.
7 Ibunt

7 Ibunt de caterua ad cateruam, cõparebítq; (quisquis eorũ) apud Deum in Zion.
8 Dominus Deus exercituũ, exaudi orationem meam: ausculta Deus Iacob: Sæla.
9 Protector noster aspice Deus, & intuere faciem Christi tui.
10 Quia melior est dies in atrijs tuis quàm mille.
11 Malui limen tenere in domo Dei mei, quàm habitare in tabernaculis impietatis.
12 Nam sol & scutum est Dominus Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus, nec prohibebit bonum ab ijs qui ambulant in perfectione.
13 Domine exercituum, beatus homo qui confidit in te.

Psal. LXXXV.

1 BEnignus factus es Domine, erga terram tuam, auertisti captiuitatẽ Iacob.
2 Remisisti iniquitatem populi tui: operuisti omnia peccata eorum: Sæla.
3 Contraxisti omnem indignationem tuam, reduxisti à furore faciem tuam.
4 Cõuerte nos Deus salutis nostræ, & dissipa irritationẽ tuam (quã habes) erga nos.
5 Nunquid in æternum irasceris contra nos, & protrahes iram tuam in generationem & generationem?

6 Nunquid non tu conuerſus viuificabis
nos, & populus tuus lætabitur in te?
7 Oſtende nobis Domine, pietatem tuã,
& ſalutem tuam da nobis.
8 Audiam quid loquetur Deus Domi-
nus, nam loquetur pacem, ad populum ſu-
um, atq; ad pios (cultores) ſuos, vt non re-
uertantur ad ſtultitiam.
9 Vtique propinqua eſt ſalus eius timen-
tibus eum, vt habitet gloria in terra noſtra.
10 Pietas & veritas ſibi obuiam factæ ſũt,
iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.
11 Veritas de terra germinabit, & iuſtitia
de cœlo proſpexit.
12 Etiam Dominus dabit bonitatem, &
terra noſtra dabit fructum ſuum.
13 Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet
in via greſſus ſuos.

Pſal. LXXXVI.

Matutinæ preces.

1 INclina Domine, aurem tuã, & exaudi
me, quoniã pauper & miſer ſum ego.
2 Cuſtodi animam meam, quoniam
pius ſum, ſalua ſeruum tuum tu Deus meus,
ſperantem in te.
3 Miſerere mei Domine, quoniam ad te
clamabo per ſingulos dies.
4 Lætifica animam ſerui tui, quoniam ad
te Domine, animam meam attollo.

5 Tu enim Domine, es bonus, & ad propitiandum procliuis, multus in pietate, erga omnes qui te inuocant.
6 Auſculta Domine, orationi meæ, & intende voci deprecationum mearum.
7 In die tribulationis meæ inuocabo te, (ſciens) quòd exaudies me.
8 Non eſt ſimilis tui in dijs Domine, neq; eſt ſecundùm opera tua.
9 Omnes gentes, quas feciſti, venient & adorabunt te Domine, & glorificabunt nomen tuum.
10 Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus.
11 Doce me Domine, viam tuam, & conuerſabor in veritate tua: conſtringe cor meum, vt timeat nomen tuum.
12 Confitebor tibi Domine, Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in perpetuum.
13 Quoniam miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.
14 Deus, contumaces ſurrexerunt contra me, & cœtus nebulonū inquiſierunt animā meā, & non poſuerunt te in conſpectu ſuo.
15 Et tu Domine, es Deus miſericors, & gratia affluens, longanimis, & copioſus in pietate & veritate.

16 Respice ad me & miserere mei, da robur tuum seruo tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.
17 Fac mecum signũ in bonum, vt videant qui me odio habent & confundantur: quoniam tu Domine, adiuuisti me, & consolatus es me.

Psal. LXXXVII.

1 FVndamenta eius in montibus sanctis; diligit Dominus portas Zion, super omnia tabernacula Iacob.
2 Præclara dicũtur de te, ciuitas Dei: Sæla.
3 Memor ero Rahab & Babylonis, cum his qui agnoscunt me.
4 Ecce Phelistæa & Tyrus cum Æthiopia: ille natus est ibi.
5 Et de Zijon dicetur, ille & ille natus est in ea, & altissimus ipse confirmabit eam.
6 Dominus recensebit cùm scripserit populos: iste natus est ibi: Sæla.
7 Et cantores sicut tibicines, omnes scaturigines meæ in te.

Psal. LXXXVIII.

1 DOmine, Deus salutis meæ, die ac nocte clamaui in conspectu tuo, intret oratio mea in conspectum tuum: inclina aurem tuam ad clamorem meum.

2 Nam

2 Nam ſaturata eſt malis anima mea, &
vita mea peruenit vſque ad ſepulchrum.
3 Deputatus ſum cum deſcendentibus in
foueam,& fui quaſi vir cui non eſt robur.
4 Inter mortuos liber, ſicut interfecti
dormientes in ſepulchro, quorum memoria amplius non extat,quíque de manu tua
abſciſi ſunt.
5 Poſuiſti me in foueam inferiorem,in loca tenebroſa atque profunda.
6 Super me ſtabilitus eſt furor tuus, & omnibus procellis tuis afflixíſti (me:) Sæla.
7 Elongaſti notos meos à me, poſuiſtíq;
me illis abominationem.
8 Clauſus ſum, vt egredi non poſſim.
9 Oculus meus doluit præ afflictione, inuocaui te Domine, per ſingulos dies, expādi ad te manus meas.
10 Nunquid mortuis facies mirabilia,
aut ſi manes reſurgent & confitebuntur tibi? Sæla.
11 Nunquid narrabitur in ſepulchro pietas tua, & in interitu veritas tua?
12 Nūquid cognoſcētur in tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis?
13 Et ego ad te Domine, clamaui,& mane
oratio mea præueniet te.
14 Quare Domine,execraris animam meam, & abſcondis faciem tuam à me?

15 Miſer

15 Miser ego ſum & expiranti ſimilis ab adoleſcentia, tuli terrores tuos animo attonito.
16 Super me tranſierunt furores tui, & terrores tui perdiderunt me.
17 Circundederunt me ſicut aquæ quotidie, & gyro concluſerunt me pariter.
18 Elongaſti à me amicum & proximum, & notos meos (ponis in) tenebris.

Pſal. LXXXIX.

Veſpertinę preces.

1 PIetates Domini in ęternũ cantabo: in generationẽ & generationẽ notam faciam veritatẽ tuam ore meo.
2 Nam dixi, in æternum pietas ædificabitur: in cœlis ipſis firmabis veritatem tuam.
3 Percuſſi fœdus cum electo meo, iuraui Dauid ſeruo meo.
4 Vſque in ſeculum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in omne æuum ſolium tuum: Sæla.
5 Et confitebuntur cœli miraculũ tuum Domine, atque veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.
6 Quis enim in ęthere ęquabitur Domino?
7 Et quis aſſimilabitur Domino inter filios Deorum?
8 Deus plurimùm formidandus in concilio ſanctorum, terribilis eſt ſuper omnes qui

qui in circuitu eius ſunt.
9 Domine, Deus exercituum, quis ſicut
tu fortiſſime Domine? per circuitum tuum
eſt veritas tua.
10 Tu Dominaris impetui maris: cùm ele-
uat procellas ſuas tu compeſcis eas.
11 Tu contriuiſti vſque ad internecionem
Ægyptum: in brachio virtutis tuæ diſperſi-
ſti inimicos tuos.
12 Tui ſunt cœli, etiã tua eſt terra: orbem
& plenitudinem eius, tu fundaſti ea.
13 Aquilonem & dextram (meridiei) tu
creaſti: Thabor & Hermon in nomine tuo
exultabunt.
14 Brachiũ tuũ eſt cum fortitudine: robo-
ra manum tuam & eleua dextram tuam.
15 Iuſtitia & judicium ſunt habitaculum
ſolij tui: pietas & veritas præcedent faci-
em tuam.
16 Beatus populus qui nouerit jubilatio-
nem: Domine, in lumine vultus tui am-
bulabunt.
17 In nomine tuo exultabunt quotidie,
& in iuſtitia tua exaltabunt ſe.
18 Quia gloria fortitudinis eorum tu es: &
in benignitate tua exaltabis cornua noſtra.
19 Quia Domini eſt protectio noſtra, &
ſancti Iſraëlis rex noſter.
20 Tũc loquutus es in viſione ad pios tuos,
&

& dixisti: posui adiutorium super potentem: exaltaui electum de populo.
21 Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.
22 Siquidem manus mea firmabitur super ipsum, & brachium meum roborabit eum.
23 Non violentus esse poterit contra eum hostis, neq; filius iniquitatis affliget eum.
24 Ego cócutiam ante faciem eius aduersarios eius, & eos qui odio eum habent, percutiam.
25 Erítq; veritas mea & pietas mea cũ eo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.
26 Ponámq; in mare dominium eius, & in fluminibus dexteram eius.
27 Ipse inuocabit me: pater meus es tu, Deus meus & firma salus mea.
28 Etiam ego primogenitũ ponam eum, celsiorem regibus terræ.
29 In æternum custodiam illi pietatem meam, & fœdus meum erit ei firmum.
30 Et ponam in perpetuum semen eius, & solium eius sicut dies cœli.
31 Si deseruerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint.
32 Si statuta mea prophanauerint, & præcepta mea non custodierint, visitabo in virga iniquitatem eorum, & in flagellis scelus eorum.

33 Pietatem autem meam non auferam
ab eo : neque mendax ero in veritate mea.
34 Non prophanabo pactum meum, &
quod egressum est de labijs meis non mu-
tabo : Semel iuraui per sanctitatem meam,
si Dauidi mentitus fuero.
35 Semen eius in æternum erit : & solium
eius est sicut sol in conspectu meo.
36 Quasi luna firmabitur in æternum : &
testis in æthere fidelis : Sæla.
37 Tu verò execratus es & repudiasti : in-
dignatúsq; es contra vnctum tuum.
38 Dissoluisti fœdus serui tui, & propha-
nasti vsque ad terram diadema eius.
39 Dirupisti omnes macerias eius, & po-
suisti munitiones eius in confractionem.
40 Diripiunt eum omnes qui transeunt
per viam, factúsq; est in opprobrium vici-
nis suis.
41 Exaltasti dexteram aduersariorum e-
ius, & lætificasti cunctos hostes eius.
42 Auertisti quoque aciem gladij eius, &
non superiorem eum fecisti in prælio.
43 Cessare fecisti magnificentiam eius, at-
que solium eius in terram deiecisti.
44 Abbreuiasti dies iuuentutis eius, & o-
peruisti eum pudore : Sæla.
45 Vsquequo Domine, absconderis in per-
petuũ, & exardescet veluti ignis furor tuus?

46 Recor-

46 Recordare mei,quāti æui ſim : ob quid
fruſtra creaſti omnes filios hominum ?
47 Quis eſt enim vir qui viuet & non vide-
bit mortem, eruétq;, animam ſuam de po-
teſtate inferni ? Sæla.
48 Vbi ſunt pietates tuæ priores Domine :
(ſicut) iuraſti Dauid in veritate tua ?
49 Recordare Domine, opprobrij ſeruo-
rum tuorum : ego ſuſcipio in ſinum meum
omnia (opprobria) multorum populorum.
50 Quibus exprobrauerunt(nobis)inimi-
ci tui Domine, quibus exprobrauerunt ve-
ſtigijs Chriſti tui : Benedictus Dominus in
æternum : Amen, & amen.

Pſal. XC.

Matutinæ preces.

1 DOmine, habitaculum (refugij)
tu fuiſti nobis, in generatione &
generatione.
2 Priuſquàm montes naſcerentur & for-
maretur terra atque orbis: à ſeculo & vſque
in ſeculum tu es Deus.
3 Tu facis redire hominē vſque ad cōtri-
tionem,& dicis,reuertimini filij hominum.
4 Nam mille anni ſunt in oculis tuis, ſi-
cut dies heſterna,cùm præterierit, vt vigilia
in nocte.
5 Facis ceu impetu quodam illos ruere,
erúntq; vt ſomnus:mane quaſi herba(erūt)
quæ

quæ mutatur.
6 Mane floret & creſcit: veſperi autem
reſecatur & areſcit.
7 Quoniam conſumimur in ira tua, & in
furore tuo terremur.
8 Poſuiſti iniquitates noſtras in cõſpectu
tuo, & abſcondita (peccata) noſtra in luce
vultus Dei.
9 Quoniam omnes dies noſtri declinant
in ira tua, conſumimus annos noſtros velu-
ti ſermonem.
10 Anni noſtri qui in ipſis diebus ſunt, ſep-
tuaginta ſunt anni: & ſi in viribus (maiori-
bus) octoginta ſunt anni: & talium ſuper-
bia eſt merus labor & moleſtia, quippe quæ
citò recedit, & nos auolamus.
11 Quis cognoſcit vim iræ tuæ? vt quis
enim te timet ſic eſt indignatio tua.
12 Vt numeremus dies noſtros ſic fac no-
tum, & afferemus cor ſapientiæ.
13 Conuertere Domine, quouſque? pla-
cabilis eſto ſuper ſeruos tuos.
14 Satia nos manè pietate tua: cantabi-
mus & exultabimus cunctis diebus noſtris.
15 Lętifica nos iuxta dies quibus nos affli-
xiſti, & pro annis quibus vidimus malum.
16 Appareat in ſeruis tuis opus tuum: &
gloria tua in filijs eorum.
17 Et ſit decor Domini Dei noſtri circa
nos,

nos, & opus manuum noſtrarum confirma
in nobis, opus inquam ipſum manuum no-
ſtrarum confirma.

Pſal. XCI.

1 QVi ſedet in latibulo altiſſimi, in vm-
bra omnipotentis commorabitur.
2 Dicam Domino, ſpes mea & munitio
mea (tu es :) Deus meus, ſperabo in eum.
3 Quoniam ipſe liberabit te de laqueo
venatoris, & à peſte noxia.
4 Sub ala ſua proteget te, atque ſub pen-
nis eius fiduciam habebis: pro ſcuto & cly-
peo erit veritas eius.
5 Non timebis à pauore nocturno, & à
ſagitta volante per diem.
6 A peſte perambulante in caligine : ab
exterminio graſſante in meridie.
7 Cadent à latere tuo mille, & decē mil-
lia à dextra tua : ad te autem nō perueniet.
8 Vtique oculis tuis cernes, & retributio-
nem impiorum videbis.
9 Quoniam tu Domine, es ſpes mea, ex-
celſum poſuiſti habitaculum (refugij) tui.
10 Nō obueniet tibi malum, neque plaga
appropinquabit tabernaculo tuo.
11 Quoniam Angelis ſuis mandauit de te,
vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.
12 In manibus tollēt te, ne forte offendas
in

in lapide pedem tuum.

13 Super Leonem & aſpidem calcabis, & conculcabis leunculum atque draconem.

14 Quoniam me amplexus eſt, ideò eruã eum : exaltabo eum, quoniam cognouit nomen meum.

15 Inuocabit me, & exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione : eripiam eum & glorificabo eum.

16 Longitudine dierum ſaturabo eum, & oſtendam ei ſalutem meam.

Pſal. XCII.

1 BOnum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo altiſſime.

2 Ad annuntiandum manè pietatẽ tuam, & veritatem tuam per noctes.

3 Super decachordo & ſuper nablo, ſuper inſtrumento ſonoro cum cithara.

4 Quoniã lætificaſti me Domine, in operibus tuis : & in operibus manuum tuarum laudans exultabo.

5 Quàm magnificata ſunt opera tua Domine : valdè profundæ ſunt cogitationes tuæ.

6 Vir ſtupidus non aduertit, neque ſtultus id intelligit.

7 Cùm floruerint impij ſicut herba, atque germinauerint cuncti qui operãtur iniqui-

tatem: (fiet tandem) vt ipsi exterminentur
in seculum seculi, tu autem excelsus es in
perpetuum Domine.
8 Quoniam ecce inimici tui Domine, ecce inquam, inimici tui peribunt: & disperdentur omnes qui operantur iniquitatem.
9 Et exaltabitur cornu meum sicut vnicornis: delibutus enim sum vnguento (oliuæ) virentis.
10 Et respexit oculus meus insidiatores meos, atque audient aures meæ de malignis, qui consurgunt contra me.
11 Iustus instar palmæ florebit, & quasi cedrus in Libano diffundet se.
12 Plantati sunt (iusti) in domo Domini: in atrijs Dei nostri florebunt.
13 Et adhuc fructificabunt in senectute, eruntque pingues & florentes.
14 Ad annuntiandum quòd rectus est Dominus: fortitudo mea, in quo nulla est iniquitas.

Psal. XCIII.

Vespertinę preces.

1 DOminus regnauit & vestiuit se magnificentia: indutus est Dominus fortitudine & accinxit se,
2 Etiam orbis sic firmatus est, vt nutare non possit.
3 Paratum est solium tuum à tempore (mundi:)

(mundi:) à seculo tu es.
4 Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam: extollunt flumina illisionem suam.
5 Supra voces aquarum multarum, (& supra) vehementes illisiones fluctuum maris: est Dominus magnificus in excelso.
6 Testimonia tua probata sunt valdè: domum tuam ornat sanctitas, Domine, in longitudine dierum.

Psal. XCIIII.

1 DEus vltionum Domine, Deus vltionum fac te conspicuum.
2 Exaltare ô iudex terræ, redde retributionem superbis.
3 Quousque impij Domine, quousque impij exultabunt?
4 Pronuntiant & loquuntur quod durum est (auditu:) iactant se omnes qui operantur iniquitatem.
5 Populum tuum Domine, opprimunt: & hæreditatem tuam affligunt.
6 Viduam & peregrinum occidũt, atque pupillos interimunt.
7 Et dixerunt: non videbit Dominus, neque intelliget Deus Iacob.
8 Intelligite insipiẽtes in populo: & stulti quando prudentes eritis?

9 Nunquid qui plantat aurem nó audiet?
aut qui finxit oculum non videbit ?
10 Aut qui castigat gentes, nó arguit?ipse
est qui docet hominem scientiam.
11 Dominus cognoscit cogitationes hominum,
quòd vanæ sunt.
12 Beatus vir ille quem tu Domine, castigas :
& quem de lege tua docueris.
13 Vt tranquillum illum reddas à diebus
malis : donec fodiatur impio fouea.
14 Non enim derelinquet Dominus populum
suum, neq; hæreditatem suam derelinquet.
15 Vsque dum iustitia redeat ad iudicium:
& post illam (incedent) omnes qui recto
sunt corde.
16 Quis consurget pro me contra malignos?
aut quis statuet se ad me contra eos
qui operantur iniquitatem ?
17 Nisi Dominus auxilio fuisset mihi,parú
absuisset quin anima mea habitasset in silentio
(sepulchri.)
18 Sed cùm dicerem, nutat pes meus,pietas
tua Domine, sustentabat me.
19 In multitudine cogitationum mearum
(quæ æstuant) intra me, consolationes tuæ
fuerunt animæ meæ oblectamento.
20 An verò affixum tibi erit solium prauitatum,
vt fingas afflictionem pro statuto ?
21 Con-

21 Conglobant se contra animam iusti, & sanguinem innocentem condemnant.
22 Dominus autem factus est mihi in refugiũ, & Deus meus in petram fiduciæ meæ.
23 Ipse rependet eis iniquitatem eorum, & in malitia eorum perdet eos : perdet eos Dominus, Deus noster.

Psal. XCV.

1 VENITE cantemus Domino, iubilemus fortissimo (Domino) salutis nostræ. Matutinæ preces.
2 Præueniamus faciem eius in confessione, & in hymnis iubilemus ei.
3 Quoniam Deus magnus est Dominus, & rex magnus super omnes Deos.
4 In cuius manu sunt penetralia terræ, & celsitudines montium ipsius sunt.
5 Cuius est mare, & ipse fecit illud, & aridam formauerunt manus eius.
6 Venite adoremus & procidamus, atque genu flectamus coràm Domino factore nostro.
7 Quoniam ipse est Deus noster, nos autẽ populus pascuæ eius & oues manus eius: si modò hodie voci eius auscultaueritis.
8 Non obturetis cor vestrum sicut in disceptatione, & sicut in die tentationis in deserto.

9 Quando me tentauerunt patres veſtri;
probauerunt me,quin etiam viderunt opus
meum.
10 Quadraginta annis moleſtiam paſſus
fui à generatione (hac,) & dixi, populus
eſt qui corde errat: ipſi enim non cogno-
uerunt vias meas.
11 Quia iuraui in ira mea, ſi introibunt in
requiem meam.

Pſal. XCVI.

1 CAntate Domino canticum nouum:
cantate Domino vniuerſa terra.
2 Cantate Domino,& benedicite nomini
eius: annũtiate de die in diem ſalutem eius.
3 Narrate gẽtibus gloriam eius,& omni-
bus populis mirabilia eius.
4 Quoniam magnus Dominus & lauda-
bilis nimis: terribilis ipſe eſt ſupra omnes
Deos.
5 Siquidem omnes dij populorum vani
ſunt: Dominus autem cœlos fecit.
6 Decus & magnificentia eſt ante eum,
potentia & gloria in ſanctuario ſuo.
7 Afferte Domino familiæ populorum,
afferte Domino gloriam & potentiam.
8 Date Domino gloriam nomini eius(de-
bitam:) tollite oblationem & introite in
atria eius.

9 In-

9 Incuruate vos coràm Domino in magnificentia sanctitatis (eius :) contremiscite à conspectu eius vniuersi (incolæ) terræ.
10 Dicite in gentibus, Dominus regnauit, & etiam firmabitur orbis vt non commoueatur, ipse iudicabit populos in æquitate.
11 Lætentur cœli & exultet terra : perstrepat mare & plenitudo eius.
12 Exultet ager & quicquid in eo est: tunc exultabunt omnes arbores syluæ coràm Domino.
13 Quoniam venit : siquidem venit vt iudicet terram, & iudicet orbem in iustitia, & populos in fide sua.

Psal. XCVII.

1 DOminus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.
2 Nubes & caligo per circuitum eius, iustitia & iudicium habitaculum solij eius.
3 Ignis præcedit eum, & inflammabit per circuitum aduersarios eius.
4 Illustrauerunt fulgura eius orbem : vidit & contremuit terra.
5 Montes quasi cera dissoluti sunt à facie Domini, à facie Domini totius terræ.
6 Annuntiauerunt cœli iustitiam eius : & viderunt omnes populi gloriam eius.
7 Confundentur omnes qui colunt scul-

ptilia,& qui gloriantur jn dijs vanis:curua-
te vos coràm eo omnes dij.
8 Audiuit & gauiſa eſt Zion, exultaue-
runt filiæ Iehuda, propter iudicia tua Do-
mine.
9 Nam tu Domine, celſior es omnibus
quæ ſunt in terra,valdè ſublimatus es ſupra
omnes deos.
10 Qui diligitis Dominum odio habete
malum, cuſtodit ille animas piorum (cul-
torum) ſuorum : de manu impiorum eri-
piet eos.
11 Lux ſparſa eſt iuſto, & lætitia his qui
recto ſunt corde.
12 Lætamini iuſti in Domino, & confite-
mini memoriæ ſanctitatis eius.

Pſal. XCVIII.

eſpertinę reces.

1 CAntate Domino canticum nouũ,
quia mirabilia fecit.
2 Salutem parauit ſibi dextera ſua,
& brachio ſancto ſuo.
3 Notam fecit Dominus ſalutem ſuam ;
coràm oculis gentium reuelauit iuſtitiam
ſuam.
4 Recordatus eſt pietatis ſuæ & veritatis
ſuæ erga domum Iſrael, viderúntq; omnes
fines terræ ſalutem Dei noſtri.
5 Iubilate Domino omnis terra, reſona-
te,

te,exultate,& psallite.
6 Psallite Domino in cithara : in cithara
& voce carminis.
7 In buccinis & voce tubæ : iubilate in
conspectu Domini regis.
8 Perstrepat mare & plenitudo eius,orbis
& habitatores eius.
9 Flumina plaudent manu: pariter mon-
tes tripudiabunt coram Domino, quia ve-
nit iudicare terram.
10 Ipse iudicabit orbem in iustitia, & po-
pulos in æquitate.

Psal. XCIX.

1 DOminus regnauit,cõtremiscent po-
puli : sedet inter Cherubin & com-
mouebitur terra.
2 Dominus in Zion magnus: & excelsior
est omnibus populis.
3 Confitebuntur nomini tuo,quòd mag-
num,terribile & sanctum est.
4 Imperium Regis iudicium diligit : tu
parasti æquitatem, iudicium & iustitiam in
Iacob tu fecisti.
5 Exaltate Dominum Deum nostrum, &
incuruate vos ante scabellum pedum eius :
sanctus enim est.
6 Moses & Aharon in sacerdotibus eius,
& Samuel inter eos qui inuocãt nomẽ eius :
hi

hi clamabant ad Dominum, & ipſe exaudi-
ebat eos.
7 In columna nubis loquebatur ad eos:
ipſi cuſtodierunt teſtimonia eius atque ſta-
tutum, quæ dedit eis.
8 Domine, Deus noſter, tu exaudiebas
eos: tu Deus, fuiſti parcens propter eos,
atque vlciſcens opera eorum.
9 Exaltate Dominum Deum noſtrum,
& incuruate vos ante montem ſanctitatis
eius: quoniam ſanctus eſt Dominus Deus
noſter.

Pſal. C.

1 IVbilate Domino omnis terra: colite
Dominum in lętitia: & introite in con-
ſpectum eius cum cantico.
2 Scitote quòd Dominus ipſe eſt Deus,
ipſe fecit nos, & non ipſi nos: (nos ſumus)
populus eius, & oues paſcuæ eius.
3 Ingredimini portas eius cum laude, &
atria eius cum hymno: confitemini ei &
benedicite nomini eius.
4 Quoniam bonus eſt Dominus, in æter-
num pietas eius, & vſque in generationem
& generationem veritas eius.

Psal. CI.

1 PIetatem & iudicium cantabo: tibi
Domine, psallam.
2 Prudentem me geram in via immacu-
lata:
3 Quando venies ad me? conuersabor
in integritate cordis mei in medio domus
meæ.
4 Non ponam ante oculos meos rem im-
piam quam faciam: odiui præuaricationes,
nec adhærebit mihi (tale quid.)
5 Cor peruersum discedat à me: malici-
osum non cognoscam.
6 Qui obtrectat in secreto proximo suo,
hunc perdam:
7 Et qui elatis est oculis, cordéq; turgi-
do, hunc non feram.
8 Oculi mei sunt ad eos qui fideles sunt
in terra, vt sedeant mecum:
9 Qui conuersatur integer in via, ille mi-
hi ministrabit.
10 Non morabitur in medio domus meæ
qui facit dolum & loquitur mendacia, ne-
que firmus manebit coram oculis meis.
11 Mane, mane inquam, perdam omnes
impios qui sunt in terra, vt eliminem de ci-
uitate Domini omnes qui operantur ini-
quitatem.

Psal. CII.

Matutinæ preces.

1 DOmine, exaudi orationem meam:
& clamor meus ad te ingrediatur.
2 Non abscondas faciem tuam
à me: in die qua mihi (impendet) tribulatio, inclina ad me aurem tuam: in die qua
inuocauero, festinanter exaudi me.
3 Quoniam euanuerunt vt fumus dies
mei: & ossa mea veluti focus sunt exusta.
4 Percussum est ceu herba cor meum, atque exaruit: quia oblitus sum comedere
panem meum.
5 Propter vocem gemitus mei adhæsit os
meum carni meæ.
6 Similis factus sum pelicano deserti, factus sum vt bubo qui est in solitudinibus.
7 Vigilaui & factus sum sicut passer, qui
solitarius manet in tecto.
8 Tota die exprobrant mihi inimici mei:
& qui insaniunt in me iurant per me.
9 Etenim cinerem quasi panem comedi,
& potum meum cum fletu miscui.
10 Propter indignationẽ tuam atq; iram
tuam: quoniam eleuasti me & deiecisti me.
11 Dies mei similes sunt vmbræ inclinatę:
& ego quasi herba exaresco.
12 Tu autem Domine, in æternum manebis: & memoria tua durat in generationem
& gene-

& generationem.
13 Tu consurges & misereberis Zion:quia
tempus est vt benignum te exhibeas ei, ve-
nit inquam tempus.
14 Pij enim sentiunt serui tui de lapidibus
eius, & pulueris eius miserentur.
15 Timebúntque gentes nomen Domini,
& omnes Reges terræ gloriam tuam.
16 Cũ scilicet Dominus ædificauerit Zion,
& visa fuerit gloria eius.
17 Cùm respexerit ad orationem solitarij,
neque déspexerit precationem eorum.
18 Scribetur istud pro generatione postera,
& populus qui creabitur laudabit Dominũ.
19 Nam prospexit de excelso sanctitatis
suæ: Dominus de cœlis in terram aspexit.
20 Vt audiat gemitum vincti, & soluat fi-
lios morti (destinatos.)
21 Vt enarrent in Zion nomen Domini:
& laudem eius in Ierusalem,
22 Quando colligentur populi in vnum,
atque regna vt colant Dominum.
23 Afflixit in via virtutem meam, abbre-
uiauítque dies meos.
24 Dicebam verò ego: mi Deus, ne tollas
me in dimidio dierum meorum:in genera-
tione generationum sunt anni tui.
25 Iam pridem quidem terram fundasti,
& opus manuum tuarum sunt cœli.

26 Ipsi

26 Ipsi peribunt, tu autem permanebis:
omnes ipsi quasi vestis veterascent.
27 Quasi indumentum mutabis eos, &
mutabuntur. Tu autem idem es, & anni tui
non finientur.
28 Filij seruorum tuorum habitabunt, &
posteritas eorum coram te firmabitur.

Psal. CIII.

1 BEnedic anima mea Domino, & omnia
interiora mea nomini sancto eius.
2 Benedic anima mea Domino, & ne obliuiscaris
omnium retributionum eius.
3 Qui propitiatur omni iniquitati tuæ, &
sanat omnes infirmitates tuas.
4 Qui redimit ab interitu vitam tuam, &
cingit te pietate & miserationibus.
5 Qui satiat bonis os tuum: facit vt renouetur
quasi aquilæ iuuentus tua.
6 Facit iustitias Dominus, atque iudicia
omnibus qui calumnia sunt oppressi.
7 Notas fecit vias suas Mosi: filijs Israël
facta sua.
8 Misericors & clemens est Dominus,
longanimis & multæ pietatis.
9 Non in perpetuum disceptabit, neque
in æternum seruat (adultionem.)
10 Non secũdum peccata nostra fecit nobis:
neque secundum iniquitates nostras
retri-

retribuit nobis.
11 Nã iuxta altitudinem cœli supra terrã,
præualuit pietas eius in his qui timent eum.
12 Et quantum elongatur oriens ab occi-
dente: elongauit à nobis scelera nostra.
13 Quomodò miseretur pater filiorum,
misertus est Dominus timentibus se.
14 Ipse enim nouit figmentum nostrum,
memor existens quòd puluis sumus.
15 Hominis dies sunt sicut herba, nam si-
cut flos agri sic efflorescit.
16 Siquidem ventus pertrãnsit eum & non
est, neq; agnoscet eum amplius locus eius.
17 Pietas autem Domini à seculo & vsque
in seculum manet super timentes eum: &
iustitia eius super filios filiorum.
18 Super eos qui custodiunt pactum eius,
& sunt memores commissionum eius, vt
faciant eas.
19 Dominus in cœlis parauit solium su-
um: & imperium eius præest omnibus.
20 Benedicite Domino angeli eius virtute
præstantes, qui facitis verbum eius, & aus-
cultatis voci sermonis eius.
21 Benedicite Domino cuncti exercitus e-
ius, ministri eius facientes voluntatem eius.
22 Benedicite Domino omnia opera eius,
in omnibus locis dominij eius: benedic a-
nima mea Domino.

Psal. CIIII.

Vesperting preces.

1 BEnedic anima mea Domino: Domine, Deus meus magnificatus es vehementer: gloriam & decorem induisti.
2 Amictus luce sicut vestimento: & extendens cœlos veluti cortinam.
3 Qui ponit trabes cœnaculorum suorũ in aquis, ponítq; nubes pro vehiculo suo: & deambulat super pennas venti.
4 Ipse facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem flammantem.
5 Ipse fundauit terrã super basim suam: vt non commoueatur in secula seculorum.
6 Abysso veluti vestimento operuisti eam: in montibus stant aquæ.
7 Ab increpatione tua fugiunt: & à voce tonitrui tuî festinanter deijciuntur.
8 Ascendunt montes & descendunt valles, ad locum quem fundâsti eis.
9 Terminum posuisti quem non præteribunt, nec reuertuntur vt operiant terram.
10 Ipse mittit fontes in fluuios, qui inter montes decurrunt.
11 Bibunt inde omnes bestiæ agri, frangúntque onagri sitim suam.
12 Iuxta eos volatile cœli residebit: & de medio frondium dant vocem.
13 Rigat mõtes è cœnaculis suis: de fructu operum

operum tuorum satiatur terra.
14 Facit germinare gramen pro iumentis,& herbam ad cultum hominis.
15 Vt educat panē de terra,& vinum,quod lætificat cor hominis, atq; nitere facit faciē ab oleo: & panis sustentat cor hominis.
16 Reficiuntur & arbores Domini, cedri Libani quas plantauit.
17 In quibus nidos faciunt aues: & ciconia pro mansione sua habet abietes.
18 Montes excelsi(refugiū sunt)ibicibus: & petræ latibulum herinacijs.
19 Fecit lunam in stata tempora: & sol nouit occasum suum.
20 Ponis tenebras & fit nox: in ea proserpunt omnes bestiæ syluæ.
21 Leones rugientes (inhiant) prædæ, vt quærant à Deo escam suam.
22 Oritur sol & recolliguntur, atque in lustris suis cumbant.
23 Egreditur homo ad opus suum; & ad laborem suum vsque ad vesperam.
24 Quàm plurima sunt opera tua Domine, ea omnia fecisti in sapientia: plena est terra possessione tua.
25 Hoc mare magnum, quod tam latum occupat spacium, ibi sunt reptilia absque numero, animalia parua & magna.
26 Ibi naues vadunt: & Leuiathan iste

quem formasti, vt in eo ludat.
27 Omnia ista in te sperant, vt des eis escam in tempore suo.
28 Cùm dederis eis colligunt, & cùm aperueris manum tuam satiantur bono.
29 Et cùm abscondis faciem tuam conturbantur: cùm colligis spiritum eorum deficiunt, & in puluerem suum reuertuntur.
30 Emittis spiritum tuum & creabuntur: renouabisq; faciem terræ.
31 Erit gloria Domini in seculum, lætabitur Dominus in operibus suis.
32 Intuetur terram & contremiscit, tangit montes & fumant.
33 Cantabo Domino in vita mea, & psallam Deo meo quamdiu sum.
34 Et gratum erit ei eloquium meum: ego gaudebo in Domino.
35 Consumentur peccatores de terra, atq; impij vltrà non erunt: benedic anima mea Domino: Haleluia.

Psal. CV.

Matutinæ preces.

1 Confitemini Domino & inuocate nomen eius: nota facite in populis studia eius.
2 Cantate ei & psallite ei: loquimini de omnibus mirabilibus eius.
3 Gloriamini in nomine sancto eius: læ-
tetur

tetur cor quærentium Dominum.
4 Inquirite Dominum & fortitudinem
eius : quærite faciem eius ſemper.
5 Recordamini mirabiliũ eius quæ fecit,
prodigiorum eius & iudiciorum oris eius.
6 O ſemen Abraham ſerui eius: ô filij Iacob
electi eius.
7 Ipſe eſt Dominus Deus noſter : in vniuerſa
terra ſunt iudicia eius.
8 Recordatus eſt in perpetuum fœderis
ſui,& verbi quod præcepit,in mille generationes.
9 Quod pepigit cum Abraham:(memor
fuit &)iuramenti ſui ad Iizhac.
10 Statuitq; illud Iacob pro lege,& Iſraeli
pro pacto ſempiterno.
11 Dicens,tibi dabo terram Chanaan,ſortem
hæreditatis veſtræ.
12 Cum eſſent homines(in certo)numero
& admodũ pauci,atq; aduenę in illa(terra)
13 Et deambularent de gente ad gentem,
atque de regno ad populum alterum.
14 Non permiſit homines illis iniuriam
inferre,ſed corripuit propter eos reges.
15 Nolite attingere vnctos meos : & prophetis
meis nolite eſſe infeſti.
16 Et vocauit famem in terram, atq; omnem
baculum panis contriuit.
17 Miſit ante illos virum : in ſeruum ven-

ditus fuit Ioseph.
18 Cuius pedes afflixerũt cõpedibus: ferreum (vinculũ) intrauit vsq; ad animã eius.
19 Vſque dum venit tempus (quo innoteſcebat) cauſa eius: verbum Domini probauit eum (veluti argentum.)
20 Miſit Rex & ſoluit eum: dominator populorum liberum fecit eum.
21 Poſuitq; eum Dominum ſuper domum ſuam, & qui dominium haberet in omni poſſeſſione ſua.
22 Et poteſtatem haberet ſuper principes eius (pro voluntate) animæ ſuæ: ſeneſque eius ſapientiam doceret.
23 Et venit Iſrael in Ægyptum, & Iacob peregrinatus eſt in terra Ham.
24 Et fecit creſcere populum ſuum valde, fecitq; eum robuſtiorem hoſtibus eius.
25 Et vertit cor eorum vt odio perſequerentur populum ſuum, & dolos machinarentur in ſeruos ſuos.
26 Miſit Moſen ſeruum ſuum, & Aharon quem elegit.
27 Et hi poſuerunt inter eos verba ſignorum eius, atque portenta in terra Ham.
28 Miſit tenebras & obſcurauit (omnia:) & non fuerunt rebelles verbis eius.
29 Vertit aquas eorum in ſanguinem, & occidit piſculentiam eorum.

30 Produxit

30 Produxit terra eorũ ranas, in cubiculis
regum ipſorum.
31 Dixit & venit mixtura(inſectorum:)pe-
diculi intra omnem terminum eorum.
32 Dedit pro pluuijs eorum grandinem,
atque ignem flammarum in terra eorum.
33 Et percuſſit vites eorũ atq; ficus eorũ,
& contriuit arbores intra confiniũ eorum.
34 Dixit & venit locuſta atque bruchus,
abſq; numero. Et deuorauit omnẽ herbã in
terra eorũ, atq; comedit fructũ humi eorũ.
35 Percuſſit & omne primogenitũ in terra
eorũ, primitias ſcilicet omnis virtutis eorũ.
36 Et eduxit eos cum argento & auro: nec
erat in tribubus eius vllus infirmus.
37 Lætata eſt Ægyptus in egreſſu eorum:
quoniam irruit pauor eorum ſuper eos.
38 Expandit nubem in operimentum, &
ignem qui lumen præberet per noctem.
39 Ad petitionem(eorum)adduxit cotur-
nices, & pane cœli ſatiauit eos.
40 Aperuit petram & fluxerunt aquæ: de-
curreruntq; in(locis)aridis flumina.
41 Nam recordatus eſt verbi ſui ſancti, ad
Abraham ſeruum ſuum.
42 Et eduxit populum ſuum cum lætitia,
& electos ſuos cum exultatione.
43 Deditq; eis terras gentium: & laborem
populorum in hæreditatem acceperunt.

44 Quatenus ſcilicet cuſtodirent ſtatuta
eius & leges eius obſeruarent: Haleluia.

Pſal. CVI.

ſpertinę ꝛces.

1 LAudate Dominum, & confitémini
Domino, quoniam eſt bonus, quoniam
in æternum miſericordia eius.
2 Quis eloquatur potentias Domini, &
diuulget vniuerſam laudem eius?
3 Beati qui cuſtodiunt iudicium, & qui
facit iuſtitiam in omni tempore.
4 Memento mei Domine propter fauorem
tuum erga populum tuum: viſita me
in ſalute tua.
5 Vt videam felicitatem electorum tuorum,
& læter in lætitia gentis tuæ, glorierq;
cum hæreditate tua.
6 Peccauimus cum patribus noſtris, iniquè
egimus & impietatem fecimus.
7 Patres noſtri in Ægypto non prudentes
fuerunt in mirabilibus tuis, neq; memores
fuerunt multitudinis pietatum tuarum, ſed
rebelles fuerunt iuxta mare, in mari rubro.
8 Saluauit tamen eos propter nomen ſuum,
vt manifeſtaret potentiam ſuam.
9 Et increpuit mare rubrum, & exiccatũ
eſt: duxitque eos per abyſſos veluti per deſertum.
10 Et liberauit eos de manu hoſtis, atque
redemit

redemit eos de poteſtate inimici.
11 Et operuerunt aquæ aduerſarios eorum, vnus ex eis ſuperſtes non manſit.
12 Crediderúntque verbis eius, & cecinerunt ei laudem.
13 Feſtinanter obliti ſunt operum eius, & non expectauerunt conſilium eius.
14 Sed æſtuauerunt concupiſcentia in deſerto, tentauerúntq; Deum in ſolitudine.
15 Et dedit eis petitionem eorum, miſitq; (ſimul) maciem in animam eorum.
16 Et æmulati ſunt Moſen in caſtris, atque Aharon ſanctum Domini.
17 Aperta eſt terra & deuorauit Dathan, operuitque conciliabulum Abiram.
18 Et deflagrauit ignis in cœtu eorum, flamma incendit impios.
19 Fecerunt proinde vitulum in Horeb, & incuruauerunt ſe ante ſculptile.
20 Et permutarunt decus ſuum, ſimilitudine bouis comedentis herbam.
21 Oblitique ſunt Dei ſaluatoris eorum, qui magnalia fecerat in Ægypto:
22 Et miracula in terra Ham, terribilia iuxta mare rubrum.
23 Et dixit, vt exterminaret eos, niſi Moſes electus eius ſtetiſſet in illa interruptione coram eo, auertens indignationem eius, ne perditionem faceret.

24 Et abominati sunt terram desiderabi-
lem, nec habuerunt fidem verbo eius.
25 Et murmurauerunt in tabernaculis su-
is, nec paruerunt voci Domini.
26 Leuauitque manum suam super eos, vt
prosterneret eos in deserto.
27 Et vt abijceret semen eorum inter gen-
tes, dispergeretq; eos in terris.
28 Et adiuncti sunt Baal Peor: & come-
derunt sacrificia mortuorum.
29 Prouocaueruntq; (Deum) in operibus
suis, & grassata est in eos plaga.
30 Stans vero Pinehas orauit, retentaque
est plaga.
31 Et reputatum est ei pro iustitia, in gene-
ratione & generationem, vsque in seculum.
32 Excitaueruntq; iram (Dei) iuxta aquas
contentionis, vt ille malum intentaret Mosi
propter eos.
33 Quoniam exacerbauerunt spiritũ eius,
vt inconsideratè loqueretur labijs suis.
34 Non deleuerunt populos, sicut eis di-
xerat Dominus.
35 Et commixti sunt inter gentes, didice-
runtque opera eorum.
36 Et coluerunt Idola eorum: quæ fue-
runt eis in offendiculum. Sacrificaueruntq;
filios suos & filias suas dæmonijs.
37 Et effuderunt sanguinem innocentem;
sanguinem

ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quos obtulerunt Idolis Chanaan: & polluta eſt terra in ſanguinibus.
38 Et inquinati ſunt in operibus ſuis, fornicatique ſunt in factis ſuis.
39 Et iratus eſt vultus Domini contra populum ſuum, & abominatus eſt hæreditatem ſuam.
40 Traditq; eos in manum gentium, & dominati ſunt eorum hoſtes eorum.
41 Et afflixerunt eos hoſtes eorum: & proſtrati ſunt ſub manu eorum.
42 Multis vicibus eripuit eos, ipſi autem rebelles fuerunt in conſilio ſuo, & depreſſi ſunt in iniquitate ſua.
43 Et aſpexit, cùm tribulatio illis (impenderet) & cùm audiret clamorem eorum.
44 Et memor fuit erga illos fœderis ſui, pœnitudineq; ductus eſt iuxta multitudinem pietatum ſuarum. Et tradidit eos in miſerationes, coram omnibus qui captiuos ceperant eos.
45 Salua nos Domine Deus noſter, & congrega nos de gentibus, vt confiteamur nomini ſanctitatis tuæ, & gloriemur in laude tua.
46 Benedictus Dominus Deus Iſrael, à ſeculo & vſque in ſeculum: & dicet omnis populus, Amen: Haleluia.

Pſal.

Psal. CVII.

Matutinæ preces.

1 COnfitemini Domino quoniã bo-
nus, quoniam in seculũ pietas eius.
2 Dicant qui redempti sunt à Do-
mino, quos redemit de manu tribulatoris.
3 Atque de terris congregauit eos, ab or-
tu & ab occasu : ab aquilone & à mari.
4 Aberrauerunt in solitudine & deserto à
via : ciuitatem habitationis non inuenerũt.
5 Famelici (erant) & sitibundi, anima e-
orum in ipsis defecit.
6 Clamauerúntque ad Dominum in tri-
bulatione sua, & de angustijs eorum libera-
uit eos.
7 Et deduxit eos per viam rectam, vt am-
bularent ad ciuitatem habitationis.
8 Confiteantur igitur Domino (ob) pie-
tatem eius : & mirabilia eius (enarrent) fi-
lijs hominum.
9 Quia satiauit animam inanem, & ani-
mam famelicam impleuit bonitate.
10 Qui sedent in tenebris & vmbra mor-
tis, constricti afflictione & ferro.
11 Quoniam rebelles fuerunt verbis Do-
mini, & consilium altissimi execrati sunt.
12 Et ipse humiliauit cor eorum per mo-
lestiam, impegerũt nemine auxiliũ ferente.
13 Et cùm clamassent ad Dominum in tri-
bulati-

bulatione ſua, ſaluauit eos de anguſtijs e-
orum.
14 Educebat enim eos de tenebris & vm-
bra mortis, atq; vincula eorũ dirumpebat.
15 Confiteantur igitur Domino propter
pietatem eius: & mirabilia eius (enarrent)
filijs hominum.
16 Nam contriuit ianuas æreas, & vectes
ferreos comminuit.
17 Stulti, propter viam ſceleris ſui & prop-
ter iniquitates ſuas affligebantur.
18 Omnem eſcam faſtidiebat anima eo-
rum, & peruenerũt vſque ad portas mortis.
19 Et cùm clamaſſent ad Dominum in tri-
bulatione ſua, eripuit eos ex anguſtijs ſuis.
20 Mittebat verbum ſuum & ſanabat eos,
liberatíq; ſunt de perditionibus ſuis.
21 Confiteantur igitur Domino ob pieta-
tem eius, & mirabilia eius enarrent filijs
hominum.
22 Et ſacrificent ſacrificia laudis: & enar-
rent opera eius cum iubilatione.
23 Qui deſcendunt in mare per naues, &
faciunt opus in aquis multis.
24 Ipſi vident opera Domini, & mirabilia
eius in profundo.
25 Dicit enim & excitat ſpiritum procel-
loſum, qui eleuat fluctus eius.
26 Aſcendũt in cœlum & deſcendunt ad a-
byſſos,

byſſos, vt anima eorũ ob malũ diſſoluatur.
27 Vagantur & mouentur quaſi ebrius, &
omnis ſapientia eorum abſorbetur.
28 Et cùm clamant ad Dominũ in tribula-
tioné ſua, educit eos de anguſtijs ſuis.
29 Stare enim facit tempeſtatem in quiete,
& tacent fluctus eius.
30 Et gaudent illi quòd conquieſcunt
(fluctus:) & perducit eos ad portum vo-
luntatis eorum.
31 Confiteantur igitur Domino propter
pietatem eius: & mirabilia eius (enarrent)
filijs hominum.
32 Et exaltent eũ in congregatione popu-
li: atq; in conſeſſu ſeniorum laudent eum.
33 Qui ponit flumina in deſertum, & ſca-
turigines aquarum in locum ſitientem.
34 Terram frugiferam in ſalſuginem: prop-
ter malitiam eorum qui habitant in ea.
35 Et rurſum ponit deſertum in ſtagnum
aquarum: & terram aridam in ſcaturigines
aquarum.
36 Collocátque illic famelicos, qui parent
vrbem habitationis.
37 Seminent agros & plantent vineas, fa-
ciántq; fructum prouentus.
38 Ipſe benedicit eis, & multiplicantur
valde, & iumenta eorum non minuit.
39 Et rurſus minuuntur & humiliantur
propter

propter imperium (tyrannicum,) malitiam
& afflictionem.
40 Effundítq; contemptum super prin-
cipes, & facit eos errare in solitudine vbi
non est via.
41 Et subleuat pauperem ab afflictione, &
ponit quasi gregem familias.
42 Videbunt recti & lætabuntur: & omnis
peruersitas continebit os suum.
43 Qui sapiens est, obseruabit ista: & in-
telligent pietates Domini.

Psal. CVIII.

1 PAratum cor meum Deus: cantabo Vespertine
& psallam, etiam digniori (mem- preces.
bro) meo.
2 Excitare tu nablum atq; cithara, euigi-
labo mane.
3 Confitebor tibi in populis Domine, &
psallam tibi in nationibus.
4 Magna est enim super cœlos pietas tua,
& vsque ad æthera veritas tua.
5 Exaltare super cœlos Deus, & super
omnem terram gloria tua.
6 Vt liberentur dilecti tui: saluet dextera
tua & exaudi me.
7 Deus loquutus est in sanctitate sua: læ-
tabor igitur & diuidam Sechem, & vallem
Succoth metiar.

8 Meus

8 Meus eſt Gilead & meus eſt Menaſſe,
atq; Ephraijm fortitudo capitis mei.
9 Iehuda legifer meus. Moab olla loturæ
meæ : ſuper Ædom proijciam calciamen-
tum meum,& ſuper Phæliſtæam iubilabo.
10 Quis deducet me in ciuitatem muni-
tam : & quis adducet me vſque ad Ædom?
11 Nónne tu Deus, qui deſeruiſti nos, &
nón egrediebaris ô Deus cum exercitibus
noſtris ?
12 Fer nobis auxilium contra aduerſari-
um : vana enim eſt ſalus hominis.
13 In Deo faciemus virtutem, & ipſe con-
culcabit aduerſarios noſtros.

Pſal. CIX.

1 DEus (in quo) laus mea, ne taceas :
quia os impij & os (dolo) plenum
ſuper me aperta ſunt, & loquuti ſunt con-
tra me lingua mendaci.
2 Et verbis odioſis circumdederunt me,
& pugnauerunt contra me ſine cauſa.
3 Pro dilectione mea ipſi aduerſantur mi-
hi, cùm ego orationem (fundam pro eis.)
4 Ipſi poſuerunt contra me malum pro
bonitate, & odium pro dilectione mea.
5 Conſtitue ſuper eum impium, & Satan
ſtet ad dexteram eius.
6 Cùm iudicatus ipſe fuerit, egrediatur
reus,

reus, & oratio eius fiat in peccatum.
7 Sint dies eius pauci,& functionem eius
accipiat alter.
8 Sint filij eius pupilli, & vxor eius vidua.
9 Vagando vagentur filij eius & mendi-
cent, atque quærant è desolatis suis locis.
10 Irretiat fœnerator omnia quæ sunt il-
lius, & diripiant alieni laborem eius.
11 Non sit qui eum prosequatur pietate,
neque sit qui misereatur pupillis eius.
12 Fiat posteritas eius in exterminium: in
generatione altera deleatur nomen eorum.
13 In memoriam reuocetur iniquitas pa-
trum eius apud Dominum, & peccatum
matris eius non deleatur.
14 Sint coram Domino semper, & exter-
minet de terra memoriam eorum.
15 Eò quòd non est recordatus vt faceret
pietatem,sed persequutus est virum afflictũ
& pauperem,vt interficeret contritũ corde.
16 Dilexit maledictionem & veniet ei, &
non voluit benedictionem, ideò elongabi-
tur ab eo.
17 Induit maledictionem veluti amictum
suum, veniétq; sicut aqua intra medium e-
ius, & veluti oleum in ossa eius.
18 Sit ei sicut vestimentum quo inuolua-
tur, & sicut cingulum quo semper accin-
gat se.

19 Hoc ſit opus aduerſariorum meorum
à Domino : & qui loquuntur malum con-
tra animam meam.
20 Et tu Domine Deus fac mecum prop-
ter nomen tuum, quia bona eſt pietas tua:
libera me.
21 Siquidem miſer & inops ego ſum:& cor
meum in interioribus meis ſauciatum eſt.
22 Sicut vmbra cùm illa declinat ego per-
tranſeo : & excutior velut locuſta.
23 Genua mea vacillant propter ieiuni-
um : & caro mea emarcuit ptopter (defici-
entem) pinguedinem.
24 Et ego fui opprobrium eis : qui me vi-
debant mouebant caput ſuum.
25 Adiuua me Domine Deus meus : ſalua
me ſecundum pietatem tuam.
26 Et ſciant quòd hæc ſit manus tua : &
quod tu Domine feceris iſtud.
27 Ipſi maledicant, tu autem benedicas :
qui inſurgunt confundantur, ſeruus verò
tuus lætabitur.
28 Induantur aduerſarij mei ignominia,
& operiant ſe confuſione ſua tanquam
pallio.
29 Confitebor Domino vehementer ore
meo, & in medio multorum laudabo eum.
30 Nam aſtabit ad dexteram inopis, vt ſal-
uet animam eius à iudicibus (iniquis.)

Psal. CX.

1 DIxit Dominus Domino meo, ſe- Matutin
de ad dextram meam : donec preces.
ponam inimicos tuos ſcabellum
pedibus tuis.
2 Virgam fortitudinis tuæ mittet Domi-
nus ex Zijon:dominare in medio inimico-
rum tuorum.
3 Populus tuus ſpontanearum eſt (volũ-
tatum) in die exercitus tui, in magnificen-
tijs ſanctitatis : ab vtero auroræ eſt tibi ros
natiuitatis tuæ.
4 Iurauit Dominus & non pœnitudine
ducetur : tu es ſacerdos in ſeculum, iuxta
diſpoſitionem Melkizedec.
5 Dominus ad dexteram tuam, vulnera-
bit in die iræ ſuæ reges.
6 Iudicabit in gentibus, replebit (loca)
cadaueribus : vulnerabit caput in terris
multis.
7 De torrente in via bibet : propterea ex-
alta bit caput.

Psal. CXI.

1 COnfitebor Domino in toto corde,in
cõſilio rectorum & congregatione.
2 Magna opera Domini : & exquiſite fa-
cta iuxta omnia deſideria eorum.
3 Gloria & magnificentia opus eius : &
iuſtitia eius manet in perpetuum.

4 Memoriam fecit mirabilium ſuorum,
clemens & miſericors Dominus.
5 Eſcam dedit timentibus ſe: & recordabitur in ſeculum fœderis ſui.
6 Virtutem operum ſuorum annuntiauit
populo ſuo: vt det illis hæreditatem gentium.
7 Opera manuum eius veritas & iudiciū:
fidelia omnia mandata eius.
8 Suffulta ſunt in perpetuum & in ſempiternum: facta in veritate & rectitudine.
9 Redemptionem miſit populo ſuo, mādauit in ſeculum fœdus ſuum: ſanctum &
terribile eſt nomen eius.
10 Initium ſapientiæ timor Domini: intellectus bonus omnibus facientibus ea: laus
eius manet in ſeculum.

Pſal. CXII.

1 Beatus vir qui timet Dominū: in mandatis eius complacet ſibi valdè.
2 Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.
3 Opes & diuitię in domo eius: & iuſtitia
eius manet in perpetuum.
4 Ortum eſt in tenebris lumē rectis: (homini ſcilicet, qui eſt) clemens & miſericors
& iuſtus.
5 Vir bonus miſeretur & dat mutuò: moderabi-

derabitúrque verba ſua cum iudicio.
4 Quoniam in æternum non mouebitur:
& in perpetuam memoriam erit iuſtus.
5 Propter rumorem malum non timebit, firmum enim eſt cor eius, confiſum in Domino.
6 Suffultum eſt cor eius & non timebit, quouſque viderit (vltionem) in aduerſarijs ſuis.
7 Diſperſit, dedit pauperibus, & iuſtitia eius manet in perpetuum: cornu eius exaltabitur in gloria.
8 Impius videbit & indignabitur: dentibus ſuis frendet & contabeſcet: deſiderium impiorum peribit.

Pſal. CXIII.

1 LAudem dicite cultores Domini, laudem dicite, inquã, nomini Domini.
2 Sit nomen Domini benedictum: amodò & vſque in ſeculum.
3 Ab ortu ſolis vſque ad occaſum eius, laudatur nomen Domini.
4 Excelſus ſuper omnes gẽtes Dominus: & ſublimior cælis gloria eius.
5 Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui ſublimat ſe in habitatione? Et tamen humiliat ſe vt videat, (ea quæ ſunt) in cœlo & in terra.

6 Ipse erigit de puluere egenum, & de stercore sublimat pauperem.
7 Vt collocet cum principibus, cum principibus populi sui.
8 Ipse ponit sterilem in familiam, & in matrem ob filios lætantem: Haleluia.

Psal. CXIIII.

sperting ... eces.

1 CVM egrederetur Israel ex Ægypto, & domus Iacob de populo barbaro.
2 Fuit Iehuda ei in sanctificationem, & Israel in potestatem.
3 Mare vidit & fugit: Iordanis actus est retrorsum.
4 Montes exilierunt vt arietes, & colles sicut agni ouium.
5 Quid est tibi ô mare, quòd fugisti, & ô Iordanis, quòd actus es retrorsum?
6 Et vos montes (cur) saltastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium?
7 A conspectu Domini contremisce terra, à conspectu Dei Iacob.
8 Qui conuertit petram in stagnũ aquarum, & silicem in fontem aquarum.

Psal. CXV.

1 NOn nobis Domine, non nobis, sed Nomini tuo da gloriã: propter pietatem

tatem tuam & propter veritatem tuam.
2 Quare dicent gentes, vbi eſt nunc Deus
eorum?
3 Et quidem Deus noſter eſt in cœlis,
omnia quæ voluit fecit.
4 Idola autem illarum ſunt argentum &
aurum, opus manuum hominum.
5 Os eſt eis & non loquuntur: oculi ſunt
eis & non vident.
6 Aures ſunt eis & nō audiunt: nares ſunt
eis & non odorantur.
7 Manus ſunt eis & non palpant: pedes
ſunt eis & non ambulant, neque loquuntur
per guttur ſuum.
8 Similes eis fiunt qui faciunt ea, & qui-
cunque ſperat in eis.
9 Tu autem Iſrael, ſpera in Domino: ipſe
adiutorium eorum & protectio eorum eſt.
10 Domus Aharō ſperate in Domino, ad-
iutor eorum & protector eorum eſt.
11 Qui timetis Dominū ſperate in Domi-
no: adiutor eorum & protector eorum eſt.
12 Dominus memor fuit noſtri & benedi-
cet, benedicet inquam, domum Iſrael: be-
nedicet domui Aharon.
13 Benedicet timentibus Dominum, pu-
ſillis cum magnis.
14 Adijciet Dominus (benedictionē) ſu-
per vos: ſuper vos & ſuper filios veſtros.

15 Benedicti vos à Domino : qui fecit cœ-
lum & terram.
16 Cœli, cœli, inquam, Domini sunt : &
terram dedit filijs hominum.
17 Non mortui laudabũt Dominũ, neque
omnes qui descendunt in (locum) silentij.
18 Nos autẽ benedicemus Domino, amo-
dò & vsque in seculum : Haleluia.

Psal. CXVI.

Matutinæ preces.

1 Dilexi quoniã exaudiet Dominus :
vocẽ meã in precationibus meis.
2 Quia inclinauit aurem suam
mihi : & in diebus meis inuocabo.
3 Circundederunt me dolores mortis, &
angustiæ inferni inuenerũt me : tribulatio-
nem & mœrorem inueniebam.
4 Et nomen Domini inuocabam, obsecro
Domine, libera animam meam.
5 Clemẽs est Dominus & iustus : & Deus
noster misericors.
6 Custodit simplices Dominus, miser fui
& attulit mihi salutem.
7 Conuertere anima mea in requiem tuã :
quoniam Dominus retribuit tibi.
8 Nam eripuisti animam meam à morte,
oculum meum à lachryma, & pedem meum
ab impactione.
9 Ambulabo in conspectu Domini : in
terris

terris viuentium.

10 Credidi ob id loquar: ego afflictus erã nimis, Ego dixi in festinatione mẽa, omnis hómo mendax.

11 Quid repẽdam Domino, pro omnibus retributionibus eius (quas contulit) mihi.

12 Calicem salutarem accipiam, & nomen Domini inuocabo.

13 Vota mea Domino reddam nunc corã omni populo eius. Preciosa in oculis Domini mors piorum (cultorum) eius.

14 En Domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ: tu soluisti vincula mea.

15 Tibi sacrificabo sacrificium gratiarũm actionis, & nomen Domini inuocabo.

16 Vota mea Domino reddã nunc coram omni populo eius. In atrijs domus Domini, in medio tui Ierusalem: Haleluia.

Psal. CXVII.

1 LAudate Dominum omnes gẽtes, honorate eum vniuersæ nationes.

2 Quoniam aucta est in nos pietas eius, atque veritas Domini (manet) in seculum.

Psal. CXVIII.

1 COnfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum pietas eius.

2 Dicat nunc Israel, quoniam in seculum
benignitas eius.
3 Dicat nunc domus Aharon, quoniam
in seculum pietas eius.
4 Dicant nunc qui timent Dominũ, quoniam in seculum benignitas eius.
5 De angustia inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine Dominus.
6 Dominus mecum est, non timebo quid
faciat mihi homo.
7 Dominus est pro me cum his qui mihi
sunt auxilio : ideò ego videbo (vltionem) in
hostibus meis.
8 Melius est sperare in Domino : quàm
confidere in homine.
9 Melius est sperare in Domino : quàm
confidere in principibus.
10 Omnes gentes circundederunt me: (&
dixi) in nomine Domini, quoniam succidam eos.
11 Circundederunt me, circundederunt,
inquam, me : (& dixi) in nomine Domini,
quoniam succidam eos.
12 Circundederunt me sicut apes, & extincti sunt veluti ignis spinarum : (& dixi)
in nomine Domini, quoniam succidam
eos.
13 Impellendo impulisti me vt caderem :
Dominus autem adiuuit me.
14 For-

14 Fortitudo mea atque laus Dominus,
factusque est mihi in salutem.
15 Vox iubilationis & salutis in taberna-
culis iustorum: dextera Domini facit fortia.
16 Dextera Domini excelsa est, dextera
Domini facit fortia.
17 Non moriar, sed viuam, & narrabo o-
pera Domini.
18 Castigando castigauit me Dominus: &
morti non tradidit me.
19 Aperite mihi portas iustitiæ, & ingre-
diar illas, vt confitear Domino.
20 Hæc est porta Domini, iusti intrabunt
in eam.
21 Confitebor tibi quoniam exaudisti me,
& factus es mihi in salutem.
22 Lapidem reprobauerunt ædificantes:
& factus est in caput anguli.
23 A Domino factum est istud, & id mira-
bile est in oculis nostris.
24 Hic est dies quem fecit Dominus: exul-
tabimus & lætabimur in eo.
25 Obsecro Domine, fer nunc salutē: obse-
cro Domine, fac vt nunc prosperè agamus.
26 Benedictus qui venit in nomine Domi-
ni: benediximus vobis de domo Domini.
27 Deus Dominus est qui illuxit nobis: al-
ligate hostiam funibus, vsque ad cornua
altaris.
28 Deus

28 Deus meus es tu & confitebor tibi:
Deus meus, te exaltabo.
29 Confitemini Domino quoniam bonus:
quoniam in seculum pietas eius.

Psal. CXIX.

Vespertinę preces.

1  Eati qui immaculati sunt in via,
& ambulant in lege Domini.
2 Beati qui custodiunt testi-
monia eius, & in toto corde quærunt eum.
3 Vtique qui non operantur iniquitatem,
in vijs eius ambulant.
4 Tu mandasti, vt diligenter custodiamus
mandata tua.
5 Vtinam sic disponantur viæ meæ, vt
custodiam statuta tua.
6 Tunc non confundar, cùm respexero
ad omnia præcepta tua.
7 Confitebor tibi in rectitudine cordis,
cùm didicero iudicia iustitiæ tuæ.
8 Ceremonias tuas custodiam: non dere-
linquas me nimis.

1 IN quo mūdabit adolescens viam suam,
vt cautè agat iuxta verbum tuum.
2 In toto corde meo exquisiui te, ne sinas
me errare à præceptis tuis.
3 In corde meo abscondi eloquium tu-
um, vt non peccarem contra te.

4 Bene-

4 Benedictus es ô Domine, doce me sta-
tuta tua.
5 Labijs meis narraui õnia iudicia oris tui.
6 In via testimoniorum tuorum gaudium
habui, sicut in omni opulentia.
7 De mandatis tuis loquar, & considera-
bo vias tuas.
8 In statutis tuis oblectabo me,& nõ ob-
liuiscar verbi tui.

1 RETribue seruo tuo vt viuam, & cu-
stodiam verbum tuum.
2 Reuela oculos meos,vt videam mirabi-
lia de lege tua.
3 Aduena ego sum in terra : non abscon-
das à me mandata tua.
4 Consternitur anima mea ob desideriũ,
quod habet ad iudicia tua in omni tẽpore.
5 Increpasti superbos & maledicti sunt,
quod errant à mandatis tuis.
6 Submoue à me opprobrium & contẽp-
tum : quoniam testimonia tua custodiui.
7 Etiam sederunt principes & contra me
loquuti sunt : seruus autem tuus medita-
tur in statutis tuis.
8 Siquidem testimonia tua oblectationes
meæ sunt,& viri consilij mei.

1 ADhæsit pulueri anima mea : viuifica
me secundum verbum tuum.

2 Vias

2 Vias meas enarraui,& tu exaudisti me:
doce me statuta tua.
3 Viam mandatorum tuorum fac me in-
telligere: & loquar de mirabilibus tuis.
4 Diffluxit anima mea præ anxietate: có-
forta me secundum verbum tuum.
5 Viam mendacem aufer à me, & fac vt
lex tua grata sit mihi.
6 Viam veritatis elegi, & iudicia tua pro-
posui (mihi.)
7 Adhæsi testimonijs tuis, Domine, ne
pudefacias me.
8 Viam mandatorum tuorũ curram, cùm
dilataueris cor meum.

Matutinæ preces.

1 DOce me Domine, viam statutorum
tuorum, & custodiam eam vsque
in finem.
2 Da mihi intellectum & conseruabo le-
gem tuam: atque custodiam eam in toto
corde.
3 Fac me incedere per semitam manda-
torum tuorum, quoniam complacuit mihi
in ea.
4 Inclina cor meum in testimonia tua, &
non in lucrum.
5 Auerte oculos meos ne videant vanita-
tem, in via tua viuifica me.
6 Confirma seruo tuo eloquium tuum,
qui

qui (se addixit) timori tuo.
7 Aufer opprobrium meum quod timui:
quoniam iudicia tua sunt bona.
8 Ecce concupiui mandata tua: in iusti-
tia tua viuifica me.

1 ET veniant mihi pietates tuæ Domine:
salus tua iuxta eloquium tuum.
2 Et respondebo exprobranti mihi ver-
bum, quoniam spes mea est in verbo tuo.
3 Ne eripias ab ore meo verbũ veritatis
vsquequaq;: quia iudicia tua expectaui.
4 Et custodiam legem tuam semper in
seculum seculi.
5 Et ambulabo in latitudine, quia man-
data tua exquisiui.
6 Et loquar de testimonijs tuis in cõspe-
ctu Regum, & non confundar.
7 Et oblectabor in præceptis tuis, quæ
dilexi.
8 Attollámque manus meas ad præcepta
tua, quæ dilexi, & meditabor in statutis tuis.

1 MEmor esto verbi erga seruum tuum,
super quo fecisti me sperare.
2 Id consolatio mea in afflictione mea:
quia eloquium tuum viuificabit me.
3 Superbi illuserunt mihi supra modum:
à lege autem tua non declinaui.

4 Memor

4 Memor enim fui iudiciorum tuorum
(quæ feciſti) à ſeculo Domine, & conſolati-
onem accepi.
5 Horror apprehendit me propter impi-
os: qui derelinquunt legem tuam.
6 Pro canticis fuerunt mihi ſtatuta tua, in
loco peregrinationum mearum.
7 Recordatus ſum nocte nominis tui Do-
mine: & cuſtodiui legem tuam.
8 Hoc autem fuit mihi, quod mandata
tua cuſtodiui.

1 PORtio mea Domine, dixi cuſtodire
verba tua.
2 Precatus ſum faciem tuam toto corde:
miſerere mei iuxta eloquium tuum.
3 Cogitaui vias meas, & conuerti pedes
meos ad teſtimonia tua.
4 Feſtinaui & non moram feci, vt cuſto-
direm mandata tua.
5 Turmæ impiorum diripuerunt me, le-
gem autem tuam non ſum oblitus.
6 Media nocte ſurgam ad confitendum
tibi, ſuper iudicijs tuis iuſtis.
7 Adiungo me omnibus qui te timent,
atque cuſtodientibus mandata tua.
8 Pietate tua Domine, impleta eſt terra:
ſtatuta tua doce me.

1 Benignè

1 BEnignè fecisti cum seruo tuo Domine, iuxta verbum tuum.
2 Bonum gustum & cognitionem doce me, quoniam præceptis tuis fidem adhibui.
3 Priusquàm humiliabar ego errabam, nunc autem eloquium tuum custodiui.
4 Bonus es tu & beneficus doce me statuta tua.
5 Concinnarunt aduersum mę superbi mendacium: ego autem in toto corde custodiam mandata tua.
6 Incrassatum est veluti adipe cor illorũ: ego autem lege tua me oblectaui.
7 Bonum mihi quod humiliatus sum, vt discam statuta tua.
8 Melior est mihi lex oris tui, quàm millia auri & argenti.

1 MAnus tuæ fecerunt me & formauerunt me, da mihi intellectum vt discam mandata tua. Vespertinę preces.
2 Qui timent te videbunt me & lętabuntur, quia in verbo tuo fiduciam habui.
3 Cognoui Domine, quòd iusta sunt iudicia tua: & verè humiliasti me.
4 Sit quæso benignitas tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum erga seruum tuum.

5 Veniant

5 Veniãt mihi miserationes tuæ & viuam:
quia lex tua oblectatio mea est.
6 Confundantur superbi quia impiè volunt
peruertere me: ego autem meditabor
in mandatis tuis.
7 Reuertantur ad me qui te timent,& qui
nouerunt testimonia tua.
8 Sit cor meum integrum in statutis tuis,
vt non confundar.

1 COncupiuit salutem tuã anima mea,
& propter verbũ tuum spem habui.
2 Defecerunt oculi mei propter eloquiũ
tuum,dicens: quando consolaberis me?
3 Quoniam fui sicut vter in fumo: statu-
torum autem tuorum non sum oblitus.
4 Quot sunt dies serui tui, quando facies
iudicium contra eos qui me persequuntur?
5 Foderunt mihi superbi foueas,id quod
non est secundum legem tuam.
6 Omnia præcepta tua veritas: iniquè
persequuntur me,adiuua me.
7 Ferè consumpsissent me in terra: ego
autem non dereliqui mandata tua.
8 Secundum pietatem tuam viuifica me,
& custodiam testimonia oris tui.

1 IN æternum Domine, verbum tuũ per-
manet in cœlis.

2 In

2 In generatione & generationem veritas tua : tu firmaſti terram,& conſiſtet.
3 Iuxta decreta tua (omnia) conſiſtunt hodie : nam omnia obſequuntur tibi.
4 Niſi lex tua fuiſſet oblectatio mea,tunc perijſſem in afflictione mea.
5 In ęternum non obliuiſcar præceptorū tuorum : quoniam in ipſis viuificaſti me.
6 Tuus ſum ego,ſalua me,quoniam mandata tua quæſiui.
7 Me expectauerunt impij vt perderent me : teſtimonia tua intelligam.
8 Omnis conſummationis vidi finem:latum mandatum tuum nimis.

1 QVàm dilexi legē tuam: quotidie ipſa eſt meditatio mea.
2 Prudentiorem me feciſti inimicis meis per præcepta tua : quia in perpetuum apud me ſunt.
3 Supra eos qui me docuerunt concepi intelligentiam, quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.
4 Præ ſenibus intellectu polleo, eo quòd mandata tua cuſtodiui.
5 Ab omni via mala cohibui pedes meos, vt cuſtodirem verbum tuum.
6 A iudicijs tuis non declinaui : tu enim docuiſti me.

7 Quàm dulcia facta sunt fauci meæ elo-
quia tua,(dulciora) melle ori meo.
8 A mandatis tuis intelligentiã cõsequor:
propterea odiui omnem viam peruersam.

Matutinæ preces.

1 LVcerna pedi meo verbum tuũ, & lux
semitis meis.
2 Iuraui & mecum constitui, custo-
dire iusta iudicia tua.
3 Afflictus sum supra modum, Domine,
viuifica me iuxta verbum tuum.
4 Voluntaria(sacrificia)oris mei benignè
suscipe, quæso Domine: & iudicia tua do-
ce me.
5 Anima mea in manu mea semper: &
legis tuæ non sum oblitus.
6 Posuerunt impij laqueum mihi, sed à
mandatis tuis non aberraui.
7 In hæreditatem accepi testimonia tua
in æternum, quia exultatio cordis mei sunt.
8 Inclinaui cor meum vt faciat statuta
tua, in seculum & in finem.

1 COgitantes mala odio habui, & le-
gem tuam dilexi.
2 Latibulum meum & protectio mea tu
es: & in verbum tuum speraui.
3 Recedite à me maligni: & custodiam
præcepta Dei mei.

4 Sustenta

4 Sustenta me in eloquio tuo & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.
5 Sustenta me, & saluabor, & delectabor in statutis tuis semper.
6 Conculcasti omnes aberrantes à statutis tuis, eo quòd mendacium & fallacia in eis sit.
7 Vt scoriam abolebis omnes impios qui sũt in terra: propterea dilexi testimonia tua.
8 Horrore concussa est caro mea propter tui pauorem : & à iudicijs tuis timui.

1 FEci iudicium & iustitiam, ne permittas me calumniatoribus meis.
2 Dulce fac seruo tuo id quod est bonum: vt non calumnientur me superbi.
3 Oculi mei defecerunt propter salutem tuam, & propter eloquium iustitiæ tuæ.
4 Age cum seruo tuo pro tua benignitate, & doce me statuta tua.
5 Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum vt sciam testimonia tua.
6 Tempus est vt Dominus (iudicium) faciat, quoniam dissipauerunt legem tuam.
7 Propterea dilexi mandata tua, supra aurum & gemmam.
8 Propterea omnia mandata, omnia inquam, pro rectis habeo : & omnem viam falsam odio habui.

2 Dicat nunc Iſrael, quoniam in ſeculum
benignitas eius.
3 Dicat nunc domus Aharon, quoniam
in ſeculum pietas eius.
4 Dicant nunc qui timent Dominũ,quo-
niam in ſeculum benignitas eius.
5 De anguſtia inuocaui Dominum,& ex-
audiuit me in latitudine Dominus.
6 Dominus mecum eſt,non timebo quid
faciat mihi homo.
7 Dominus eſt pro me cum his qui mihi
ſunt auxilio : ideò ego videbo(vltionem)in
hoſtibus meis.
8 Melius eſt ſperare in Domino : quàm
confidere in homine.
9 Melius eſt ſperare in Domino: quàm
confidere in principibus.
10 Omnes gentes circundederunt me: (&
dixi) in nomine Domini, quoniam ſucci-
dam eos.
11 Circundederunt me, circundederunt,
inquam, me : (& dixi) in nomine Domini,
quoniam ſuccidam eos.
12 Circundederunt me ſicut apes, & ex-
tincti ſunt veluti ignis ſpinarum : (& dixi)
in nomine Domini, quoniam ſuccidam
eos.
13 Impellendo impuliſti me vt caderem :
Dominus autem adiuuit me.
14 For-

14 Fortitudo mea atque laus Dominus, factusque est mihi in salutem.
15 Vox iubilationis & salutis in taberna-culis iustorum: dextera Domini facit fortia.
16 Dextera Domini excelsa est, dextera Domini facit fortia.
17 Non moriar, sed viuam, & narrabo o-pera Domini.
18 Castigando castigauit me Dominus: & morti non tradidit me.
19 Aperite mihi portas iustitiæ, & ingre-diar illas, vt confitear Domino.
20 Hæc est porta Domini, iusti intrabunt in eam.
21 Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.
22 Lapidem reprobauerunt ædificantes: & factus est in caput anguli.
23 A Domino factum est istud, & id mira-bile est in oculis nostris.
24 Hic est dies quem fecit Dominus: exul-tabimus & lætabimur in eo.
25 Obsecro Domine, fer nunc salutẽ: obse-cro Domine, fac vt nunc prosperè agamus.
26 Benedictus qui venit in nomine Domi-ni: benediximus vobis de domo Domini.
27 Deus Dominus est qui illuxit nobis: al-ligate hostiam funibus, vsque ad cornua altaris.

28 Deus

28 Deus meus es tu & confitebor tibi:
Deus meus, te exaltabo.
29 Confitemini Domino quoniam bonus:
quoniam in seculum pietas eius.

Psal. CXIX.

Vespertinæ preces.

1  Eati qui immaculati sunt in via,
& ambulant in lege Domini.
2 Beati qui custodiunt testimonia eius, & in toto corde quærunt eum.
3 Vtique qui non operantur iniquitatem,
in vijs eius ambulant.
4 Tu mandasti, vt diligenter custodiamus
mandata tua.
5 Vtinam sic disponantur viæ meæ, vt
custodiam statuta tua.
6 Tunc non confundar, cùm respexero
ad omnia præcepta tua.
7 Confitebor tibi in rectitudine cordis,
cùm didicero iudicia iustitiæ tuæ.
8 Ceremonias tuas custodiam: non derelinquas me nimis.

1 IN quo mũdabit adolescens viam suam,
vt cautè agat iuxta verbum tuum.
2 In toto corde meo exquisiui te, ne sinas
me errare à præceptis tuis.
3 In corde meo abscondi eloquium tuum, vt non peccarem contra te.

4 Bene-

4 Benedictus es ô Domine, doce me statuta tua.
5 Labijs meis narraui õnia iudicia oris tui.
6 In via testimoniorum tuorum gaudium habui, sicut in omni opulentia.
7 De mandatis tuis loquar, & considerabo vias tuas.
8 In statutis tuis oblectabo me,& nõ obliuiscar verbi tui.

1 Retribue seruo tuo vt viuam, & custodiam verbum tuum.
2 Reuela oculos meos,vt videam mirabilia de lege tua.
3 Aduena ego sum in terra : non abscondas à me mandata tua.
4 Consternitur anima mea ob desideriũ, quod habet ad iudicia tua in omni tẽpore.
5 Increpasti superbos & maledicti sunt, quod errant à mandatis tuis.
6 Submoue à me opprobrium & contẽptum : quoniam testimonia tua custodiui.
7 Etiam sederunt principes & contra me loquuti sunt : seruus autem tuus meditatur in statutis tuis.
8 Siquidem testimonia tua oblectationes meæ sunt,& viri consilij mei.

1 Adhæsit pulueri anima mea : viuifica me secundum verbum tuum.

2 Vias

2 Vias meas enarraui, & tu exaudiſti me:
doce me ſtatuta tua.
3 Viam mandatorum tuorum fac me in-
telligere: & loquar de mirabilibus tuis.
4 Diffluxit anima mea præ anxietate: cô-
forta me ſecundum verbum tuum.
5 Viam mendacem aufer à me, & fac vt
lex tua grata ſit mihi.
6 Viam veritatis elegi, & iudicia tua pro-
poſui (mihi.)
7 Adhæſi teſtimonijs tuis, Domine, ne
pudefacias me.
8 Viam mandatorum tuorũ curram, cùm
dilataueris cor meum.

Matutinæ preces.

1 DOce me Domine, viam ſtatutorum
tuorum, & cuſtodiam eam vſque
in finem.
2 Da mihi intellectum & conſeruabo le-
gem tuam: atque cuſtodiam eam in toto
corde.
3 Fac me incedere per ſemitam manda-
torum tuorum, quoniam complacuit mihi
in ea.
4 Inclina cor meum in teſtimonia tua, &
non in lucrum.
5 Auerte oculos meos ne videant vanita-
tem, in via tua viuifica me.
6 Confirma ſeruo tuo eloquium tuum,
qui

qui (ſe addixit) timori tuo.
7 Aufer opprobrium meum quod timui: quoniam iudicia tua ſunt bona.
8 Ecce concupiui mandata tua: in iuſtitia tua viuifica me.

1 ET veniant mihi pietates tuæ Domine: ſalus tua iuxta eloquium tuum.
2 Et reſpondebo exprobranti mihi verbum, quoniam ſpes mea eſt in verbo tuo.
3 Ne eripias ab ore meo verbũ veritatis vſquequaq; : quia iudicia tua expectaui.
4 Et cuſtodiam legem tuam ſemper in ſeculum ſeculi.
5 Et ambulabo in latitudine, quia mandata tua exquiſiui.
6 Et loquar de teſtimonijs tuis in cõſpectu Regum, & non confundar.
7 Et oblectabor in præceptis tuis, quæ dilexi.
8 Attollámque manus meas ad præcepta tua, quæ dilexi, & meditabor in ſtatutis tuis.

1 MEmor eſto verbi erga ſeruum tuum, ſuper quo feciſti me ſperare.
2 Id conſolatio mea in afflictione mea: quia eloquium tuum viuificabit me.
3 Superbi illuſerunt mihi ſupra modum: à lege autem tua non declinaui.

4 Memor

4 Memor enim fui iudiciorum tuorum
(quæ feciſti) à ſeculo Domine, & conſolati-
onem accepi.
5 Horror apprehendit me propter impi-
os : qui derelinquunt legem tuam.
6 Pro canticis fuerunt mihi ſtatuta tua, in
loco peregrinationum mearum.
7 Recordatus ſum nocte nominis tui Do-
mine : & cuſtodiui legem tuam.
8 Hoc autem fuit mihi, quod mandata
tua cuſtodiui.

1 PORtio mea Domine, dixi cuſtodire
verba tua.
2 Precatus ſum faciem tuam toto corde :
miſerere mei iuxta eloquium tuum.
3 Cogitaui vias meas, & conuerti pedes
meos ad teſtimonia tua.
4 Feſtinaui & non moram feci, vt cuſto-
direm mandata tua.
5 Turmæ impiorum diripuerunt me, le-
gem autem tuam non ſum oblitus.
6 Media nocte ſurgam ad confitendum
tibi, ſuper iudicijs tuis iuſtis.
7 Adiungo me omnibus qui te timent,
atque cuſtodientibus mandata tua.
8 Pietate tua Domine, impleta eſt terra :
ſtatuta tua doce me.

1 Benignè

1 BEnignè feciſti cum ſeruo tuo Domine,iuxta verbum tuum.
2 Bonum guſtum & cognitionem doce me,quoniam præceptis tuis fidem adhibui.
3 Priuſquàm humiliabar ego errabam, nunc autem eloquium tuum cuſtodiui.
4 Bonus es tu & beneficus doce me ſtatuta tua.
5 Concinnarunt aduerſum mę ſuperbi mendacium: ego autem in toto corde cuſtodiam mandata tua.
6 Incraſſatum eſt veluti adipe cor illorũ: ego autem lege tua me oblectaui.
7 Bonum mihi quod humiliatus ſum, vt diſcam ſtatuta tua.
8 Melior eſt mihi lex oris tui,quàm millia auri & argenti.

1 MAnus tuæ fecerunt me & formauerunt me, da mihi intellectum vt diſcam mandata tua. Veſpertinę preces.
2 Qui timent te videbunt me & lętabuntur,quia in verbo tuo fiduciam habui.
3 Cognoui Domine, quòd iuſta ſunt iudicia tua: & verè humiliaſti me.
4 Sit quæſo benignitas tua vt conſoletur me: ſecundum eloquium tuum erga ſeruum tuum.

5 Veniant

5 Veniāt mihi miserationes tuæ & viuam: quia lex tua oblectatio mea est.
6 Confundantur superbi quia impiè volunt peruertere me : ego autem meditabor in mandatis tuis.
7 Reuertantur ad me qui te timent,& qui nouerunt testimonia tua.
8 Sit cor meum integrum in statutis tuis, vt non confundar.

1 COncupiuit salutem tuā anima mea, & propter verbū tuum spem habui.
2 Defecerunt oculi mei propter eloquiū tuum,dicens : quando consolaberis me ?
3 Quoniam fui sicut vter in fumo : statutorum autem tuorum non sum oblitus.
4 Quot sunt dies serui tui, quando facies iudicium contra eos qui me persequuntur?
5 Foderunt mihi superbi foueas,id quod non est secundum legem tuam.
6 Omnia præcepta tua veritas : iniquè persequuntur me,adiuua me.
7 Ferè consumpsissent me in terra : ego autem non dereliqui mandata tua.
8 Secundum pietatem tuam viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

1 IN æternum Domine, verbum tuū permanet in cœlis.

2 In

2 In generatione & generationem veritas tua: tu firmaſti terram, & conſiſtet.
3 Iuxta decreta tua (omnia) conſiſtunt hodie: nam omnia obſequuntur tibi.
4 Niſi lex tua fuiſſet oblectatio mea, tunc perijſſem in afflictione mea.
5 In ęternum non obliuiſcar præceptorũ tuorum: quoniam in ipſis viuificaſti me.
6 Tuus ſum ego, ſalua me, quoniam mandata tua quæſiui.
7 Me expectauerunt impij vt perderent me: teſtimonia tua intelligam.
8 Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

1 QVàm dilexi legẽ tuam: quotidie ipſa eſt meditatio mea.
2 Prudentiorem me feciſti inimicis meis per præcepta tua: quia in perpetuum apud me ſunt.
3 Supra eos qui me docuerunt concepi intelligentiam, quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.
4 Præ ſenibus intellectu polleo, eo quòd mandata tua cuſtodiui.
5 Ab omni via mala cohibui pedes meos, vt cuſtodirem verbum tuum.
6 A iudicijs tuis non declinaui: tu enim docuiſti me.

7 Quàm dulcia facta ſunt fauci meæ elo-
quia tua,(dulciora) melle ori meo.
8 A mandatis tuis intelligentiã cõſequor:
propterea odiui omnem viam peruerſam.

atutinæ eces.

1 LVcerna pedi meo verbum tuũ, & lux
ſemitis meis.
2 Iuraui & mecum conſtitui, cuſto-
dire iuſta iudicia tua.
3 Afflictus ſum ſupra modum, Domine,
viuifica me iuxta verbum tuum.
4 Voluntaria(ſacrificia)oris mei benignè
ſuſcipe, quæſo Domine: & iudicia tua do-
ce me.
5 Anima mea in manu mea ſemper: &
legis tuæ non ſum oblitus.
6 Poſuerunt impij laqueum mihi, ſed à
mandatis tuis non aberraui.
7 In hæreditatem accepi teſtimonia tua
in æternum,quia exultatio cordis mei ſunt.
8 Inclinaui cor meum vt faciat ſtatuta
tua,in ſeculum & in finem.

1 COgitantes mala odio habui, & le-
gem tuam dilexi.
2 Latibulum meum & protectio mea tu
es: & in verbum tuum ſperaui.
3 Recedite à me maligni: & cuſtodiam
præcepta Dei mei.

4 Suſtenta

4 Suſtenta me in eloquio tuo & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.

5 Suſtenta me, & ſaluabor, & delectabor in ſtatutis tuis ſemper.

6 Conculcaſti omnes aberrantes à ſtatutis tuis, eo quòd mendacium & fallacia in eis ſit.

7 Vt ſcoriam abolebis omnes impios qui ſũt in terra: proptereà dilexi teſtimonia tua.

8 Horrore concuſſa eſt caro mea propter tui pauorem: & à iudicijs tuis timui.

1 FEci iudicium & iuſtitiam, ne permittas me calumniatoribus meis.

2 Dulce fac ſeruo tuo id quod eſt bonum: vt non calumnientur me ſuperbi.

3 Oculi mei defecerunt propter ſalutem tuam, & propter eloquium iuſtitiæ tuæ.

4 Age cum ſeruo tuo pro tua benignitate, & doce me ſtatuta tua.

5 Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum vt ſciam teſtimonia tua.

6 Tempus eſt vt Dominus (iudicium) faciat, quoniam diſſipauerunt legem tuam.

7 Proptereà dilexi mandata tua, ſupra aurum & gemmam.

8 Proptereà omnia mandata, omnia inquam, pro rectis habeo: & omnem viam falſam odio habui.

1 MIrabilia teſtimonia tua: idcircò cuſtodiuit ea anima mea.
2 Oſtium eloquiorũ tuorum lumen præbet,& dat intellectũm ſimplicibus.
3 Os meum aperui & attraxi (ſpiritum,)
quia in mandatis tuis complacitũ fuit mihi.
4 Reſpice me & miſerere mei, ſecundùm
iudicium (quod habes) erga diligentes nomen tuũm.
5 Veſtigia mea dirige in verbo tuo, & nõ
dominabitur mei vlla iniquitas.
6 Redime me à calumnia hominum, &
cuſtodiam mandata tua.
7 Faciem tuam illumina ſuper ſeruum
tuum, & doce me ſtatuta tua.
8 Riui aquarum deſcenderunt ab oculis
meis,eo quòd non cuſtodierunt legem tuã.

1 IVſtus es Domine, & rectum iudicium
tuum.
2 Præcepiſti iuſtitiam in teſtimonijs tuis,
atque veritatem vehementer.
3 Conſumpſit me zelus meus, eo quòd
aduerſarij mei obliti ſunt verborũ tuorum.
4 Examinatum eſt valdè eloquiũ tuum,
& ſeruus tuus dilexit illud.
5 Paruulus fui & contemptus: mandatorum autem tuorum non ſum oblitus.
6 Iuſtitia tua iuſtitia in æternum: & lex
tua

tua veritas.
7 Tribulatio & angustia inuenerunt me: & mandata tua fuerunt oblectatio mea.
8 Iustitia testimoniorum tuorum manet in æternum: da mihi intellectum & viuam.

1 CLamaui ex toto corde, exaudi me Domine: statuta tua custodiam. Vesperti. preces.
2 Clamaui ad te, salua me: & custodiam testimonia tua.
3 Præoccupaui diluculum, & clamaui: & in verbum tuum speraui.
4 Præuenerunt oculi mei vigilias ipsas: vt meditarer in eloquio tuo.
5 Vocem meam exaudi secundùm pietatem tuam: Domine, iuxta iudicium tuum viuifica me.
6 Accesserunt hi qui exequuntur nefarium cogitatum: à lege autem tua longè facti sunt.
7 Propè ades tu Domine, & omnia mandata tua veritas.
8 Iam pridem cognitionem habui testimoniorum tuorum: quia in æternum fundasti ea.

1 VIde afflictionem meam, & erue me: nam legis tuæ non sum oblitus.
2 Vindica causam meam & redime me,

iuxta eloquium tuum viuifica me.
3 Longè abest salus ab impijs: quia statuta tua non inquisierunt.
4 Miserationes tuæ sunt multæ Domine: iuxta iudicium tuum viuifica me.
5 Multi sunt qui persequuntur me & aduersantur mihi: à testimonijs autem tuis nó declinaui.
6 Vidi transgressores, & molestia affectus sum: eo quòd eloquiũ tuũ non custodierũt.
7 Vide quòd mandata tua dilexerim Domine, secundũ pietatem tuam viuifica me.
8 Caput sermonis tui veritas: & in æternum (manet) omne iudicium iustitiæ tuæ.

1 PRincipes persecuti sunt me sine causa: & à verbis tuis expauit cor meum.
2 Lætor ego super eloquio tuo, sicut qui inuenit prædam opimam.
3 Mendacium odio habui, & execratus sum: legem autem tuam dilexi.
4 Septies in die laudaui te, propter iudicia iustitiæ tuæ.
5 Pax multa est diligentibus legem tuam, & non est eis quicquam offendiculi.
6 Expectaui salutem tuam Domine, & præcepta tua opere impleui.
7 Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea nimis.

8 Custodiui

8 Custodiui mandata tua & testimonia
tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo
sunt.

1 PEruenia tclamor meus ante conspec-
tum tuum Domine: secundùm ver-
bum tuum da mihi intellectum.
2 Intret precatio mea ante conspectum
tuum: iuxta eloquium tuum eripe me.
3 Exprimentlabia mea laudem: cùm do-
cueris me statuta tua.
4 Loquetur lingua mea eloquium tuum:
quoniam omnia præcepta tua sunt iustitia.
5 Auxilio sit mihi manus tua: quoniam
mandata tua elegi.
6 Desideraui salutem tuam Domine: &
lex tua oblectationes meæ sunt.
7 Viuat anima mea & laudabit te: & iu-
dicia tua auxilio mihi erunt.
8 Erraui sicut pecus quod perit: quære
seruum tuum, quoniam præceptorum tuo-
rum non sum oblitus.

Psal. CXX.

1 AD Dominum in tribulatione mea Matutinæ
clamaui, & exaudiuit me. preces.
2 Domine, libera animam meam
à labio mendacij, & à lingua dolosa.
3 Quid dat tibi aut quid adijcit tibi lin-

gua dolosa: Sagittæ potentis acutæ sunt,cũ
carbonibus iuniperorum.
4 Heu mihi,quòd cũ Męsech peregrinari
cogor,& habitare cũ tabernaculis Kedar.
5 Multo(tempore)habitauit anima mea,
cum eo qui odio habet pacem.
6 Ego(vir) pacis sum, & cùm loquor (de
pace,)ipsi prælio student.

Psal. CXXI.

1 Leuabo oculos meos in montes, vnde
veniat mihi auxilium.
2 Auxilium meum à Domino, qui fecit
cœlum & terram.
3 Non permittet nutare pedem tuum,ne-
que dormitabit custos tuus.
4 Ecce non dormitabit neque dormiet,
qui custodit Israelem.
5 Dominus custos tuus,Dominus vmbra
tua,ad manum dexteram tuam.
6 Per diem sol non feriet te, aut luna per
noctem.
7 Dominus custodiet te ab omni malo :
ipse custodiet animam tuam.
8 Dominus custodiet egressum tuũ & in-
gressum tuum,amodo & vsq; in sęculum.

Psal. CXXII.

1 Lætatus sum cũ illis qui mihi dixerũt:
in domum Domini ibimus.

2 Stantes

2 Stantes fuerunt pedes noſtri, in portis
tuis ô Ieruſalem.
3 Ieruſalem extructa eſt, vt ciuitas: quæ
coniuncta eſt ſibijpſi pariter.
4 Quoniam illuc aſcendunt tribus;tribus
Domini,teſtimonium Iſraëlis:ad confiten-
dum nomini Domini.
5 Quoniam illic conſtituta ſunt ſolia pro
iudicio,ſolia inquam,domus Dauid.
6 Rogate pro pace Ieruſalem,& proſperè
agant qui te diligunt.
7 Sit pax in antemurali tuo, & fœlicitas
in palatijs tuis.
8 Propter fratres meos & proximos me-
os,loquar nunc pacem in te.
9 Propter domum Domini Dei noſtri,
quæram bonum tuum.

Pſal. *CXXIII.*

1 AD te leuaui oculos meos, qui habi-
tas in cœlis.
2 Ecce ſicut oculi ſeruorum ſunt ad ma-
num dominorum ſuorum,& ſicut oculi an-
cillæ ſunt ad manum Dominæ ſuæ,ſic oculi
noſtri ſunt ad Dominum Deum noſtrum,
donec miſereatur noſtri.
3 Miſerere noſtri Domine, miſerere no-
ſtri:quoniã multo ſaturati ſumus contẽptu,
4 Plurimùm ſatiata eſt ipſa anima noſtra,
ſub-

ſubſannatione opulentorum,& contemptu
ſuperborum.

Pſal. CXXIIII.

1 NIſi Dominus ipſe adfuiſſet nobis,
dicat nunc Iſrael.
2 Niſi Dominus ipſe adfuiſſet nobis,cùm
inſurgerent homines contra nos : Tunc vi-
uos deuoraſſent nos, cùm furor eorum fre-
meret contra nos.
3 Tunc aquæ inundaſſent nos, & torrens
pertranſiſſet animam noſtram.
4 Tranſiſſet inquam, ſuper animam no-
ſtram(flumen)aquarum intumentium.
5 Benedictus Dominus,qui nō dedit nos
in direptionem dentibus eorum.
6 Anima noſtra ſicut auicula ſaluata eſt
è laqueo aucupum : laqueus diffractus eſt,
& nos liberati ſumus.
7 Auxilium noſtrum in nomine Domini,
qui fecit cœlum & terram.

Pſal. CXXV.

1 QVi confidunt in Domino (immobi-
les erunt) ſicut mons Zijon, qui non
nutat,ſed ſtat in ſeculum.
2 Ieruſalem montes habet per circuitum
ſuum, ſic Dominus eſt in circuitu populi
ſui : amodo & vſque in ſeculum.

3 Quo-

3 Quoniam non dimittitur virga impietatis in ſorte iuſtorum, vt non mittant iuſti manus ſuas ad prauitatem.
4 Benefac Domine, bonis, & hi qui recti ſunt in cordibus ſuis.
5 Qui autem declinant in peruerſitates ſuas, hos ducet Dominus cum operantibus iniquitatem, pax autem erit ſuper Iſraël.

Pſal. CXXVI.

1 CVm cõuerteret Dominus captiuitatẽ Zijon, eramus ſicut ſomniãtes. Veſpertinæ preces.
2 Tunc replebatur os noſtrum riſu, & lingua noſtra iubilatione.
3 Tunc dicebant inter gentes: magnificauit Dominus facere cum iſtis.
4 Magnificè egit Dominus nobiſcũ, facti ſumus lætantes.
5 Conuerte Domine, captiuitatem noſtram, ſicut riuos in meridie.
6 Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.
7 Eundo ibit, & flendo portat pretioſum ſemen, atque veniens veniet cum exultatione, portans manipulos ſuos.

Pſal. CXXVII.

1 SI Dominus non ædificet domum, fruſtrà laborant qui ædificant eam.

2 Et

2 Et si Dominus non custodiat ciuitatem,
frustrà vigilat custos.
3 Vanum est vobis vt maturetis manè surgendo, & moram faciatis sedendo, comedentes panem dolorum: sic dabit dilecto
suo somnum.
4 Ecce hæreditas Domini, filij sunt: &
merces, fructus ventris.
5 Sicut sagittæ in manu fortis, sic sunt filij iuuentutis.
6 Beatus vir ille, qui ex his adimpleuit
pharetram suam: non pudefient quando
loquentur cum hostibus in porta.

Psal. CXXVIII.

1 BEatus quicunque timet Dominũ, qui
ambulat in vijs eius.
2 Siquidem laborem manuum tuarum
comedes: beatus (eris) tu, & bene erit tibi.
3 Vxor tua vt vitis frugifera, erit in lateribus domus tuæ.
4 Et filij tui sicut plantulæ Oliuarum, in
circuitu mensæ tuæ.
5 Ecce sic benedicetur vir, qui timuerit
Dominum.
6 Benedicat tibi Dominus ex Zion, & videas bonũ Ierusalẽ, cunctis diebus vitæ tuæ.
7 Et videas filios filiorum tuorum: pax
super Israël.

Psal.

Psal. CXXIX.

1 SÆpe aduersati sunt mihi à pueritia
mea, dicat nunc Israël.
2 Sæpe molesti fuerunt mihi à pueritiā
mea: attamen non præualuerunt mihi.
3 In dorso meo arauerunt aratores: & in
longum protraxerunt sulcum suum.
4 Dominus iustus, incidit funes impiorū.
5 Confundantur & retrorsum agantur,
omnes qui oderunt Zijon.
6 Sint sicut herba (crescēs) in tectis, quæ
priusquàm extrahitur exarescit.
7 Qua non implet manum suam messor,
neque sinum suum qui manipulos facit.
8 Et non dicunt qui pertranseunt, bene-
dictio Domini super vos: benediximus vo-
bis in nomine Domini.

Psal. CXXX.

1 E Profundis inuocaui te Domine, Do-
mine audi vocem meam.
2 Et sint aures tuæ intentæ, ad vocem de-
precationum mearum.
3 Si iniquitates obseruaueris Domine:
Domine, quis consistet?
4 Quoniam apud te est remissio, ideò
timeberis.
5 Expectaui Dominū, expectauit anima
mea:

mea : & in verbo eius fiduciam habeo.
6 Anima mea (confugit) ad Dominum,
ante custodes matutinos, ante custodes in-
quàm, matutinos.
7 Spera tu Israël in Domino, quia apud
Dominum est pietas, & copiosa apud eum
redemptio.
8 Et ipse redimet Israël, ex omnibus ini-
quitatibus eius.

Psal. CXXXI.

1 DOmine, nō erexit se cor meum, ne-
que exaltati sunt oculi mei.
2 Et non ambulaui in (rebus) magnis, &
mirabilibus supra me.
3 Si non posui & compescui animam me-
am sicut ablactatus supra matre sua : sicut
ablactatus, super me est anima mea.
4 Spera tu Israël, in Domino, amodò &
vsque in seculum.

Psal. CXXXII.

Matutinæ preces.

1 MEmento Domine, Dauid, & v-
niuersæ afflictionis eius.
2 Qui iurauit Domino, & votū
fecit fortissimo (Deo) Iacob.
3 Si introiero tabernaculū domus meæ :
si ascendero super lectum strati mei.
4 Si dedero somnum oculis meis, & pal-
pebris

pebris meis dormitationem.
5 Donec inuenero locũ(pro templo)Do-
mini; & habitacula pro magnifico (Deo)
Iacob.
6 Ecce audiuimus eam in Ephrata, inue-
nimus eam in campis ſyluæ.
7 Introibimus in mãſiones eius,& incur-
uabimus nos ante ſcabellum pedum eius.
8 Surge Domine, in requiem tuam, tu &
arca fortitudinis tuæ.
9 Sacerdotes tui induantur iuſtitia, & pij
(cultores)tui cum iubilo cantent.
10 Propter Dauid ſeruum tuum, ne auer-
tas faciem vncti tui.
11 Iurauit Dominus Dauid veritatem,nec
deflectet ab ea:
12 De fructu ventris tui ponam ſuper ſoli-
um tuum.
13 Si cuſtodierint filij tui pactum meum
& teſtimonia mea, quæ docuero eos, etiam
filij eorum vſque in ſeculum, ſedebunt ſu-
per ſolium tuum.
14 Quoniam elegit Dominus Zion, &
deſiderauit (eam habere) pro habitaculo
ſuo.
15 Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hîc
habitabo quoniam concupiui eam.
16 Victui eius benedicens benedicam, &
pauperes eius ſaturabo panibus.

17 Sacer-

17 Sacerdotes eius veſtiam ſalute, & pij
qui in ea ſunt, exultando cantabunt.
18 Ibi faciam florere cornu Dauid: ordi-
naui lucernam vncto meo.
19 Inimicos eius induam confuſione, &
ſuper ipſum florebit diadema eius.

Pſal. CXXXIII.

1 ECce quàm bonum & quàm iucun-
dum, vt cohabitent fratres, & (ſint)
pariter.
2 Sicut oleum optimum, (quod fuſum)
ſuper caput, deſcendit in barbam, barbam
Aharon: quódq; deſcendit in os veſtimen-
torum eius.
3 Sicut ros Hermon, qui deſcendit in
montes Zijon:
4 Quoniam illic mandauit Dominus be-
nedictionem, & vitam vſque in ſeculum.

Pſal. CXXXIIII.

1 EN benedicite Domino, omnes ſerui
Domini.
2 Qui ſtatis in domo Domini, per noctes.
3 Suſtollite manus veſtras ad ſanctitatē,
& benedicite Domino.
4 Benedicat tibi Dominus ex Zijon, qui
fecit cœlum & terram.

Pſal.

Psal. CXXXV.

1 LAudate Dominum, laudate nomen
Domini, laudate serui Domini.
2 Qui statis in domo Domini : in atrijs
domus Dei nostri.
3 Laudate Dominum quoniam bonus
est Dominus, psallite nomini eius, quia iu-
cundum est.
4 Nam elegit sibi Dominus Iacob, Israe-
lem in peculium suum.
5 Siquidem ego cognoui quod magnus
est Dominus : & Dominus noster est supra
omnes Deos.
6 Omnia quæ voluit Dominus, ipse fecit
in cœlis & in terra, in æquoribus & cunctis
abyssis.
7 Ipse eleuat nubes ab extremo terræ, &
facit fulgura inter pluuiam : atque educit
ventum de thesauris suis.
8 Ipse percussit primogenita Ægypti, ab
homine vsque ad pecus.
9 Et misit signa & portenta in medio tui
Ægypte : in Pharaonem & in omnes seruos
eius.
10 Ipse percussit gentes multas, & occidit
Reges fortes.
11 Sihon Regem Æmoræorum, & Og Re-
gem Basan, cunctáq; regna Chanaan.

12 Et dedit terram eorum in hæreditaté,
in hæreditatem inquam Israeli populo suo.
13 Domine nomen tuum manet in secu-
lum, Domine memoria tua in generatione
& generationem.
14 Quoniam iudicabit Dominus pro po-
pulo suo, & erga seruos suos placabilis
erit.
15 Idola gentium argentum & aurum, o-
pus manuum hominum.
16 Os est eis & non loquuntur, oculi sunt
eis & non vident.
17 Aures habent & non audiunt: etiam
non est spiritus in ore eorum.
18 Vt ea sunt, sic sunt qui faciunt ea, atq;
omnis qui confidit in eis.
19 Domus Israel benedicite Domino: do-
mus haron benedicite Domino.
20 Domus Leui benedicite Domino: qui
timetis Dominum benedicite Domino.
21 Benedictus Dominus ex Zijon, qui ha-
bitat in Ierusalem. Haleluia.

Psal. CXXXVI.

Vespertinæ preces.

1 Confitemini Domino quoniam bo-
nus, quoniam in seculum pietas
eius.
2 Confitemini Deo Deorum, quoniam
in seculum pietas eius.

3 Confitemini Domino Dominorum,
quoniam in seculum pietas eius.
4 Qui facit mirabilia magna solus, quoniam in seculum pietas eius.
5 Qui fecit cœlos exquisito ingenio, quoniam in seculum pietas eius.
6 Qui expandit terram super aquas: quoniam in seculum pietas eius.
7 Qui facit luminaria magna: quoniam in seculum misericordia eius.
8 Solem vt dominium habet in die: quoniam in seculum pietas eius.
9 Lunam & stellas vt potestatem habeant in nocte: quoniam in seculum pietas eius.
10 Qui percussit Ægyptios in primogenitis eorum: quoniam in seculū pietas eius.
11 Et eduxit Israelem de medio eorum: quoniam in seculum pietas eius.
12 In manu valida & brachio extento: quoniam in seculum pietas eius.
13 Qui dissecuit mare rubrum in diuisiones: quoniam in seculum pietas eius.
14 Et traduxit Israelem per medium eius, quoniam in seculum pietas eius.
15 Et impulit Pharaonem & exercitum eius in mare rubrum: quoniam in seculum pietas eius.
16 Qui duxit per desertum populum suū:

quoniam in seculum pietas eius.
17 Qui percussit Reges magnos: quoniam in secum pietas eius.
18 Et occidit Reges insignes: quoniam in seculum pietas eius.
19 Sihon Regem Æmoræorum, quoniam in seculum pietas eius.
20 Et Og Regem Basan, quoniam in seculum pietas eius.
21 Et tradidit terram eorum in hæreditatem, quoniam in seculum pietas eius.
22 In hæreditatem Israeli seruo suo: quoniam in seculum pietas eius.
23 Qui in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam iu seculum pietas eius.
24 Et eripuit nos ab aduersarijs nostris, quoniam in seculum pietas eius.
25 Qui dat cibum omni carni: quoniam in seculum pietas eius.
26 Confitemini Deo cœli, quoniam in seculum pietas eius.
27 Confitemini Domino cœli, quoniam in seculum pietas eius.

Psal. CXXXVII.

1 IVxta flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, cum recordaremur Zion.
2 Ad salices in medio eius, suspendimus citharas nostras.

3 Quoniam

3 Quoniam ibi interrogauerunt nos, qui
ceperant nos, verba cantici, cum suspendis-
semus (instrumenta) lætitiæ : cantate nobis
de canticis Zion.
4 Quomodo cantabimus canticum Do-
mini, in terra aliena?
5 Si oblitus fuero tui ô Ierusalem : obli-
uiscatur dextera me (operis sui.)
6 Adhæreat lingua mea fauci meæ, si non
meminero tui, si non posuero Ierusalem in
principio lætitiæ meæ.
7 Memor esto Domine filiorum Ædom,
qui tempore (desolationis) Ierusalem di-
cunt : nudate, nudate vsque ad fundamen-
tum in ea.
8 Filia Babylonis deuastata : beatus qui
retribuerit tibi retributionem tuam quam
rependisti nobis.
9 Beatus qui apprehenderit, & colliserit
infantulos tuos ad petram.

Psal. CXXXVIII.

1 Confitebor tibi in toto corde meo,
in conspectu Deorum psallam tibi.
2 Adorabo coram templo sanctitatis tuę,
& confitebor nomini tuo, propter pietatẽ
tuam & propter veritatem tuam, quoniam
magnificasti supra omnia nomen tuum &
eloquium tuum.

3 In die quo inuocaui exaudisti me, roborans me & animæ meæ (adijciens) virtutem.
4 Confitebuntur tibi Domine omnes Reges terræ : quoniam audierunt verba oris tui.
5 Et cantabunt in vijs Domini, quod magna est gloria Domini.
6 Quoniam excelsus est Dominus & humilem respicit, altum autem è longinquo cognoscit.
7 Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me, & contra iram hostium meorum mittes manum tuam, & saluabit me dextera tua.
8 Dominus perficiet circa me (pietatem suam) Domine pietas tua manet in æternum, opera manuum tuarum non deseres.

Psal. CXXXIX.

Matutinæ preces.

1 DOmine inuestigasti me & cognouisti, tu cognouisti sessionem meã & resurrectionem meam : intelligisque cogitationem meam longe ante.
2 Semitam meam & accubitum meum circundas, & cunctas vias meas aduertis.
3 Siquidem non est verbum in lingua mea, & ecce tu Domine cognouisti totum illud.

4 A tergo & à facie tu formaſti me,& po-
ſuiſti ſuper me manum tuam.
5 Mirabilior eſt(huius rei)cognitio quàm
vt ego(conſequar:)ſublimata eſt, nec po-
tero attingere eam.
6 Quo ibo(Domine)à ſpiritu tuo,& quo
à facie tua fugiam?
7 Si aſcendero in cœlum tu illic es,ſi ſtra-
tum fecero in inferno,ecce ades.
8 Si accepero alas auroræ, & habitauero
in nouiſſimo mari.
9 Etiam illuc manus tua deducet me,ap-
prehendetq; me dextera tua.
10 Dicam ergo, at tenebræ occultabunt
me: ſed nox quaſi lux erat circa me.
11 Siquidem tenebræ nihil obtenebrant
tibi, & nox vt ipſa dies lucebit: ſic tenebræ
(tibi ſunt)ſicut lux ipſa.
12 Tu enim poſſediſti renes meos, & ope-
ruiſti me in vtero matris meæ.
13 Confitebor tibi, quod terribiliter, &
mirificè formatus ſum, & mirabilia ſunt
opera tua, id quod anima mea admodum
cognoſcit.
14 Non eſt à te occultata ſubſtantia (cor-
poris) mei, quando formatus ſum in ab-
ſcondito: & varijs diſtinctus (membris) in
inferioribus terræ.
15 Informem maſſam meam viderunt

oculi tui, & in libro tuo omnia (membra)
ſcripta erant.
16 Quæ per dies formata ſunt, cum adhuc
nullum eorum extaret.
17 Et quàm precioſæ fuerunt apud me
cogitationes tuæ ô Deus; & quàm inualue-
runt ſummæ earum?
18 Si dinumerauero eas, multiplicabuntur
ſupra arenam, vigilo (propter iſta) & hucuſ-
que ago tecum.
19 Si occideris Deus impium: viri ſangui-
num diſcedite à me.
20 Qui loquuntur contra te quòd nefas
eſt, aſſumiturque (nomen tuum) fruſtra ab
hoſtibus tuis.
21 Nónne qui te odio habent Domine
ego odio habeo, & contra eos qui conſur-
gunt aduerſum te moleſtia afficior?
22 Conſummato odio odiui illos: ac ſi
mihi hoſtes fuiſſent.
23 Scrutare mé Deus, & cognoſce cor me-
um, proba me & cognoſce cogitationes
meas.
24 Et vide ſi eſt via peruerſa in me, & duc
me per viam ſempiternam.

Pſal. CXL.

1 ERue me Domine ab homine malo, &
à viro iniquitatum cuſtodi me.
2 Qui

2 Qui cogitant mala in corde, & quotidie concurrunt ad prælia.
3 Exacuerunt linguam suam sicut serpens : venenum aspidis est sub labijs eorum : Sæla.
4 Custodi me Domine de manibus impij, & à viro iniquitatum serua me, qui cogitauerunt impellere gressus meos.
5 Absconderunt superbi laqueum mihi, & funibus expanderunt rete iuxta locum semitæ, atque offendicula posuerunt mihi : Sæla.
6 Dixi Domino, Deus meus es tu : ausculta Domine voci precationum mearum.
7 Domine Deus fortitudo salutis meæ : tu vmbraculum præbes capiti meo in die (quo arripienda sunt)arma.
8 Ne permittas Domine, vt desideria impia (fiant :) nefarium cogitatum eius non permittas progredi, ne exaltentur : Sæla.
9 Caput eorum, qui me circundant, labor labiorum ipsorum operiet eos.
10 Cadent super eos carbones, in ignem deijciat eos, & in foueas vt non resurgant.
11 Vir linguæ non dirigatur in terra, virum iniquum malum venetur ad præcipitationes.
12 Scio quod Dominus iudicabit causam pauperis, atque iudicium inopum.

13 Et

13 Et vtique iusti confitebuntur nomini
tuo, & recti habitabunt coram facie tua.

Psal. CXLI.

1 Domine clamaui ad te, propera ad
me: ausculta voci meæ cùm clama-
uero ad te.
2 Disponatur oratio mea veluti incensum
in conspectu tuo: & eleuatio manuum tu-
arum (fiat sicut) sacrificium vespertinum.
3 Pone Domine custodiam ori meo, &
conserua ostium labiorum meorum.
4 Non inclines cor meum in rem ma-
lam, ne occuper operibus impietatis, cum
viris qui operantur iniquitatem: vt non co-
medam de his, quæ eis sunt iucunda.
5 Percutiat me iustus in pietate, atque re-
darguat me.
6 Oleum autem præcipuum non frangat
caput meum: quia adhuc oratio mea
contra mala eorum.
7 Præcipitentur in locis petrosis iudices
illorum, vt audiant sermones meos, quo-
niam suaues sunt.
8 Sicut qui frangit & dissecat (ligna) in
terra, dispersa sunt ossa nostra iuxta sepul-
chrum.
9 Quoniã ad te Domine Deus sunt oculi
mei: in te speraui ne effundas animã meam.
10 Custo-

10 Custodi me à nexibus laquei,quem expanderunt mihi, atque à tendiculis operantium iniquitatem.
11 Cadant in retia eius impij, simul ego in seculum progrediar.

Psal. CXLII.

1 VOce mea ad Dominum clamabam, voce mea ad Dominum precabar. Vesperi preces.
2 Effundebam coram ipso preces meas, & tribulationē meam corā eo exponebam.
3 Cùm contorqueretur super me spiritus meus, tu cognouisti semitam meam, in via qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.
4 Et respiciens ad dextram,videbam non esse qui me agnosceret.
5 Perijtq; refugium à me, & non erat qui quæreret animam meam.
6 Clamaui ad te Domine,& dixi:tu es spes mea, & portio mea in terra viuentium.
7 Aduerte clamorem meum, quoniam miser admodum factus sum.
8 Libera me à persequentibus me, quia præualuerunt mihi.
9 Educ de carcere animam meam,vt confitear nomini tuo:me cingent iusti,eò quòd retributionem facturus sis mihi.

Psal. CXLIII.

1 DOmine exaudi orationẽ meam, & auſculta deprecationi meæ: in veritate tua atque in iuſtitia tua exaudi me.
2 Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quoniam non iuſtus erit coram te vllus viuens.
3 Siquidem perſequutus eſt hoſtis animam meam, protriuit in terram vitam meam, collocauit me in tenebris, ſicut qui ab olim mortui ſunt.
4 Et cõtorquetur ſuper me ſpiritus meus: in medio mei deſtituitur cor meum.
5 Recordatus ſum dierum (qui effluxerunt) à principio, & meditatus ſum omnia facta tua, atque opus manuum tuarum animo contemplor.
6 Expandi manus meas ad te: & anima mea ſicut terra ſitiens (anhelat) ad te: Sæla.
7 Feſtina & exaudi me Domine, defecit ſpiritus meus, non abſcondas faciem tuam à me, ne ſimilis efficiar deſcendentibus in foueam.
8 Fac vt mane audiam pietatem tuam, quoniam in te ſperaui: oſtende mihi viam in qua ambulem, quoniam ad te leuaui animam meam.
9 Libera me de inimicis meis Domine,

ad te laturus confugi.
10 Doce me vt faciam beneplacitum tuum, quia tu es Deus meus: spiritus tuus bonus deducat me in terra recta.
11 Propter nomen tuum Domine viuificabis me: & in iustitia tua educes de tribulatione animam meam.
12 Sed & per pietatem tuam perdes inimicos meos, & perdes omnes qui aduersantur animæ meæ, quoniam ego seruus tuus sum.

Psal. CXLIIII.

1 BEnedictus Dominus fortitudo mea, qui docet manus meas ad præliũ: & digitos meos ad bellũ. Matut preces
2 Pietas mea & fortalitium meum, arx mea & liberator meus atq; protector meus in quo speraui, qui sternit populum meum sub me.
3 Domine, quid est homo quòd agnoscis eum, & filius hominis vt cogites de eo?
4 Homo vanitati similis est, & dies eius sunt veluti vmbra transiens.
5 Domine inclina cœlos tuos & descende: tange montes & fumigabunt.
6 Eijce fulmen & dissipa eos: mitte sagittas tuas & disturba illos.
7 Demitte manus tuas è sublimi, libera

me

me & eripe me de aquis multis, de manu
filiorum alienæ (gentis.)
8 Quorum os loquitur vanitatem,& dex-
tera eorum dextera eſt peruerſitatis.
9 Deus, canticum nouum cantabo tibi:
in nablo & decachordo pſallam tibi.
10 Qui dat ſalutem regibus, qui redimit
Dauid ſeruum ſuum à gladio noxio.
11 Redime me & erue me de manu filio-
rum alienorum, quorum os loquutum eſt
vanitatem, & dextera eorum eſt dextera
iniquitatis.
12 Vt ſint filij noſtri, ſicut plantulæ enu-
tritæ, in adoleſcentia ſua: & filiæ noſtræ ſi-
cut anguli,ſculptæ ſimilitudine templi.
13 Penuaria noſtra plena ſint, & efferant
de ſpecie in ſpeciem: greges quoque noſtri
millia producant & decem millia in plateis
noſtris.
14 Boues noſtri ſint ad onus aſſueti: non
ſit interruptio neq; emigratio (in captiui-
tatem,) neque clamor in plateis noſtris.
15 Beatus populus cui ſic eſt, beatus po-
pulus cuius Deus eſt Dominus ipſe.

Pſal. CXLV.

1 EXaltabo te Deus meus rex,& benedi-
cã nomini tuo in ſeculũ & perpetuũ.
2 Quotidie benedicam tibi & laudabo
nomen

nomen tuum, in seculum & in perpetuum.
3 Magnus est Dominus & laudabilis nimis, cuius magnitudinis non est inuestigatio.
4 Generatio generationi collaudabit opera tua, & potentias tuas annunciabunt.
5 Decorem, gloriam & magnificentiam tuam, atq; gesta tua mirabilia meditabor.
6 Et virtutem terribilium (operum tuorum) dicent, & ego quoque magnitudinem tuam narrabo.
7 Memoriam excellentis bonitatis tuæ effabuntur, & iustitiam tuam prædicabunt.
8 Clemens & misericors est Dominus, tardus ad iram, & magnæ pietatis.
9 Bonus est Dominus omnibus: & miserationes eius (extenduntur) in omnia opera eius.
10 Confitebuntur tibi Domine omnia opera tua, & pij tui benedicent tibi.
11 Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur.
12 Vt notas faciant filijs hominum potentias eius, & gloriã magnifici regni eius.
13 Regnum tuum regnum in omnia secula, & potestas tua in omnem generationem & generationem.
14 Sustentat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes depressos.

15 Oculi

15 Oculi omnium in te ſperant, & tu das
eis cibum ſuum in tempore ſuo.
16 Aperis manum tuam & ſatias omne
viuens pia (tua) voluntate.
17 Iuſtus eſt Dominus in omnibus vijs
ſuis, & pius in cunctis operibus ſuis.
18 Propè adeſt Dominus omnibus inuo-
cantibus eum, omnibus inquam qui eum
inuocauerint in veritate.
19 Voluntatem timentium ſe faciet, & cla-
morem eorum exaudiet atq; ſaluabit eos.
20 Cuſtodit Dominus omnes qui ipſum
diligunt, atq; vniuerſos impios eliminabit.
21 Laudem Domini loquetur os meum, &
benedicet omnis caro nomini ſancto eius,
in ſeculum & in perpetuum.

Pſal. CXLVI.

1 LAuda anima mea Dominum. Lauda-
bo Dominum in vita mea, pſallam
Deo meo quoad fuero.
2 Non ſperetis in principibus, in filio ho-
minis, apud quem non eſt ſalus.
3 Emigrat enim ſpiritus eius & reuertitur
(homo) ipſe in terram ſuam: & in die illa
pereunt conſilia eius.
4 Beatus cuius auxilium eſt Deus Iacob,
& cuius ſpes eſt apud Dominũ Deum ſuum.
5 Qui fecit cœlum & terram atque mare,

&

& omnia quæ in eis ſunt : quique cuſtodit
veritatem in ſeculum.
6 Qui facit iudicium calumnia oppreſſis,
& dat panem eſurientibus :
7 Dominus ſoluit vinctos. Dominus aperit (oculos) cæcorum.
8 Dominus erigit depreſſos, Dominus diligit iuſtos.
9 Dominus cuſtodit aduenas, pupillum &
viduam euehit, & viam impiorum euertet.
10 Regnabit Dominus in ſeculum, Deus
tuus Zion in generatione & generationem:
Haleluia.

Pſal. CXLVII.

1 LAudate Dominum, quoniam bonũ eſt canere Deo noſtro : atq; iucundum, optabilis eſt laus. Veſpertinæ preces.
2 Dominus ædificat Ieruſalem, & diſperſos Iſraelitas congregabit.
3 Ipſe ſanat eos qui contrito ſunt corde,
& medelam adhibet doloribus eorum.
4 Ipſe ſuppetat numerum ſtellarum, atq;
omnibus eis nomina vocat.
5 Magnus Dominus noſter & magnę virtutis, & intelligentiæ eius non eſt menſura.
6 Subleuat manſuetos Dominus, & humiliat impios vſque ad terram.
7 Laudem dicite Domino cum gratiarum

actione,psallite Deo nostro in cithara.
8 Qui operit cœlum nubibus, & parat
pro terra pluuiam : facítque germinare in
montibus herbam.
9 Qui dat iumentis cibum suum, atque
pullis coruorum quando clamant.
10 Nõ complacet sibi in fortitudine equi,
neque in tibijs viri delectatur.
11 Sed complacet Domino in his qui ti-
ment eum, & qui sperant in pietatem eius.
12 Lauda Ierusalem Dominũ, lauda De-
um tuum Zijon.
13 Quoniam confortauit vectes porta-
rum tuarum, & benedixit filijs tuis in me-
dio tui.
14 Ipse ponit intra confiniũ tuum pacem,
& medulloso tritico satiat te.
15 Ipse mittit eloquium suum in terram,
& valdè velociter currit verbum eius.
16 Ipse dat niuem sicut lanam,& pruinam
veluti fauillam spargit.
17 Proijcit veluti fragmenta glaciem suã :
coram frigore eius quis stabit ?
18 Emittit verbum suum & liquefacit ea :
facit flare ventum suum & fluent aquæ.
19 Qui annuntiat verba sua Iacob,statuta
sua & iudicia sua Israeli.
20 Non fecit taliter vlli genti,neque gẽtes
cognoverunt iudicia eorum : Haleluia.
Psal.

Psal. CXLVIII.

1 LAudate Dominum de cœlis, laudate
eum in excelsis.
2 Laudate eum omnes angeli eius: laudate
eum omnes exercitus eius.
3 Laudate eum sol & luna: laudate eum
omnes stellæ lucentes.
4 Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ
quæ sunt supra cœlos.
5 Laudent nomen Domini, quia ipse pręcepit
& creata sunt.
6 Ipse constituit ea in seculum seculi: statutum
posuit & non præteribit.
7 Laudate Dominum de terra, dracones
& omnes abyssi.
8 Ignis & grando, nix & vapor, atque spiritus
procellosus faciens verbum eius.
9 Montes & omnes colles, lignum frugiferum
& omnes cedri.
10 Feræ & cuncta pecora, reptilia & aues
alatæ.
11 Reges terræ & omnes populi, principes
& omnes iudices terræ.
12 Adolescentes atque virgines, & senes
cum pueris: Laudate nomen Domini,
quia exaltatum est nomen eius solum:
magnificentia eius est super terram
& cœlum.

13 Ipſe exaltabit cornu populi ſui: laus
(decet)omnes pios eius, atque filios Iſrael,
populum illi propinquum: Haleluia.

Pſal. CXLIX.

1 CAntate Domino canticum nouum:
laus eius in congregatione piorum.
2 Lætetur Iſrael in factore ſuo, & filij
Zijon exultent in rege ſuo.
3 Laudent nomen eius in choro, in tym-
pano & cithara canant ei.
4 Nam complacet Domino in populo
ſuo,& ornabit manſuetos ſalute.
5 Exultabunt pij in gloria,& cum gaudio
canent in cubilibus ſuis.
6 Exaltationes Dei ſunt in gutture eorū,
& gladius biceps in manu eorum.
7 Vt faciant vltionem in gentibus, & in-
crepationes in populis.
8 Vt vinciant reges eorum compedibus,
& nobiles eorum vinculis ferreis.
9 Faciántq; in eis iudicium ſcriptum: &
honor hic erit cūctis pijs(cultoribus)eius:
Haleluia.

Pſal. CL.

1 LAudate Deum in ſanctitate eius:lau-
date eum in firmamento potentiæ
eius.

2 Laudate

2 Laudate eum propter fortitudinē eius: laudate eum iuxta excellentem magnitudinem eius.


3 Laudate eum in clangore tubæ: laudate eum in nablo & cithara.

4 Laudate eū in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo.

5 Laudate eum in cymbalis ſonoris, laudate eum in cymbalis clangentibus.

6 Omnis ſpiritus laudet Dominum: Haleluia.

FINIS.



LONDINI

Excudebat Ioan. Iackſonus.

1594